BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
13(3
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

597640 Rac. Vill. F. 13

LEONARDI RICCII

JURECONSULTI NEAPOLITANI

PRAXIS FORMULARIA

Judiciorum omnium civilium in quatuor tomos diſtributa

CUM ADDITIONIBUS TAM EDITIS

PHILIPPI FERDINANDI DE CARO

JC. NEAPOLITANI BARONIS S. SEVERINI &c.

QUAM NOVIS, ET ADHUC INEDITIS

R. D. XAVERII GRATIANI

CLARISSIMO VIRO

D. FERDINANDO DATTILO

PATRITIO CONSENTINO, E MARCHIONIBUS S. CATHARINÆ &c.

DICATA.

TOMUS TERTIUS.

Biblioteca Napoli

NEAPOLI MDCCLXIII.

Ex Typographia Vincentii Mazzola-Vocola

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

I N D E X

TITULORUM, ET CAPITUM,

Quæ in hac Secunda parte continentur.

DE Matricula, & Officio Procuratoris *fol.* 1.
Addit. ad dictum cap. *fol.* 57 *in fine*.
De Interrogatoriis in approbatione Procurat. 3.
Addit. ad d. cap. 58.
De Procuratore. 6.
Addit. ad d. cap. 58.
De Libello, ſive tali, quali petitione, & mandato juſtificato. 15.
Addit. ad d. cap. 59.
De Præſentatione libelli, & aliarum ſcripturarum. 18.
Addit. ad d. cap. 60.
De Citatione. 20.
Addit. ad d. cap. 60.
De Relatione citationis factæ. 31.
Addit. ad d. cap. 61.
De Cumulatione actionum. 32.
Addit. ad d. cap. 61.
De Interrogatoriis inter Actorem, & Reum. 35.
Addit. ad d. cap. 62.
De Juramento calumniæ. 41.
Addit. ad d. cap. 62.
De Litis conteſtatione. 41.
Addit. ad d. cap. 62.
De Termino probatorio. 42.
Addit. ad d. cap. 63.
De Electione Examinatoris. 48.
Addit. ad d. cap. 63.
De Teſtium præſentium receptione. 52.
Addit. ad d. cap. 64.
De Teſtium abſentium nominatione, & audientia. 58.
Addit. ad d. cap. 65.
De Articulis. 65.
Addit. ad d. cap. 66.
De Poſitionibus. 68.
Addit. ad d. cap. 66.
De Publicatione. 78.
Addit. ad d. cap. 67.
De Repulſa Teſtium. 82.
Addit. ad d. cap. 68.
De Repulſa repulſæ. 85.
Addit. ad d. cap. 71.
De Primo, & ſecundo beneficio. 87.
Addit. ad d. cap. 71.
De Concluſione. 90.
Addit. ad d. cap. 74.
De Probationibus, quæ fieri poſſunt poſt concluſionem. 91.
Addit. ad d. cap. 74.
De Termino ad concomitandum. 92.
Addit. ad d. cap. 74.
De Termino ad impugnandum. 94.
Addit. ad d. cap. 74.
De Probatione mixta. 94.
Addit. ad d. cap. 75.
De Monitione ad ſententiam. 94.
Addit. ad d. cap. 75.
De Sententia. 95.
Addit. ad d. cap. 76.
De Executione ſententiæ. 98.
Addit. ad d. cap. 78.
De Literis executorialibus. 99.
Addit. ad d. cap. 78.
De Mandato ad reluendum. 102.
Addit. ad d. cap. 79.
De Appretio. 103.
Addit. ad d. cap. 80.
De Subhaſtationibus. 105.
Addit. ad d. cap. 83.
De Adjudicatione. 114.
Addit. ad d. cap. 85.
De Brachio impertiendo, & hortatoriis. 114.
Addit. ad d. cap. 87.
De Acceſſu. 117.
Addit. ad d. cap. 88.
De Praxi clauſulæ ſalvo jure cujuslibet. 120.
Addit. ad d. cap. 88.
De Sequeſtro, & annotatione bonorum. 127.
Addit. ad d. cap. 91.
De Inſtantia contrario imperio revocari decretum. 131.
Addit. ad d. cap. 92.
De Praxi compromiſſi. 137.
Addit. ad d. cap. 92.
Qui poſſunt, & qui cogantur eſſe Arbitri. 143.
Addit. ad d. cap. 93.
De Salario Arbitrorum. 144.
Addit. ad d. cap. 93.
De Poteſtate Arbitrorum. 145.
Addit. ad d. cap. 94.
De Appellatione, & nullitatibus laudi. 147.
Addit. ad d. cap. 94.
De Praxi cogendi partes ad compromittendum, & de actis, quæ fiunt per Arbitros. 149.
Addit. ad d. cap. 99.
De Formulis petendi compromiſſum per Actorem cum actis, & advertimentis. 150.
Addit. ad d. cap. 100.
De Form. nullitatum in foro eccleſiaſtico. 154.
Addit. ad d. cap. 101.
De Praxi procedendi, quando animal fuit repertum, & neſcitur dominus. 157.
Addit. ad d. cap. 102.
De Praxi damni infecti. 158.
Addit. ad d. cap. 102.
Regalis Conſtitutio de ordine Judiciorum edita ann. 1738. 163.
Regalis Conſtitutio pro ludis. 178.
De Appellationibus, & Reclamationibus. 103.
De Nullitatibus. 106.
De in integrum reſtitutione. 108.
De apertura proceſſus appellationis. 109.
Nova Appendix Monumentorum. 111.
De Fide fracta. 177.
Addit. ad d. cap. 1.
De Recuſante ſtipulare contractum. 180.
Addit. ad d. cap. 1.
De Salario Medicorum, & aliis cauſis modicis. 182.
Addit. ad d. cap. 2.
De Salario Medicorum, & expenſis funerum. 186.
Addit. ad d. cap. 2.
De Juriſdictione, & poteſtate Bajuli, ejuſque Judice ſecundarum cauſarum. 187.
Addit. ad d. cap. 9.
De Compendio Conſtit., & Pragm. ſuper officio Baju-

Bajuli. 191.
Addit. ad d. cap. 10.
De Privilegiis Curiæ Bajularii. 194.
Addit. ad d. cap. 10.
De Fida, & diffida. 195.
Addit. ad d. cap. 11.
De Pœnis damni dati. 198.
Addit. ad d. cap. 11.
De Formulis, & methodo actitandi per Bajulum. 200.
Addit. ad d. cap. 12.
De Jure plateæ, aſſiſiæ, ponderis, & menſurarum. 203.
Addit. ad d. cap. 12.
De Statuto, ut credatur juramento damnum paſſi. 205.
Addit. ad d. cap. 13.
De Statuto Univerſitatis Moliterni contra incidentem arborem alienam. 207.
Addit. ad d. cap. 13.
De debitore fugitivo, vel de fuga ſuſpecto. 210.
Addit. ad d. cap. 16.
De Jodicio exfractationis contra conductorem. 213.
Addit. ad d. cap. 17.
Appendis de judicio exfractationis &c. 21.
De fide banci deperdita. 229.
Addit. ad d. cap. 34.
De Judicio diffamationis verbalis. 235.
Addit. ad d. cap. 35.
De Novi operis nunciatione. 239.
Addit. ad d. cap. 37.
Nova appendix ad idem cap. 37.
De Præventionis judicio. 243.
Addit. ad d. cap. 39.
De Judicio præventionis. 243.
Addit. ad d. cap. 39.
De Ceſſione bonorum. 252.
Addit. ad d. cap. 40.
De Dilatione quinquennali, ſeu de moratoria. 254.
Addit. ad d. cap. 43.
De Praxi liberandi inopem a carceribus abſque ſolutione debiti, & cogendi Creditorem ad alimenta, & medicamenta pro carcerato inope. 259.
Addit. ad d. cap. 47.
De Praxi generalis viſitationis carcerum, quæ fit per D. Regentes. 260.
Addit. ad d. cap. 47.
De Praxi generalis viſitationis carcerum, quæ fit per D. Judices M. C. V. 261.
Addit. ad d. cap. 48.
De Generali decreto feriarum pro debitore fidejuſſorem habente. 263.
Addit. ad d. cap. 48.
De viſitatione particulari Sabbatina, quæ fit per D. Regentes. 265.
Addit. ad d. cap. 48.
De Viſitatione particulari, quæ fit per D. Judices M. C. V. pro debito civili omni die. 266.
Addit. ad d. cap. 48.
De Praxi liberandi carceratum ex pietate Montium. 266.
Addit. ad d. cap. 49.
De viſitatione carceratorum, quæ fit per Regias Audientias provinciales. 266.
Addit. ad d. cap. 51.
De Conſervatoriis contra violentias Eccleſiaſticorum vigore Capitulorum Regni. 267.
Addit. ad d. cap. 51.
De Judice competente in repellendis violentiis vigore Capitulorum Regni. 268.
Addit. ad d. cap. 52.
De requiſitis, & privilegiis judicii conſervatorii contra violentias Eccleſiaſticorum. 269.
Addit. ad d. cap. 52.
De Praxi, & formulis contra violentias Clericorum. 270.
Addit. ad d. cap. 53. in fine

Finis Indicis Titulorum, & Capitum Secundæ Partis.

LEO.

LEONARDI RICCII U.J.D. NEAPOLITANI

Praxis Judicii Ordinarii cum Formulis.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

CUm aliquid ſapere incipimus, tunc è vita diſcedimus, num.1.
Prima diviſio operis, in actis, quæ ſine reo fiunt, & hoc habetur a primo Tomo Praxis, num.2,
Secunda diviſio operis, in cauſſam ſummariam, magis ſummariam, & ſummariiſſimam, num.3.
Cauſſa ſummaria, magis ſummaria, & ſummariiſſima omnes habentur in Secundo Tomo Praxis, nu.4.
Praxis Judicii Ordinarii in præſenti Tertio Tomo habetur, num.5.
Declarantur tres actus neceſſarii in Judicio Ordinario, num.6.
Cautio expenſarum, & declaratio circa uſum petita, & non adimpleta nullitatem non pariunt, ſed a Judice poteſt impediri proceſſus ad ulteriora, num.7.
,, *Ceſſat hodie diſputatio quoad declarationem circa*
,, *uſum ex nov.Conſtit.*ibid.

PRaxis Judiciaria a multis doctiſſimis viris eruditiſſime ſcripta reperitur; ſed in mea Juventute expertus ſui non poſſe Juvenem ex lectura plurium librorum, niſi cum ſudore, longo temporis curſu, & difficultate maxima Praxim Judiciariam percipere.

1 Etenim tunc e vita diſcedimus, cum aliquid ſapere incipimus, juxta dictum Themiſtoclis; Unde pro inſtructione mea, & meorum Filiorum, ut facilius, & citius quiſque Praxim conſequi poſſit, in ſcribenda Praxi multum inſudavi, dividendo illam *in*
2 *actis, quæ ſine reo fiunt*, & de hoc primum librum meæ Praxis Typis dedi.

Deinde feci aliam diviſionem *in actis, quæ fiunt cum Reo, in Judicium Ordinarium, & Extraordinarium*, & declaravi vulgatum illud, quod in Regno dicitur, *cauſſas omnes eſſe ſummarias.*

3 Quod tripartitum in poſitivo, comparativo, & ſuperlativo, *Cauſſa* ſcilicet *ſummaria, magis ſummaria, & ſummariiſſima.*

Cauſſa ſummaria in Regno eſt idem, quod judicium ordinarium de jure communi dicitur.

Cauſſa magis ſummaria eſt, quæ de jure communi eſt ſummaria, & non requirit ſententiam condemnatoriam, vel abſolutoriam, ſed ſolum requirit brachium Judicis, ut exequatur contra debitorem.

4 Cauſſæ ſummariiſſimæ ſunt, quæ neque libellum, neque talem qualem petitionem requirunt, & de his cauſſis ſummariis, magis ſummariis, & ſummariiſſimis Typis habes ſecundum Tomum meæ Praxis, ex cujus lectura quiſque Juvenis callebit judicii executivi praxim.

5 Reſtat nunc explanare Praxim Judicii Ordinarii, quod in Regno ſummarie expeditur, ideſt breviato ordine, & omiſſis actis, quæ non ſunt de jure naturæ neceſſariis, & ſic in hoc Regno Neapolitano judicium ordinarium per tres actus de jure naturæ neceſſarios poteſt expediri, omiſsis aliis; qui nempe neceſsarii actus ſunt *Citatio, Probatio, & Sententia condemnatoria, vel abſolutoria*, & de Praxi dicti Judicii Ordinarii præſentem Tertium Tomum deſignavi, ex cujus lectura citius, & facilius Juvenis totam Praxim callere poterit.

6 Dixi, in judicio ordinario tres actus eſſe neceſſarios in Regno, qui ſunt de jure naturæ, nempe *Citatio, Probatio, & ſententia.* Ad declarationem hujus regulæ concordat id, quod docuit *Maranta par. 4. diſtint. 9. num. 12. & Reg. Sanfel. in ſect. 1.* ubi declaratur ſenſus *pragm. 1. de ord. jud. & cap. deteſtantes* inſerti in *Rit. M.C.V.* 288. & firmatur regula, quod omnes ſolemnitates reiiciuntur, exceptis tribus.

Primo, quæ reſpiciunt legitimationem litigantium, & Judicis.

Secundo, quæ concernunt facti probationem.

Tertio, quæ concurrunt ad reorum defenſionem, cum defenſio ſit de jure naturæ, ſive de jure Gentium primævo.

7 Hinc fit, quod cautio expenſarum, etiam petita, & non data, nullitatem non parit, quod aliqui inepte putarunt, & licet in noſtris Tribunalibus uſus inolevit ſtatim adimpleri, hoc tamen fit ab actore, ne retardetur in hujuſmodi reorum jurgiis, qui ſemper opponunt quicquid poſſunt, ad retardandum cauſæ curſum.

Ita quoque declaratio circa uſum petita, ſi non fiat, proceditur ad ulteriora, & acta erunt valida, eadem ratione; quod nota bene, quia noſtri Practici hoc non bene explicarunt.

,, Hæc diſputatio hodie ceſſat ex *nov. Conſtitutione*,
,, ex ea enim (ut jam ſupra innuimus) *§. I. num.* 23. fuit
,, prorſus ſublata circa uſum declaratio, adeout
,, amplius peti non poteſt, ut ibi videre eſt; & infra
,, in *ſeq. tom. cap.* 53. fuſius videbimus.

Nullitas itaque ſi opponatur ob cautionem expenſarum, & declarationem circa uſum petitas, & non adimpletas, nulla habetur ratio de dicta nullitate, nam ejus omiſſio acta facta non vitiat, ſed poteſt judex impedire acta facienda per denegationem audientiæ, vel adhibendo alia remedia, ut ſuo loco dicemus, cum ſemper, & in quacumque parte judicii poſſit hoc adimpleri; DD. ubi ſupra.

Et quia in omni judicio primus actus in his Tribunalibus Neapolitanis erit conſtituere Procuratorem Matriculatum, ideo primum Caput hujus praxis erit de Matricula, & Officio Procuratoris.

CAPUT I.

De Matricula, & Officio Procuratoris.

SUMMARIUM.

TUrpe eſt ignorare ea, circa quæ quis verſatur, num.1,

Procuratorie munus in Tribunalibus Neapolitanis nemo poteſt exercere, niſi habeat Matriculam, quod ſit examinatus ad exercendum, num.2.

,, *Quod confirmatum eſt per nov.Conſtit.*ibid.

Doctor exercere poteſt abſque Matricula, num 3.

Procuratoris examen fit in Aula S.C., capta informatione de vita, & moribus, num.4.

Prohibentur Magiſtri Actorum omnium Tribunalium admittere Procuratorem ſine Matricula, & ſic comprehenduntur omnia Tribunalia, num.5.

Quid ſervetur in Regia Audientia, num.6.

*Et quid ſervetur in M.C.V.*ibidem.

Motillus de grad.citat. *loquens circa matriculam Procuratoris declaratur*, num.7.

Pœna, in quam incurrunt Magiſtri Actorum, & Scribæ admittentes Procuratorem non matriculatum, n.8.

,, *Et quid ex nov.Conſtit.*ibid.

Acta facta per Procuratorem non matriculatum ſunt valida, antequam ab Adverſario hoc opponatur, nu.9.

1 Cum turpe ſit ignorare ea, circa quæ quis verſatur, ne a Q.Mutio Scevola objurgetur, ſicut Servius Sulpitius fuit objurgatus, *l.2. §.Servius ff.de orig. jur.* Ideo ſcire debent Procuratores, qualiter in S.C., in M.C.V., & in Regiis Audientiis nemo
2 poteſt munus Procuratoris exercere, niſi habeat matriculam, quod ſit examinatus, & idoneus ad exercendum, ut per *pragm.22.de off. S. R. C.* editam per Ill.Ducem Alcalà, ſed ſine anno, & die, in qua mandatur, ut ii tantum eſſe poſſint Procuratores in Sacro Conſilio, qui examinati, & approbati fuerint in dicto officio.

,, Idem fuit noviter ſtatutum *cit. Conſtit. ſub §.III.*
,, *Pro S.R.C.num.*14. ubi non ſolum confirmatur *Prag.*
,, anni 1728. circa mutationes Procuratorum non ad-
,, mittendas, niſi cauſa per Judicem cognita (qui pro-
,, inde in calce memorialis eidem porrecti, pro novi
,, Procuratoris admisſione, ſi judicat debere admitti,
,, dicit *recipiatur*, regulariter autem dici ſolet: *recipia-*
,, *tur, dummodo ſit actor*, & tunc datum eſt Scribis re-
,, cipere alteram Procurationem) verum etiam expreſ-
,, ſe cavetur, ne admittantur Procurationes eorum, qui
,, a S.R.C. non fuerint adprobati; quapropter a Secre-
,, tis d.S.R.C. ſequuta alicujus adprobatione tenetur de
,, ea certiores facere tam omnes actorum Magiſtros,
,, quam a Secretis R.C.S.& M.C.V. qui debent de hoc
,, fidem facere, ut perveniat ad notitiam Scribis, aut
,, Actuariis dictorum Tribunalium, ut per quemlibet
,, ex dictis Scribis fiat regiſtrum cum nomine, cogno-
,, mine, & Patria adprobati, & cum die ejuſdem adpro-
,, bationis. Nihilominus hoc numquam fuit ſervatum,
,, ſed tantum quilque ſolet exhibere fidem ſuæ adpro-
,, bationis, vel Doctoratus privilegium, & ſtatim
,, Procuratio admittitur; quod re ipſa idem eſt, quo-
,, ad effectum, & aufert Scribis incommodum prædi-
,, ctum regiſtrum faciendi, ac Magn. a Secretis dandi
,, notulam adprobatorum.

3 Verum qui privilegio Doctoratus eſt inſignitus, libere poteſt in S.C. poſtulare, aliis vero licitum non eſt, niſi præcedat examen, ut ſupra, *ut in §. 4. d. prag.*22.& in margine *Pragm.*80.*de offic.S.R.C.legitur v3.Advocatis ſufficit approbatio Collegii.*

4 Deinde per eundem Ducem Alcalà 10.Decembris 1529. fuit promulgata altera pragmatica, quæ eſt 80.*de officio S. R. C.*, per quam in §. 1. confirmatur dicta pragmatica 22.ut examinentur in aliqua Aula S. C. cum præſentia Spectabilis Præſidis, vel ſine, & jurent, capta informatione de vita, & moribus, & expediatur ſolita matricula.

5 Et Magiſtri actorum omnium Tribunalium neminem admittant ſine matricula, §. 3. *d. pragm.*80. ubi nota bene, quod ibi comprehendit omnia Tribunalia, & ſic non ſolum in S.R.C., ſed in Reg. Camera Summariæ, in M.C.V., & Curia Bajulari, & ſic ſervari debet, ut latius dico hic *num.*7.& in quam pœnam incurrunt Actuarii, & Scribæ, dico *num.*8.

In §. 4. *ejuſdem Pragmaticæ* mandatur, ut idem ſervetur in examine Advocatorum R. Audient. & idem in examine Procuratorum, juxta *Pragm.22. de off. S.R.C.*, & matricula Procuratorum fiat per Secretarium dictarum Regiarum Audientiarum.

Et in §. 5. dicitur, quod Advocatus, vel Procurator matriculatus in una Audientia poſſit poſtulare in omnibus aliis, & omnibus Curiis Regni, præter Tribunalia reſidentia intra hanc Fideliſſimam Civitatem Neapolis.

Et reſpectu Tribunalis M.C.V. adeſt *pragm.30. de offic.Mag.Juſt.edita anno* 1554. per quam *in §.5.ſtatuitur*, ut Procurator approbetur per M. C. alias non poſſit onus procurationis exercere in ipſa M.C.

Hæc vero *pragm.*30.non ſervatur, & ratio erit, quia per *pragm.*80.*de off.S.R.C.* (quæ eſt ultima) remanet correcta *hac pragm.30.de offic.Mag.Juſt.*dum *d. pragm.*80. comprendit omnia Tribunalia, in principio §.3. ibi: *I Procuratori ſi abbiano da eſaminare in una delle Ruote del Sacro Regio Conſeglio.*

Et in *d.* §.3. *in fin.*, ibi, *dopo ammesſi ſi debbano matriculare*, & ibi, *ordinando a i Maſtrodatti in tutti li Tribunali, che non ammettano procure ſenza la fede della matricola.*

Deinde continuò ſequitur §. 4. ibi, *nelle Regie Audienze la matricola di eſſo ſi faccia dal Segretario dell'Audienza.*

Ergo ſicut dixit de Regia Audientia, ita pariter dixiſſet de M.C.V., non dixit, ergo noluit, ſive voluit, ut matricula S. C. admittatur in M. C., & in omnibus Tribunalibus quod clarius habetur ex illis verbis, ibi, *li Maſtrodatti di tutti li Tribunali.*

Et in tantum fecit §.ſeparatum pro Regia Audientia, in quantum voluit providere, ne a Regiis Audientiis cogantur venire ad hanc Civitatem ad examen procurationis exercendum in Provincia; ſed ſi quis eſſet matriculatus in S.C. non eget matricula Regiæ Audientiæ.

6 Imo hodie non ſervatur fieri matricula in Regiis Audientiis, ea forſan ratione, quia hodie tale munus procurationis exercetur a perſonis privilegio Doctoratus decoratis, nam, ut ſupra dictum eſt, Doctoratus privilegium ſupplet defectum matriculæ, & pragmatica prædicta requirit examen, & matriculam perſonis non Doctoratis, ut ex dicta *pragm. 22. in fin.*, ibi, *Doctoralibus itaque inſigniis decoratis liceat patrocinari liberè in conſilio, & poſtulare, aliis vero non, niſi ſecundum formam hic traditam.*

7 Ex his itaque clare videtur, confuſe locutum fuiſſe *Motill.de grad. citat. num.* 1., & credo ex errore Typographi, appoſitam fuiſſe particulam (*non permitti intelligat*), quæ particula *non* debet deleri; nam ut advertit etiam *Toſſon. de antefato verſ. 7. obſerv.1. fol.mihi 279.de juram.DD., & Procur.num.* 19.*& ſeqq.Pragm.21.de off.S.R.C.*, non fuit recepta, ut teſtatur etiam *Rovit. ſup. dict.Pragm.* Et pragmatica Excellentiſs. Comitis de Lemos lata ſub die 11. Maii 1612., per quam *num.*28. erat ſtatutum matriculandos eſſe Doctores, & Procuratores, & juramentum ab eis præſtandum, & ordo emanatus *ſub die* 17. *Februarii* 1630. & alii *ſub die* 4. *Martii* 1630.*prag.21.§.3.de offic. S. R.C.fol.*1053., *& pragm. Ducis de Alcalà ſub die* 10.*Decembris* 1619.*quæ eſt* 8.*de off.S.R.C. num.3.fol.*1084. Confirmantes, *ut Advocati quilibet præſtent juramentum, & rigoroſo examini ſubiiciantur*, jamdiu non fuerunt ſervati, nec hodie ſervantur, ut notatur *in margine d. prag.* 21. 22. *&* 80. §. 1., *&* 2.reſpectu Doctorum, & teſta-

ſtatur *de Petris conſ.1.*, *& Conſtant. ſuper pragm.4. de dilation.in fin.Petr.rit.*

8 Sed ſervatur *d.pragm.*80 §.3. reſpectu Procuratorum, qui non ſunt Doctorati;& ſervatur *prag.*88. *eod. tit.de off.S.R.C.*§.27.ubi mandat , quod nullus audeat exercere exercitium Procuratoris in Tribunalibus huius Civitatis,niſi approbatus fuerit per S.C.

Nec debeant Magiſtri act.& Scribæ illos admittere abſque dicta approbatione per fidem matriculæ Magnifici Secretarij S. C. ſervata forma novellæ *Regiæ Pragmatica* , & ordinum factorum per dictum Sac. Conſ. ſub pœnis in eis contentis , aliiſque præfato Ill.Præſidenti reſervatis.

Et novella pragmatica , de qua fecit mentionem *d.pragm* 88., eſt *pragm.*80.*eodem tit.de offic.S.C.* , *& pragm.22.eod.tit.*

Et quia in dictis pragmaticis non ſtatuitur certa pœna : ideo tam Procuratores , quam Magiſtri actorum , & Scribæ incurrunt in pœnam arbitrio Illuſtr. Dom.Præſidis Sacr.Conſilii.

,, Pœna prædicta , quoad Magiſtros actorum , Scri-
,, bas , & ſimiles , fuit per dictam Regis *Conſtitutionem*
,, *cit.loc.* declarata, ſcil. privationis officii , quam ho-
,, die proinde ſolummodo incurrunt.

9 Et quia in dicta pragmatica non apponitur pœna nullitatis actorum , ideo valida ſunt acta quæ fiunt per Procuratorem non matriculatum , antequam opponatur defectus matriculæ , ut advertit *Merlin. controv.73.tit.2.num.11.Altim.quæſt.31. num.109. rub.11.citat.a de Luca ad Golinum cap.4.n.5. fol.29.*

C A P. I I.

De Interrogatoriis in approbatione Procuratoris.

Summarium non apponitur hic , quia ipſa materia habetur loco Summarii.

1 JUdicium quid eſt ?

Reſp. Eſt actus legitimus trium perſonarum, ſcillcet Judicis,Actoris,& Rei,*cap.forus de ver.ſign.*

2 Quando incipit judicium ?

Reſp. Incipit a conteſtatione litis, *l. properandum* 21. *C.de judiciis,gloſ.in l.judicium* 58.*D.de judic.*

3 Quando dicitur lis conteſtata?

Reſp. De jure communi,cum ſuper litigantium oppoſitionem Judex in cauſa cognoſcere cœperit , *l.1.C. de litis conteſt.cap.1.eod.tit.*

Sed de jure Regni datio termini ad probandum importat litis conteſtationem , *Sanfel. in prax. ſect. 46.num.5.Carlev.lib.1.tit.2.diſp.4.num.9.*

4 Terminus ad probandum quantus eſt ?

Reſp. Regulariter eſt 20.dierum , & vocatur terminus juris . Poteſt tamen abbreviari , & prorogari arbitrio Judicis,*prag.7.de ordin.judic.ann.*1477.

5 Terminus ad probandum quando datur?

Reſp. Poſt adimpletas exceptiones dilatorias , *d.ſin pragm 7.ut ſup.*

6 Exceptiones dilatoriæ , quæ ſunt ?

Reſp. Sunt , quæ impediunt litis ingreſſum , ut declinatoria fori , litis pendentia , compromiſſum , legitimatio perſonæ , cautio expenſarum , & ſimiles . *pragm.6.de ord. judic.anno* 1477.

7 Exceptiones dilatoriæ quando opponuntur ?

Reſp. Ante litis conteſtationem, & ſic ante terminum, *d.Pragm.6. ut ſup.*

8 Terminus a quo die incipit currere ?

Reſp. A die poſt intimatam electionem Examinatoris. *Pratus ad Muſc.gloſ. juramentum in princ.*

Dummodo fuerit oblata depoſitio in calce termini , nec fuerint præſentatæ poſitiones , nam præſentatis poſitionibus , terminus non currit , niſi poſt factam depoſitionem , *pragm.* 8. *de ord. judic. & de Franch.deciſ.220.num.7.*

,, Cum per *nov.Conſtit.§.1.num.22.* fuerit ſancitum,
,, ut infra latius dicemus , quod in quacumque parte
,, judicii tam ante,quam poſt litem conteſtatam depo-
,, ſitio ſuper poſitionibus petatur, non impediatur cur-
,, ſus cauſæ , ideo ceſſat talis reſponſio, ſeu limitatio,
,, ſed ſimpliciter reſpondendũ erit, quod poſt intimatã
,, electionem Examinatoris terminus currere incipiat.

9 Examinatorum ſuſpicio quando eſt danda ?

Reſp. Intra biduum poſt notificatum terminum , quo biduo elapſo, ſuſpicio tanquam calumnioſa non auditur,*prag.3.§.10.de dil.an.*1612.*Comitis de Lemos.*

10 Nominatio teſtium infra quantum tempus fieri debet ?

Reſp. Infra quinque dies poſt intimationem termini ; & non ultra , *d.pragm.4.§.9.de dilation.*

11 Terminus nominationis intra Regnum quantus eſt ?

Reſp. Si locus diſtat infra unam dietam , terminus eſt 15.dierum . Sed ſi ultra , tunc ultra quindecim dies pro prima dieta, dantur alii 5. dies pro ſingulis aliis dietis ſequentibus , dummodo non excedant tres menſes ; Sed Judex , vel utraque pars poteſt prorogare , *pragm.7.de ordine judic.anno* 1477.

12 Dieta quot milliaribus computatur ?

Reſp. Dieta legalis per terram computatur 20.milliaribus. *l.1. ff.ſi quis cution.& pragm.7.de ord. judic.*

Sed per mare eſt 50.milliaribus . *Felyn. in cap.olim verſ.demum ſcias , col.4.de except.*

De qua computatione nulla habetur ratio, quia ſemper computatur diſtantia per terram , *Rovit.deciſ.66.num.*4.ubi late.

13 Nominatio intra Regnum qualiter fit ?

Reſp. Fit cum expreſſione loci , ubi habet teſtes , ſed expreſſio nominis , & cognominis teſtium neceſſaria non eſt , *pragm.7.de ord.judic.*

14 Nominans intra Regnum , qua pœna punitur , ſi nominatione non utatur ?

Reſp. Olim pœna erat 12. aureorum , *pragm. 1. §.3. de Procuratoribus,& prag.31.de off. S.R.C.*

Hodie eſt aucta ad duc.50.*ut prag.8.§.5.de dilat.*

Quæ applicatur Fiſco, & parti æqualiter , *pragm. 3.de dilat. Dubium ; obſerva , quia dicta pragm.loquitur de nominatione extra Regnum.*

Quæ pœna ſolvitur a Procuratore , qui ſpeciale mandatum non habet , *d.pragm. 31. de off.S.R.C.& Prag.1.de dil.Nota,quod loquitur de ultra marina.*

15 Terminus nominationis extra Regnum,quæ ultra marina appellatur , quantus eſt ?

Reſp. Eſt ad arbitrium Judicis, dummodo non excedat ſpatium novem menſium , *l.nec de ſtatu C. de dilat. Cave a Petra rit. 69. n. 3. dicente ſex menſium ſpatium in Provinciis continentibus , & novem menſium in tranſmarinis , quia hoc ſervatur in Curia Romana, ex §. ſpatium 5.qu.3.Egid.dec.427.*

16 Nominatio teſtium extra Regnum , quomodo, & quando fieri debet ?

Reſp. Debet fieri cum expreſſione loci , nominis , & cognominis teſtium , *pragm.4. §.9.de dilat.*

Alias intelligitur dierum viginti tantum ; *prag.7. de ord.judic.*

Et cum depoſito aureorum 15. pro quolibet menſe dilationis obtentæ , pro pœna , ſi ea non utatur, nil probando in locis nominatis ; ideoque ſi dilatio erit ſex menſium depoſitum erit ducat. 90. *pragm.3. & 4.§.de dilat.*

17 Nominans teſtes , ut evitet pœnam , infra quantum tempus renunciare poteſt nominationi factæ ?

Reſp. Quandocumque , ante publicationem . Sed cautius eodem die , vel ſequenti . Ita de ſtylo ſervatur, *Rovit.pragm.1.num.4.de procur. Petr.rit.140.nu.6.*

*Motill.de grad.cit.ſeſt.num.*15. non obſtante *pragm.* 59.*de off. S.R.C.*mandante, ut fiat eodem die, vel ſequenti,& hodie non ſervatur,ut dicti Authores.

18 Articulorum copia,an detur in Regno?

Reſp. Non dari, *De Franch.dec.*220.*num.*14.

19 Articuli quando debent præſentari?

Reſp. Quandocumque, infra tamen terminum probatorium. Ita de ſtylo ſervatur. *Petra rit.* 89. *num.*2. *& rit.*69.*&* 283.*Muſcat.lib.*2.*p.*9. *gloſ.defendendum num.* 8. *& gloſ. Impertinentes part.* 5. *ſub num.* 16. non obſtante *pragm.* 8. *de ord. judic. dicente infra* 5. *dies eſſe præſentandos, quia diu receſsit ab aula.*

20 Repulſa teſtium quid eſt?

Reſp. Eſt exceptio contra perſonas, vel dicta teſtium, ut minuatur eorum fides.

21 Repulſa, an, & quando poſſit denegari?

Reſp. Denegatur, quando non fuerit proteſtatus de repulſa in citatione teſtium.

22 Repulſa quando peti poteſt?

Reſp. Dantur octo dies ad petendum examen publicatum, & alii octo dies ad legendum examen. quibus elapſis die ſequenti peti poteſt, & ſic poſt 16. dies ab intimata publicatione, ſed de ſtylo eſt in arbitrium Judicis, *Pragm.*1.*de ord.jud.*

Uſque ad Concluſionem excluſive, & ita ſervatur, *De Altim ad Rovit.conſ.*44.*lib.*3.*num.*2.

23 Repulſæ terminus quantus eſt?

Reſp. Eſt medietas primi termini, & Terminus repulſa repulſæ eſt medietas dictæ medietatis regulariter, *Pragm.*2. *de ord. Jud.*niſi aliter Judici videbitur, *Petr.rit.*73.*num.*14.

24 Repulſa Repulſæ infra quantum tempus eſt petenda?

Reſp. Infra 8.dies a die intimatæ publicationis in Cauſa repulſæ, *Pragm.*11.*de ord.Judic.*

,, Ne tyrones errent, ſciant quod bene poſſunt ,, emittere hoc interrogatorium, & reſponſum ,, circa repulſam repulſæ, nam fuit per dictam *nov.* ,, *Conſtit.num.XXV.cit.§.I.*prorſus ſublata.

25 Repulſam petens, vel repulſam repulſæ, & non utens, qua pœna punitur?

Reſp. Pœna olim ducatorum 12. *Pragm.*1. *de dilat. & Pragm.*3.*de offic.S.R.C.*

Sed hodie eſt aucta ad duc.24, *Prag.*8.*§.*6.*de dilat.*

26 Primum, & ſecundum beneficium quid eſt?

Reſp. Eſt reſtitutio in integrum adverſus probationes non factas.

27 Beneficia prædicta,quibus conceduntur?

Reſp. Perſonis privilegiatis, ut pupillis, mulieribus, Eccleſiis, & ſimilibus, qui alieno auxilio reguntur; *Pragm.*11.*&* 16.*de ordin. Jud.*

28 Beneficium primum, & ſecundum infra quantum tempus eſt petendum?

Reſp. Primum beneficium peti debet infra menſem poſt intimatam publicationem, & ubi non fit publicatio, menſis currit poſt intimatam Concluſionem.

Secundum vero beneficium infra alterum menſem, *Prag.*16. *de ord. Judic.* immediate ſequentem.

29 Terminus primi, & ſecundi beneficii quantus eſt?

Reſp. Eſt medietas primi termini, *Rit.M.C.V.*71.

Et terminus ſecundi beneficii eſt medietas dictæ medietatis; *Rovit.in pragm.*16.*de ord.Jud.*

30 In primo, & ſecundo beneficio, an poſſit fieri nominatio teſtium?

Reſp. Poſſe; *Muſcat.par.*6. *gloſ.Adverſæ num.*2.

31 Primum, & ſecundum beneficium petens, qua pœna punitur, ſi non utatur?

Reſp. Pœna olim erat 12.ducatorum; *Pragm.* 1. *de dilat.pragm.*32.*de off.S.R.C.*

Hodie eſt aucta ad ducatos 24.*Prag.*8.*§.*6.*de dilat.*

,, Quod dicitur de primo,& ſecundo beneficio eſt ad- ,, vertendum, quod amplius locum non habet, ſed ,, tantum de primo, hoc enim ſolummodo hodie ex ,, *ead. Conſtit.* adducto loco *num. XXVI.* perſonis privilegiatis conceditur.

32 Depoſitio principalis quando peti debet?

Reſp. Olim infra 5.dies; *Prag. Quinta die, quæ eſt* 8. *de ord. Jud.*

Hodie uſque ad Concluſionem, imo in rebus de novo occurrentibus poſt Concluſionem etiam peti poteſt; *Pragm.*4.*§.*7.*de dilat.dicta* delli 28. Capi.

Quod intellige de depoſitione per verbum credo, & non credo ſuper poſitionibus, non interrogative, ſed poſitive factis.

Secus ſuper interrogatoriis, an ſit hæres, & ſimilibus interrogative factis, tunc ante dationem termini, & non ultra, ut habetur in *Prag.*6.*&* 7. *de ord. jud.*

33 Declaratio circa uſum quando peti debet?

Reſp. Olim infra 15. dies poſt intimatam publicationem, & poſt notificationem ſcripturarum. *Prag.* 4. *§.*8 *de Dilat.*

Hodie quandocumque, etiam poſt ſententiam; *Urſill.ad Affl.dec.*226.*num.*4.

34 Declarare nolens circa uſum, quomodo cogendus eſt?

Reſp. Poſt Trina præcepta declaratoria, quod nulla habeatur ratio de productis. *Prat.reſp.crim.*5.*nu.*2. *Marad. obſerv.*130.*num.*6. vel ſi eſt actor denegatur ei Audientia, donec declaraverit.

,, Hujuſmodi interrogationes reſpicientes declara- ,, tionem circa uſum, ſunt omnino auferendæ, ſicuti ,, ipſa declaratio ſublata eſt, ut ſupra innuimus.

35 Publicatio quando fit?

Reſp. Poſt examinatos teſtes. *Pragm.*11. *de ord. Jud.*

36 Concluſio quando fit?

Reſp. Poſt publicatas probationes; *Prag.* 11. ibi, *quibus terminis finitis cauſa pro concluſa habeatur.*

37 Concluſione facta an poſſint fieri aliæ probationes?

Reſp. Non poſſe per teſtes, *Pragm.* 14. *de ord. Jud.* ſed poſſunt præſentari Scripturæ uſque ad ſententiam, & peti terminus ad illas concomitandas, & e contrario ad impugnandas. *De Franch. deciſ.*671. *& ratio eſt, quia pragmatica prohibet nudam teſtium probationem, ſed hæc eſt mixta probatio.*

,, Ubi loquitur de concluſione, quæ amplius ex di- ,, cta Regis *Conſtit. ibid. num. XXVIII.* non eſt in uſu, ,, ſicuti nec terminus ad impugnandum, nec ad con- ,, comitandum, intellige de monitione ad ſententiam, ,, quæ hodie expeditur, omnibus aliis omiſſis, poſt ,, publicatas probationes, ut infra latius ſuo loco.

38 Nullitas decreti interlocutorii infra quantum tempus proponi poteſt?

Reſp. Infra ſex dies a die intimati decreti,& non ultra, etiamſi habeat vim diffinitivi, *Pragm.*4. *§.*18. *de Dilat.detta* delli 28.capi dell'Anno 1632.

39 De nullitate ſententiæ infra quantum tempus dici poteſt?

Reſp. Per viam exceptionis, perpetuo, *l.Pure §.fin.D. de dol.mal.except.l.pet.C.de temp.in integ.reſt. l.licet C. de excep.* & in Regno non habemus legem, *Altim. rub* 8.*qu.*6.*num.*28.*tom.*1.

40 Sed per viam actionis?

Reſp. Infra decem annos de jure Regni, *d. Pragm.* 4. *§.* 2.*de dilation.*

Et infra 30.de jure communi, *Reg. de Marin. lib.*1. *reſol.*27. *n.*10. quia nullitatis querelæ tempus a jure præfixum non habetur, niſi prout aliæ actiones, quæ 30.annis præſcribuntur, *DD.in l.ſicut C.de præſcrip.* 30.*vel* 40.*ann.*

41 De nullitate ſententiæ, quo caſu dici poteſt?

Reſp. In duobus caſibus, ſcil. quando eſt contra expreſſum caſum legis, quæ lex ſpecificari debet, *Prag.* 4.*§.*16.

4.§.16.*&* 20.*ann.*1612.*Comitis De Lemos,& Prag.5. de dilat.ann.*1620.*Cardinal.Br ja y Velaſco*,vel quando eſt contra ſcripturam publicam præſentatam ante ſententiam,*d.Prag.*1.§.16,*&* 20.*de dilat.*

Et requiritur Advocati, vel Procuratoris ſubſcriptio, *d.Pragm.*4.§.24.*de dilat.*

Et requiritur depoſitum, ſi ante exequutionem proponatur, ad finem impediendi illam; *Prag.*5.§.2, *&* 3.*&* 32.*de offic.S.R.C.*

Secus ſi per viam actionis poſt executam ſententiam, quo caſu non requiritur depoſitum,ex contrario ſenſu *dictarum pragm.*

Quod non reſtituatur, licet nullitatibus renunciatur;*prag.*8.§.2.*de dilat.*„Vid.hic *nov.Conſt.*§.I.*n.*19.

Sed pauper non tenetur facere depoſitum; *prag.* 3.*de Quaſtion.* „ Ad hoc obſerva *d.Conſt.* §.*V.n.*3.

42 Depoſitum quantum eſſe debet?

Reſp. In Sac.Conſ.& Reg.Cam. & Coll. Conſ. intra duc. mille erat ducatorum 12. ſed ultra ducatos mille erat pœna ducatorum 90.*pragm.*5.§.3.*de off.S.R.C.*

Hodie dicta pœna eſt aucta ad duplum. *Apoſtilla ſup.d.*§.3.*prag.*5.*de off.S.R.C. ex literis S.R.Maieſt.*

Sed in M.C.V.intra ducatos 75. pœna eſt ducatorum ſex,ultra ducatos 75. depoſitum eſt ducatorum duodecim.

In interlocutoriis vero latis in Aula M.C.V.fit depoſitum carolenor.30.

At latis domi fit carol,15.*Pragm.*1.*de Procurat.*

43 De nullitate actorum quando dici poteſt?

Reſp. Nullitas ab actis ante ſententiam factis, non poteſt poſt ſententiam opponi; *pragm.*4.§.17.*de dilat.*

Sed de actis non factis, quæ fieri debebant;etiam poſt ſententiam dici poteſt, ex contrario ſenſu *dicta pragmatica*.

44 Contra ſententiam,quæ remedia dantur,& quot?

Reſp. Tria,Appellatio, vel Reclamatio, Nullitas, & Reſtitutio in integrum.

45 Sententiæ executio, an impediri poſſit per iſta tria remedia?

Reſp. In S. C. per nullitatem, vel reſtitutionem in integrum ante cœptam executionem impeditur executio, *Franch.deciſ.*702. *Carlev. lib.*1, *tit.*7.*diſp.*16. *num.*48.

Sed per reclamationem non impeditur, verum præſtita cautione in caſu retractationis exequitur; *pragm.*5. *de off. S.R.C.*

In M. C. V. non impeditur per appellationem, ſi eſt infra duc. 150. ſed præſtita cautione exequitur, *pragm.*3.§.4.*de off.S. R. C. confirmata per pragm.*6. *de appell. ann.* 1574. & licet hæc quantitas fuerit aucta uſque ad ducatos 500.*per pragm.*64. §.3.*de off. S.R.C*, tamen hæc ultima non ſervatur.

Sic quando accuſatur inſtrumentum via ritus; *Pragm.*8.*de liquid.inſtrum. ann.*1637. *Comitis Montis Regis*,

Et in judicio aſſiſtentiæ quoad caput adjudicationis tantum, appellatione non obſtante exequitur, *Pragm.* 2. *de App.* quæ licet non diſtinguat, fuit tamen cum hac diſtinctione interpretata per S. C. teſte *de Franch.deciſ.*120.

Verum quoad caput venditionis executio impeditur per appellationem; idem *de Franch.loc.cit.*

Sed per nullitatem in omni caſu impeditur executio; *d.Pragm.*2. *de Appell.*

46 Appellatio quid eſt?

Reſp. Eſt provocatio a minori ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi; *c. ut debitor de Appell. Abb.in cap.cum ad ſedem de reſt.ſpol. Affl.deciſ.*269.*Verd.lib.*4.*inſt. fol.*290. *num.*2888.

47 Appellatio infra quantum tempus fieri poteſt?

Reſp. Infra decem dies a die intimati decreti,& ſi infra dictum tempus non appellatur, ſententia facit tranſitum in rem Judicatam;*aut.hodie autem C.de appel. l.eleganter verba poſt rem D.de cond. indeb.l.res jud. D.de reg.jur. cap.quoad Conſultationis de re judic.*

48 Appellatio infra quantum tempus proſequi debet, & ſi non fuerit proſecuta,quando dicitur deſerta?

Reſp. Quando fuerit appellatum infra decem dies,ſed non fuit proſecuta appellatio infra 50. dies; qui dantur ad obtinendas inhibitoriales a Superiore,ei que præſentandum proceſſum. *Conſt.reg.appel.temp. Affl.ibidem poſt num.*39.*& deciſ.*175.

Quando dictus terminus 50. dierum fuit a Judice breviatus, ſed non fuerit proſecuta appellatio infra terminum a Judice ſtatutum ad proſequendum, ideſt non fuerit præſentatus proceſſus ad quem, *Muſcat.par.*1. *gloſ. finiendum num.*18.

Licet fuerit præſentatus proceſſus infra 50.dierum vel infra terminum a Judice ſtatutum, non fuit deinde exercitata appellatio, & finita, ſive proſecuta infra annum,& ex cauſa infra biennium; *authen. ei, qui Cod.de temp.& repar.appell.Afflict.in Conſt. appel. temp.num.*29. *& ſeq.*

Si partes poſt appellationem denuo litigaverint coram primo Judice, qui ſententiam tulit, per tacitam renunciationem appellatio dicitur deſerta; *cap.ſolitudinem de appell.*

49 Reſtitutio in integrum quando peti poteſt?

Reſp. In quacumque parte Judicii, etiam poſt ſententiam, *Muſc.gloſ.provocare par.*3. *num.*56.

50 Quæ ſunt exceptiones peremptoriæ?

Reſp. Sunt, quæ perimi faciunt actionem intentatam, ut ſolutio,tranſactio, res judicata,& ſimiles; §.*Appellantur Inſtitut.de exception.Carlev.lib.*1.*diſp.*5.*n.*3.

51 Exceptiones peremptoriæ quando poſſunt opponi?

Reſp. Quandocumque, etiam poſt ſententiam, *Teſt.in c.*1.*de lit.cont.in* 6.*DD.ibid.Carlev.loc.cit.num.*5.

52 Exceptiones mixtæ, ſive anomalæ, quæ ſunt?

Reſp. Sunt, quæ poſſunt habere vim peremptoriæ perpetuæ,vel vim dilatoriæ temporalis,ut exceptio, ne quis teneatur ultra id quod facere poteſt, vel deducto ne egeat,quia,ſi non venerit ad pinguiorem fortunā perimit perpetuo,ſed ſi venerit,dilatat tempus.

Ita exceptio falſi Procuratoris, & inſtantiæ peremptæ, *Scribentes in d. cap. de litis conteſt. in* 6. *Carlev.loco cit.*

53 Quando poſſunt opponi?

Reſp. Ante.& poſt litem conteſtatam; *Idem,ut ſupra.*

54 Exceptiones modificativæ,quæ ſunt?

Reſp. Quæ non dilatant, neque perimunt negotium; ſed ſolum modificant, ut Exceptio Diſcuſſionis, Meliorationum, ne teneatur ultra vires, & ſimiles, *DD.in l.ex adverſo* §.*fin,D.ſolut.matrim.*

55 Modificativæ quando opponi debent?

Reſp. Infra menſem poſt notificatam ſententiam; *Pragm.*4.*de dilat.*§.35.

Hæc ſufficiant pro approbandis procuratoribus, ne Tyrones multitudinem rerum, & prolixitatem formidantes deſiſtant.

„ Sunt, & alia hujuſmodi interrogatoria penes Pra-
„ cticos, quos quiſque conſulere poterit; verum ad-
„ vertere ſimul oportet ad pluries citatam Regis
„ Conſtitutionem, ſecundum quam ſunt ea regulan-
„ da; nam paſſim hodie circa eam verſantur interro-
„ gatoria, quæ ſiunt, aut ab Illuſtri Marchione S. R.
„ C.ſpectabili Præſidente doctiſſimo, ac omni politio-
„ ris literaturæ, ac ſapientiæ genere ornato D. Vin-
„ centio de Ipolito, aut ab aliquibus ex præſtantiſ-
„ ſimis Dominis Regiis Conſiliariis, ſapientiſſimiſque
„ Aularum ejuſdem S. R. C. Præfectis, cum quis, ut ad
„ Procuratoris munus adprobetur, examini ſubii-
„ citur.

CAP.

CAP. III.

De Procuratore.

SUMMARIUM.

Procuratorem conſtituere nemo cogitur, tam ſi ſit actor, quam ſi ſit Reus, dummodo ſit notus, & ſit in Urbe, num.1.

Actor, vel Reus, vel qui non eſt notus, vel qui non eſt in Urbe, cogitur conſtituere Procuratorem, num.2.

Eccleſia, Clericus, Mulier, & miſerabiles perſonæ coguntur conſtituere Procuratorem, num.3.

Actor quilibet in S. C. ſi non conſtituit Procuratorem, ad ulteriora non poteſt procedere, num.4.

Reus citatus in partibus nominans Procuratorem in calce citationis, quid agendum? num. 5.

Reus commorans in loco Judicii, quando cogitur Procuratorem conſtituere, & quando non? num.6.

Acta facta per Procuratorem ante mandati exhibitionem ſunt nulla, num.7.

Acta facta per Procuratorem non matriculatum, antequam defectus matriculæ opponatur, ſunt valida, num.8.

Procuratoris mandatum triplex eſt, Speciale, Generale, & Univerſale, & declarantur, num. 9.

Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi, an & quando poteſt ſubſtitutum revocare, num.10.

Procuratoris falſi exceptio, quæ ſit, & quando admittitur? num.11.

Procurator falſus ſi obtinuerit ſententiam, an poſſit illa a principali ratificari? num. 12.

Exceptio inhabilitatis contra Procuratorem debet opponi ante conteſtationem, num.13.

Exceptio contra Procuratorem, quod non ſit matriculatus, opponi poteſt in qualibet parte Judicii, ſed acta interim facta ſunt valida, quod limitatur in Curiis inferioribus Regni, num.14.

Procuratoris non legitimi exceptio differt ab exceptione Procuratoris falſi, num. 15.

Procurationis defectus conſideratur ex parte conſtituentis, & exemplificatur, num. 16.

Procuratoris defectus ex parte conſtituti exemplificatur, & ſi non opponitur ante conteſtationem non amplius admittitur, num. 17.

Procuratoris defectus reſpectu ſcripturæ exemplificatur, num.18.

Procurator Univerſitatis, Eccleſiæ, & aliorum, qui per ſe comparere non valens, ſi conveniuntur, non tenetur ſumptibus ſuis copiam mandati exhibere, ſed ſolum notitiam dare, ubi eſt mandatum, ut actor ſuis ſumptibus poſſit copiam habere, ſecus quando eſt actor, & idem dicitur de Tutore, nu.19.

Procurator licet non ſit conſtitutus generaliter ad omnes cauſas, poteſt appellare, & appellationem proſequi, num.20.

Procuratoris mandatum, quando morte mandantis extinguitur, & quando non? num.21.

Quando hæres citari debet, ut inſtantia transferatur in hæredem, & quid in cauſa feudali? num.22.

Mandatum extinguitur, quando mortuo principali non remanent hæredes, etiam poſt conteſtatam litem, & quando hæreditas providetur de Curatore, & quando non, num.23.

Mandatum extinguitur morte Prælati, vel Rectoris Eccleſiæ, num.24.

Sententia quomodo debet concipi in perſonam Procuratoris, & in damnum hæredis, & datur form. nu.25.

Decretum, quod Judicium transferatur in hæredes, ſi non præcedit, ſententia erit nulla, etiam in favorem mortui, num.26.

Sententia non poterit exequi contra hæredem, niſi hæres citetur ad dicendum cauſſam quare? num.27.

Mandatum quando non extinguitur, morte mand. n.28.

Procurator ad libitum conſtituentis, an revocari poſſit, & quando? num.29.

Mandato revocato, quando recte proceditur cum primo Procuratore, & non cum ſecundo? num.30.

Procurator, qui præſentavit mandatum, non poteſt ſe excuſare nolle intervenire, num.31.

„ Quid ſervabatur in praxi, & quid hodie per Prag.
„ ann.1728. & per nov. Conſtitut. ibid.

Procurator licet habeat poteſtatem exigendi tantum, poteſt in judicio cogere debitores ad ſolvendum, & aſſignatur ratio, num.32.

Procurator fines mandati excedere non poteſt, & quomodo hæc concluſio intelligenda eſt? num.33.

Procurator ad negotia conſtitutus poterit agere, & conveniri in judicio, exceptis caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, num.34.

Mandatum non apparens in proceſſu compilato, ex temporis longitudine quando præſumitur, num.35.

Procurator repellitur a Judicio, ſi recuſat exhibere mandatum, vel cavere de rato, cum ſuis limitationibus, num.36.

Mandati defectus ſi non fuerit oppoſitus, acta interim facta valent, ſi vere ſit Procurator, ſecus ſi nullum habeat mandatum, num.37.

Acta facta coram præſumpto Procuratore, licet mandatum non appareat, ſunt valida, num.38.

Mandati revocatio debet notificari, num.39.

Procuratoris perſona quot modis impugnatur, nu.40.

Procurator impeditur agere, donec ſciatur hæres, & „ inſtantia ſit in hæredem translata, num.41.

Pater, ubi agit nomine filii, non poteſt conſtituere Procuratorem ſine conſenſu filii, num.42.

Religioſus Procuratorem non poteſt ſubſtituere, niſi cum licentia ſuperioris, num.43.

Procurator, quibus caſibus poteſt alterum ſubſtituere? num.44.

Subſtitutus an mortuo Principali expirat, & ejus ſubſtitutio? num.45.

Formula opponendi contra Procuratorem, vel ſubſtitutum, qui non habens mandatum ſufficiens, nu.46.

Termini ad denunciandum Form. cum reſponſione, n.47.

Prima citatio quando poteſt incipere a Procurat. n.48.

Procurator debet citari perſonaliter, & non domi, n.49.

Maritus, in quibus caſibus poteſt agere in Judicio ſine mandato uxoris, num.50.

Conſanguineus, & affinis, quando ſine mandato poteſt agere in Judicio, vel pro eo comparere, cum ampliatione, & limitatione, num.51.

Appellatio non admittitur ſine mandato, num.52.

Conjunctus poteſt agere in Judicio, ſed non poteſt exigere, num.53.

Procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt renunciare termino probatorio, num.54.

Procurator Tutoris finita Tutela expirat mandatum in litibus, & rebus non exceptis, num.55.

Subſtituens quando poteſt citari, ſi ſubſtituens moriatur, vel non reperiatur, num.56.

Clerici in Regno prohibentur patrocinari, num. 57.

Matricula Procuratoris, num.58.

Form. quando latitant Procuratores Reorum, num. 59.

Procurator nolens intervenire, quando poteſt cogi ad interveniendum, num.60.

Formula citandi per edictum, quando principalis non reperitur, & quod interim procedatur cum Procuratore, num.61.

Form. adſtringendi Reum, licet ſit in loco judicii, n.62.

Formula, quando ſunt multi collitigantes, ut conſtituant unum, vel duos Procuratores, num.63.

Procuratio generalis penes acta, num.64.

Procuratio ſpecialis penes acta, num.65.

Formula conſtituendi unum Procuratorem nomine omnium,

Digitized by Google

omnium, num. 66.

1 PRocuratorem conſtituere nemo cogitur, ſed quiſque poteſt per ſe agere, ſi notus ſit, & in Urbe habitet, *V. rd. ad Gallup. par. 2. cap. 8. n. 50. ex Muſcat. gloſ. comparentes par. 3. n. 9. Foller. ad Maran. qu. 6. membro primo nu.* 100. *Ang. & Bart. in l. qui ante Kalendas ff. de verbor. obligat. Motill. de grad. cit. num.* 514. *ex text. & gloſ. in l. fin. C. de Procur.*

2 Colligitur practica ex his, ut ſi actor, vel Reus non ſit in Urbe, vel ſit, ſed ignotus, poteſt opponi exceptio conſtituendi Procuratorem, ne defatigetur in inveſtigando adverſarium.

3 Limitarem ego in Eccleſiis, mulieribus, & miſerabilibus perſonis ob *pragm. 1. de falſis*, quæ mandat, ut Procuratores talium litigantium incidant in pœnam falſi, & amiſſionis cauſæ, & non ipſi principales, ſi fuerint producti teſtes falſi, vel ſcripturæ, & propterea colligitur practica ex dicto ſtatuto, ut poſſit opponi exceptio conſtituendi Procuratorem laicum, cum quo poſſit procedi ſuper exceptione falſitatis, ne ad imparia judicentur, & cogi hujuſmodi Principales ad conſtituendum Procuratorem, etiam quod ſint in loco Judicii.

4 Limitatur etiam in S. C. Neap., ubi ſi Actor in actu primæ citationis ante conteſtationem litis non conſtituit Procuratorem, Scriba cauſæ prohibetur ad ulteriora actitare, ex *pragm. 79. de offic. S. R. C. quæ in ultima compilatione eſt* 81. §. 5. ſub pœna nullitatis actorum, aliiſque pœnis, & eſt in viridi obſervantia; teſte *Motill. de grad. citat. num.* 123. & nos ſic videmus paſſim obſervari.

5 Et reſpectu Rei citati in partibus, ſi in calce citationis Reus inſtaret, ut intimetur tali ſuo Procuratori conſtituto in eadem banca in aliis cauſis; tunc onus erit Magiſtri actorum recognoſcere proceſſus, & facere fidem de dicto mandato apud acta dictæ cauſæ noviter intentatæ, ut cum dicto Procuratore procedi poſſit. At ſi non reperiretur mandatum, tunc in novo proceſſu id notetur, & procedetur in contumaciam, ſub pœna ſuſpenſionis, & de ſolvendo intereſſe; eadem *pragmat.* ubi ſupra.

6 At reſpectu Rei commorantis in loco Judicii non cogitur procuratorem conſtituere, ut *gloſ. & Text. in l. fin. C. de Procuratoribus*.

Et dicta pragm. loquitur de actore, etiam quod exiſtat in loco Judicii, & de Reo exiſtente extra locum Judicii. Concluditur itaque, quod Reus exiſtens in loco Judicii non tenetur legitimare ſuam perſonam per Procuratorem.

At ad evitandam difficultatem perquirendi ignotos, & irreperibiles per totam Civitatem, Judex poteſt tam actorem, quam Reum cogere, ut conſtituant procuratorem, & ſi Actor citatus non comparet, proceditur ad inſtantiam Rei in contumaciam Actoris; vel liberatur reus ab obſervatione Judicii, *Muſcat. part. 3. gloſ. comparentis n. 9. &* 10.

Reus enim in loco judicii commorans etiamſi non comparet, contumacia non accuſatur contra eum, ſed in quolibet actu citari debet; Niſi per Judicis decretum ſtatuatur, ut conſtituat procuratorem, juxta formulam, quæ inferius deſcribetur.

7 Acta facta per Procuratorem, non apparente mandato Procurationis, ſunt nulla, *de Franch. decíſ.* 490.

Acta facta ante mandati exhibitionem ſunt nulla; *gloſ. in Clem. 1. verſ. acceptis de Procurat. & in c. licet verſ. ſuſcipere eodem tit. Alexand. conſ. 78. num. 9. Gratian. diſcept. 907. num. 37. vol. 5.*

Maxime ſtante ſtatuto, quod acta non valeant ſine mandato, ut eſt in his Tribunalibus Neapolitanis, per *prag. 81. de offic. S. R. C. §. 5.* ibi: *Sotto la medeſima pena, oltre la nullita di tutti gli atti, ipſo jure incurrenda, e che con queſta ſi dichiara per incorſa, dovendo oſſervare il medeſimo a riſpetto del Reo convento, &c.* quo caſu neque cautio, neque ratihabitio mandati ejuſdem Domini ſufficit, *l. ſi vero non numerandi §. ſi traditam, alias ſi creditam ff. mandati Golin. de Procur. cap. 3. num. 2. &* 40.

Verum ſi Reus velit præſentare libellum, vel ſcripturam, non poteſt recipi, nec audiri, niſi prius legitimet ſuam perſonam per conſtitutionem Procuratoris, & ita eſt ſenſus *d. pragm.* ibi: *dovendo oſſervare il medeſimo a riſpetto del Reo.*

8 Sed ſi ille, qui habet mandatum, non eſt matriculatus, acta ſunt valida, antequam defectus matriculæ opponitur, *Altim. rubr. 11. quæſt 31. num. 209. ut dixi in ſuperiori cap. 1. de matric. in fine.*

9 Procuratoris mandatum triplex eſt, vz. *Speciale, Generale, & Univerſale.*

Speciale, eſt ad certam rem, & tunc indiſtincte finitur morte mandantis, *per tex. in l. mandatum C. mandati.*

Generale, quando fit mandatum ad diverſas res; tunc ſi tutor, e. g. qui tutorio nomine fecerat tale mandatum, mortuus ſit, vel deſierit eſſe tutor, mandatum finitur, & revocatum cenſetur in litibus, & negotiis non cœptis, ſecus in illis cœptis, & ubi res non eſt integra; *de Franch. decíſ. 466. num. 2.*

Univerſale, quando univerſaliter ad omnia negotia conſtituitur, ut in mandato inſtitoris, tunc ſi una res in negotio eſt inchoata geri, mandatum non expirat morte mandantis, quia totum ipſum univerſale eſt geri inchoatum, & ſic res non eſt integra; *de Franch. ubi ſupra.*

10 Procurator virtute poteſtatis ſibi a Domino traditæ de ſubſtituendo, ſi alium ſubſtituit, non poteſt dictum ſubſtitutum revocare, poſtquam dictus ſubſtitutus ſuſcepit onus dicti mandati; *Franch. dec. 465. per tex. in cap. is, qui, de procuratoribus in 6.*

Et rationem aſſignat ibi gloſſa, quia Procurator, qui ſubſtituit, functus eſt officio ſuo in dicta cauſa, & propterea non amplius cum eo, ſed cum ſubſtituto procedi debet; & ſi cum ſubſtituto ob aliquod impedimentum procedi non poteſt, neque procedi poterit cum dicto primo Procuratore ſubſtituente.

65 Procuratio ſpecialis ad lites penes acta.

Die, &c. conſtitutus per acta T. de T. de Terra T. qui cit. tus ad inſtantiam T. de T. conſtituit ſuum Procuratorem in præſenti cauſa tantum N. N. præſentem, & cum poteſtate ſcripturas præſentandi, & declarationes quaſcumque, etiam circa uſum faciendi, & omnes alios actus. Promittens habere ratum, &c. ſub obligatione, &c., & proinde juravit, &c. *ex Prax. Rogerii, fol. 41. num. 122. et 123.*

66 *Formula conſtituendi unum Procuratorem nomine omnium.*

In cauſa Ferdinandi Veſpaſiani nomine, ut in actis, cum Creditoribus quondam Alexandri Sanſeverini.

Die 20. menſis Octobris 1661. Neapoli.

Per Dom. Reg. Conſiliarium Eraſmum de Ponte cauſſæ Commiſſarium fuit proviſum, & decretum, quod ſupradicti Creditores infra dies 4. conſtituant unum, vel plures Procuratores, alias termino elapſo providebitur, hoc ſuum, & intimetur.

De Ponte. Morellus.

Doctor N. inſtat procedi cum replicante, ex quo ſuus Principalis eſt Creditor primo loco graduatus, & magis intereſſatus, & in dubio, quod non credit, audiri alias de nullitate.

Doctor N. inſtat procedi cum replicante, ex quo ſuus Principalis eſt Creditor poſterior aliorum & proinde magis intereſſatus, ne remaneat excluſus, ſi patrimonium non bene defendatur.

C A P. IV.

De Libello, ſive Tali, quali petitione; & Mandato juſtificato,

S U M M A R I U M.

Cauſſæ omnes in Regno ſunt ſummariæ, ſed ſubſtantialia judicii non ſunt ſublata, num. 1.

Judicium an poſſit incipere ab articulis, & poſitionibus, num. 2.

Articuli quando fuerint notificati, poteſt proferri ſententia, juxta articulos, ſecus ſi non fuerint Partibus notificati, num. 3.

Libellus, ſive Talis qualis petitio ſit, etiam in judiciis ſummariis requiritur, ſed in ſummariiſſimis non requiritur, neque in parvulis oppidis, ubi poteſt quis eſſe Judex, & Actuarius. num. 4.

Judicium poteſt incipere a mandato juſtificato, & ſic poteſt fieri petitio voce, & per Actuarium redigitur in ſcriptis, num. 5.

Memorialia, ſive ſupplicationes comprehenduntur ſub nomine libelli, num. 6.

Libellus ſic dicitur a libro, num. 7.

Libelli antiquitus requirebantur, hodie ſufficit unus, num. 8.

Libellus debet continere nomen Actoris, & Rei, & rerum, quæ petuntur, num. 9.

Libellus quid differat a petitione? num. 10.

Libelli definitio, num. 11.

Libellus conſtat ex tribus partibus, & quæ ſint, num. 12.

Libelli concluſio attendi debet, num. 13.

Libelli tres partes exemplificantur, num. 14.

Libellus, ut recte concipiatur, quas clauſulas ſalutares habere debet, num. 15.

Form. ſupplicationis, num. 16.

Form. alterius ſupplicationis, num. 17.

Form. mandati juſtificati, num. 18.

1 ET licet in Regno omnes cauſſæ ſint ſummariæ; & in eis procedatur ſummarie, & de plano ſola facti veritate inſpecta, per *c. deteſtantes poſit. in ritu M.C.V. 288., & per pragm., quæ incipit, Diſpendia, &c.*

Tamen in judiciis, quæ de ſui natura ſunt ordinaria, non ſunt ſublatæ ſollemnitates, quæ ſubſtantialia judicii & negotii veritatem reſpiciunt, ut ſunt defenſiones, & probationes *Muſcat. ll. par. 1. gloſ. libellus num. 6.* & diximus *tom. 2. noſt. e praxis in ejus Prælu. 10*, ſicque in Regno omnes dilationes ſunt ſublatæ, dummodo reis non auferantur defenſiones, & in probationibus non graventur, *Muſcat. par. 1. gloſſ. petitur num. 46. ex Bart., & aliis ibi.*

2 Judicium in Regno ſecundum aliquos poteſt incipere ab articulis, & poſitionibus, ut abſolutiſſime tenet *Cavenſis ſup. pragm. Diſpendia, Maraut. p. 4. diſt. 9. num. 16.*

Contraria tamen opinio eſt receptior, nimirum, ut omnino requiratur talis qualis petitio, ex qua poſtea ſunt formandi articuli, & poſitiones, quæ petitio differt a libello ut inferius dicemus.

Fundamentum primæ ſententiæ eſt *Clement. ſæpe de verb. ſignif.*, ibi: *Libellum non exigat, & eſt ritus M.C.V. 288., & rit. ſeq.*

Quapropter formalis libellus non requiritur in Regno noſtro; ſed requiritur talis qualis petitio, & ita eſt interpretanda mens Pontificis in dicta *Clement.* ibi: *non exigat libellum, ſed ſaltem qualem petitionem, Muſcat. in gloſ petitur p. 1. nu. 50. ex prag. 1. de ordin. judic. & pragm. 2. d. tit.* ubi dictus *Muſcat.* reiicit *Marant. Caravit.*, & alios tenentes, quod judicium poſſit incipere ab articulo, & poſitione; & ratio aſſignatur, quia ſi hoc eſſet verum, non poſſet reus deliberare, prout deliberat, viſa petitione, quæ non debet eſſe adeo generalis, & obſcura, ut non poſſit reus deliberare.

Circa hoc vide etiam, quæ dicemus in *cap. de articulis*.

3 Sed praxis vera eſt, quod articuli habentur loco petitionis, quando fuerint Parti notificati, ut poſſit ſe ab illis tueri, adeo ut non ſolum in illis actor poterit petitionem ſuam plenius explicare, ſed etiam novam deducere, ex qua poterit obtinere, & ſi fuerit una via actum in libello, & alia via articulatum, & deinde probatum, poteſt proferri ſententia juxta articulos, qui tamen fuerint notificati Parti: *Dom. Petra ritu 288. tom. 4. nu. 111. fol. 214. ex Merlin. controv. 34. num. 60., & Cavenſ. ubi ſupra,* & ita judicavit M.C.V., & *Conſil. ſ. ffred. 29. num. 9. & Claud. in l. 1. ff. de officio aſſeſſoris, teſte Petra ubi ſup.*

Nec ab hac ſententia diſſentiuntur *Muſcat. ubi ſup.* dum dicit in tantum non poſſe incipere judicium ab articulis, in quantum illi non ſunt noti Parti, ut poſſit deliberare, & ſe tueri, ut ſit in libello, unde cauti Advocati notificant articulos, quando in illis novam actionem deducunt, quæ in prima petitione non fuit deducta, & ita practicatur.

4 Et talis qualis petitio in omnibus judiciis etiam ſummariis requiritur, *Gall. par. cap. 1.* qui citat *Si norel. conſil. 111. num. 7.* ita tenet quoque *Morill. in gradu libelli num. 18.*

In ſummariiſſimis vero abſque petitione proceditur, ut quando inſtrumentum liquidum præſentatur criminaliter vigore ritus M.C.V. 166., tunc præſentatio inſtrumenti habetur loco petitionis, & citatio per epiſtolam *Sanfel. in praxi fol. 28. num. 5. fol. 119.* 19. *num. 5.* Ita etiam in obligationibus penes acta, & in cauſſis modicæ ſummæ, in quibus viva voce abſque ſcriptis poteſt Officialis abſque voto Conſultoris procedere, & decidere, ut diximus in ſecundo tomo in ſuo ti-

titulo, & in cauſſis pauperum, viduarum, & cauſis piis, & inter ſtipendiarios.

Et demum in ruſticis villis, & parvis oppidis libellus non eſt neceſſarius, ſed ex non ſcripto proceditur, per doctrinam *Baldi, & Saliceti in auth. niſi breviores C. de ſentent. ex brevi recitand.*

Imo in dictis parvis locis poteſt quis eſſe Judex, & actuarius, *Urſill. ad Affl. dec. 3. num. 8. Et ego dixi in 1. T. meæ Praxis cap. 4. de off. Actuar. n. 3. fol. 25.*

Et diſtinctionem judiciorum late dixi in præludio ſecundi Tom.

5 Poteſt quoque in aliquibus cauſis incipere judicium a mandato juſtificato compulſivo ad ſolvendum, extractandum, exhibendum, nihil innovandum, & ſimilia, & ita ſervat M.C.V., & omnes aliæ Curiæ Regni. De qua praxi facit mentionem *Gallup. in prælud. ſuę prax. num. 14., & in part. 2. cap. 1. num. 24. Nicolinus in Prax. Civil. num. 13.*

Quæ Praxis in Regno fuit ſumpta a Curia Romana, ut refert *Jo. de Amicis conſ. 35. num. 4. per Gallup.* citatus *ubi ſup. Et Sarfel. ſect. 28. num. 12.* dicit eſſe ſumptam ex *l. de pupillo §. meminiſſe in verb. eum ff. de oper. nov. nunc. & c. ex parte fin. in verb. ſi de re dub. extra de verb. ſignif.*, quæ lex reputatur ſingularis pro modo citandi.

Sed ego dico hanc practicam in Regno vigere ex *Rit. M. C. V.* 15. ubi ſtatuitur, poſſe fieri mandatum pœnale, ut quis reſtituat pecuniam, vel aliam rem mobilem, alias die ſequenti compareat allegaturus cauſam rationalem, quare ad petita non teneatur.

Poteſt etiam fieri petitio ſolo verbo, & poſtea in actis redigi per Notarium, *Marant. par. 4. diſtinct. 9. num. 12. in fin. Muſcat. gloſ. petitur par. 1. nu. 24. Sanfel. ſect. 27. num. 2.*

6 Sub nomine libelli, ſive talis qualis petitionis comprehenduntur memorialia, ſive ſupplices libelli porrecti Judici, vel aliis ſuperioribus; puta Viceregi, Præſidi Provinciali, vel Baroni.

Et in Sacr. Reg. Conſ. incipit judicium a ſupplicatione porrecta Domino Præſidi dicti Sac. Reg. Conſ., de quibus omnibus infra latius dicemus.

Et dum primus actus ab actore, qui vult judicium incipere, eſt formatio libelli, ſeu eſt talis qualis petitio, vel mandatum juſtificatum, ideo Caput, quod hic ponitur, eſt de libello, ſeu tali quali petitione, & mandato juſtificato, & ſucceſſive per ordinem ſubſequentur alia Capita, ſive actus omnes judicii ordinarii uſque in fine judicii.

7 Libellus appellatur a *libro*, quaſi parvulus ſit liber, ſive parvula ſcriptura. Libellus nil aliud eſt, niſi Actoris declaratio circa actionem intentatam, *c. fin. de libel. oblat. l. edita C. de edendo l. 1. ff. eod. prag. 1. de ordin. judic. Muſcat. par. 3. gloſ. reſpondendum, Maner. de numer. tit. ultim. num. 6. fol. 244.*

8 Libelli tres ejuſdem tenoris in qualibet cauſſa requirebantur antiquitus de jure communi, unus ſcilicet Adverſario edendus, ad finem deliberandi an cedere, vel litigare maluerit?

Alius Judici, ut inſtrueretur.

Alius ad actoriſmet inſtructionem. *DD. in Auth. offeratur C. de litis conteſt.*

Hodie vero etiam de jure communi unicus ſufficit libellus, *Cujacius in Julii Pauli receptar. ſentent. interpret. lib. 5. tit. 53. verſ. in communi cauſſa*, & teſtatur *Muſcat. par. 1. gloſ. Reus circa princ.*

9 Libellus debet continere nomen actoris, & rei, & rerum, quæ petuntur, cauſa petendi, atque coram quo profertur, *DD. in c. 1. de libelli oblat.* unde diſticon.

Quicquid, coram quo, quo jure petatur, & a quo,
Recte compoſitus quiſque libellus erit.

Muſcat. in par. 1. gloſ. libellus num. 8.

10 Libellus differt a petitione.

Petitio appellatur qualiſcumque concludens intentio actoris emanata, vel cum ſollemnibus, vel ſine, in judicio, vel reali, vel perſonali. *Clement. ſæpe verſ. verum, quia de verbor. ſignif.*

11 Libellus eſt parvus liber, vel ſcriptura, quo aliquid juridice proſequimur. Vel eſt declaratio mentis actoris circa actionem ab ipſo intentatam, vel intentandam. *Muſc. par. 1. gloſ. libellus num. 1.*

De jure tamen Regni confunduntur, & libellus pro petitione, & talis qualis petitio pro libello accipitur, & nulla differentia conſideratur de Jure Regni, ut docet *Muſcat. gloſ. petitur par. 2. num. 3.*

12 Omnis libellus, ſive talis qualis petitio conſtat ex tribus partibus, ſcilicet ex narratione facti, ex medio, ſeu cauſa concludendi, & ex Concluſione. Exempli gratia. Peto a Titio Centum. *Ecce narratio.* Quia mutuavi. *Ecce cauſa concludendi.* Ideo peto eum condemnari ad ſolvendum *Ecce concluſio. Pellegrin. part. 2. ſect. 1. ſub ſect. 1. num. 8.* Sed cave ab hoc dicterio *Pellegrini*, & tene cum *Muſcat. in gloſ. libellus part. 1. num. 10.* vocantur tres partes Rectoricæ, nempe exordium, narratio, & concluſio, & *num. 15.* dicit, quod tota vis Judicii conſiſtit in libello, cum libellus ſit fundamentum cauſſæ, ubi ſi malum fundamentum erit, quicquid ſuperædificabitur, corruet, & ex libello formandi ſunt articuli.

Et in omni libello, ſeu tali quali petitione debet bonus Advocatus inquirere, & terminare tria, vz. Factum, ſive cauſam obligationis, obligationem & actionem.

Factum, ut emere, vendere, & ſimilia, quæ facti ſunt.

Obligatio, quæ ex illo facto deſcendit.

Actio, quæ ab obligatione deſcendit tanquam a Matre.

Et ſic libellus debet continere tres partes, vz. Exordium, Medium, & Finem. In exordio ſit narratio facti. In medio exponitur cauſa concludendi, ſive obligatio. In fine ſit concluſio illius, quod actor petit a Judice.

Hoc factum debet Advocatus in libello apte, & ſub compendio proponere, *Muſcatell. gloſ. declarant part. 1. num. 7.*

13 Et bene adverte in concluſione, quia libellus in eo, in quo ſe reſtringit in concluſione, attendi debet, & ſemper concluſio libelli attendenda eſt, *Beer. decis. 42. num. 14.*

14 Ideo Exordium libelli oritur, non ut *Pellegrin.* dixit, ſed ut *Muſcat.* vz. vendidi Titio equum, & pro pretio mihi eſt debitor in centum, virtute Inſtrumenti, vel mutuavi Titio centum, vel cauſſa mutui, Titius mihi debet centum. Ecce *factum.* Ecce *Exordium*, ſive *narratio facti.* Et quia pluries requiſitus recuſat mihi ſolvere. Ecce *cauſſa*, ſive *medium concludendi*, quæ eſt ſecunda pars libelli. Ideo peto, ut condemnetur ad mihi ſolvendum ducatos centum. Ecce *concluſio libelli*, quæ eſt tertia, & ultima pars libelli, ubi concluditur, ut condemnetur ad ſolvendum tot.

15 Libellus, ut recte concipiatur, debet quoque habere clauſulas ſalutares in fine.

Prima eſt illa, vz. *una cum expenſis, damnis, & intereſſe*; Nam expenſæ non veniunt, niſi expreſſe petantur. Imo ad evitandam difficultatem, an appellatione expenſarum veniant damna, cauti Advocati apponunt clauſulam, *cum expenſis, damnis, & intereſſe*; Nam appellatione intereſſe veniunt etiam fructus, ut late *Gallup. par. 2. cap. 1. num. 28.*, & quomodocunque proteſtetur de expenſis, cenſetur Judex interpellatus, ut neceſſario debeat victum in expenſis condemnare, alias litem ſuam faceret,

Scaccia

Digitized by Google

Scaccia de judiciis lib. 8. cap. 50. num. 29. Dom. Scopp. ad Nicolin. fol. 36. num. 110., & 120. ex Prat. ad Muſcat. in prax. fidejuſ. modo 11. verſic. ſecundo.

Secundum noſtram Conſtitutionem §. *I. num. XXXIII.* tam in cauſis executivis, quam ordinariis debent omnino aut condemnari ad expenſas, aut ab illis abſolvi ab omnibus quibuſcumque Tribunalibus, qui in cauſis ſuccubuerint, eodem decreto diffinitivo, vel ſententia, adeout ſtatim ac decretum, ſive ſententia tranſitum fecerit in rem judicatam, a Scriba cauſæ celerrime ſit faciendus earum calculus, adverſus quem admittenda eſt unica reviſio, abſque eo quod produci queat ullum remedium, nullitatibus exceptis cum depoſito. Hujuſmodi enim condemnatio, vel abſolutio expenſarum in ſententia fere prorſus ab uſu receſſerat, & quiſque pro lubitu, & impune lites injuria in annos protrahebat.

Secunda clauſula erit, vz. *Petens ſuper omnibus, & ſingulis prædictis ſibi jus, & juſtitiam miniſtrari, ſummarie, & de plano.*

Nam removet dicta clauſula omnem defectum generalitatis, & ineptitudinis, & eſt tanquam herba bettonica contra omnes defectus; Imo ex dicta clauſula, juncta cum alia clauſula, vz. *omni meliori modo, &c.*

Poterit etiam ſuper non expoſitis pronunciari, *Gallup. ubi ſupra*; ea ratione, quia cenſetur omne jus deduxiſſe, per *Text. in l. fin. C. de Annal. Exeq. Bald. in l. incerti C. de interd. Paris de Puteo de Syndicatu §. ſentent. cap. 4. num. 10. fol. 165. ater.* adeo quod intentans poſſeſſorium cum dicta clauſula, obtinebit etiam in petitorio, ut deciſum apud *Gramm. dec. 19. n. 29. Viv. dec. 115. lib. 2. nu. 5. Marant. par. 3. dec. 57. num. 6. & part. 6. membr. 3. num. 15.*

Et dicta clauſula ſalvat ſententiam non conformem libello; *Merlin. centuria 1. cap. 14. poſt Scac. de judiciis, tomo 1. cap. 50. num. 26. Muſc. in ſua prax. part. 1. poſt gl. petitur num. 52.*

Et quando in libello adeſt clauſula *jus, & juſtitiam miniſtrari*, tunc poſſunt intentari remedia ad invicem repugnantia, ut ſi quis prius intentavit judicium Ordinarium, poterit recedere a via ordinaria, & convolare ad viam executivam, ut dixi *in ſecundo tomo cap. de via execut. vigore pact.* & ita *Staib. tom. 2. obſervat. 113. num. 50. Capyc. Latro dec. 120. num. 25. Giptius ibidem.*

Et optima eſt dicta clauſula, quando factum eſt intricatum, vel eſt multitudo factorum, & ſolent poni illa verba, vz. *ſibi juſtitiam miniſtrari, ſimul, diviſim, copulative, & alternative, ſingula ſingulis referendo, Orn. lib. 4. tit. 6. de action. §. omnium n. 129.*

Tertia clauſula eſt, vz. *deducens &c.* per hanc clauſulam intelligitur deductum omne jus, & quodlibet remedium ſibi magis utile, & omnis actio, quæ melius ſibi competit, & expedit, *Doctores in l. fin. C. de annali except. Muſcat. in gl. libell. n. 18.* ſed fuſius *Scaccia de judiciis lib. 1. cap. 50. n. 28. Manſius conſult. 56. n. 6. Ludoviſius dec. 355.*

Quarta clauſula eſt, vz. *non ſe adſtringens*, quæ operatur, ut plura proponens non teneatur, niſi ad ea, quæ ſufficiunt ad victoriam reportandam, & maxime juvat poſita in articulis, ubi ſi reus ſit, non probando allegata non ſuccumberet, *Gallupp. ubi ſupra.*

Et liberat a condemnatione expenſarum, ſi omnia contenta in libello non probet, & in criminalibus liberat querelantes ab onere probandi omnia deducta in accuſatione, *Scacc. de judiciis lib. 1. cap. 50. num. 28.*

Quinta clauſula, vz. *citra præjudicium omnium jurium.*

Operatur, ut ſi aliquid præjudicii inferretur ex petitione ſic facta, intelligatur, ac ſi petitum non eſſet, *Gallup. ubi ſup. par. 2. cap. 1. num. 28.*

Sexta clauſula, vz. *omni meliori modo &c.*

Intelligitur petitorium, & poſſeſſorium.

Item petens plus debito, licet ſit in pœna, tamen cum dicta clauſula evitabit illam, *Gallup. ubi ſup. poſt Rovitum in Pragm. 6. num. 5. de falſis.* Item ſi quid petatur, nec poteſt illo modo intentato, videtur petitum, & alio ſibi permiſſo; *Gallup. ubi ſup. Rovit. in prag. 4. de Feud. n. 79. Ann. alleg. 26.*

Verum non operatur reſpectu aſſiſtentiæ, niſi expreſſe petatur in libello, *Rovit. pragm. 1. de aſſiſtentia Gallup. ubi ſupra.*

Et quando in libello, & ſupplicatione adeſt dicta clauſula, *omni meliori modo*, maxime quando ponitur cum copula, & quemadmodum cauti, & docti Advocati ſolent, vz. *Iſto, & omni alio meliori modo &c.* tunc comprehendit alios modos non expreſſos. Adeo quod ſi quis intentavit viam ordinariam poteſt mutare modum agendi, & recedere ab ordinaria ad viam executivam; *Marta clauſ. 2. nu. 3. par. 1.* ubi plures deciſiones Rotæ refert, relatus a *Capyc. Latro dec. 120. num. 25. & Staib. tom. 2. cent. 2. ibid. 113. num. 42. Cavall. qu. 815. nu. 14. Ricc. collect. 870. nu. 5.* Dicta clauſula *omni modo meliori* operatur, ut utilius remedium dicatur deductum, & ſi quid fuit expreſſum non valet eo modo, quo fuit expreſſum, valeat eo modo, quo valere poteſt, *Surd. conſ. 428. nu. 19. & conſ. 540. num. 25. Ricc. coll. 879. effect. 1. Staib. reſol. 122.*

Et quod cenſeatur intentatum omne remedium magis favorabile, & deducta omnis actio magis neceſſaria actori proficua, *Rot. Bonon. diverſ. dec. 116. num. 54. & 129. num. 25.*

Et operatur, ut melior via cenſeatur electa, *Ludov. dec. Rot. 204. num. 19. & 207. n. 4.*

Quod ſi actus non valet uno modo, valeat omni alio meliori, *Marc. Ant. var. reſol. 49. nu. 8. lib. 2. Barboſ. de clauſ. 12. num. 3. Staib. dict. reſol. 122.*

Septima clauſula, vz. *Salvo jure ſuperflui.*

Excludit dolum, & de crimine ſtellionatus non tenetur creditor, licet plus debito petat, *Anton. Barba cent. 1. obſ. 100.* poſt *Alex. conſ. 73. in 6. nu. 6. & conſ. 83. num. 4.*

Nam regulariter petens plus debito de crimine ſtellionatus tenetur, *l. ſi fidejuſſor §. in omnibus*, ubi *Bart. ff. mandat.*

Octava clauſula, *ſalvo Jure melioris calculi*, ſalvat a pœnis plus debito petentis, *Roland. conſ. 61. num. 39. lib. 1. Moster. dec. Arag.*

Nona clauſula, vz. *Ultra ſolutione contentus.*

Similiter removet difficultatem delicti plus petiti, & quando conveniuntur plures inſolidum, operatur, ut non ſit diviſa actio, *de Franch. dec. 305.*

Et removet omnem incertitudinis defectum in cauſis ſummariis, *Gallup. par. 2. cap. 1. num. 28.*

Decima clauſula, in ſupplicationibus maxime, quibus utimur in S. R. C. Neapolitanus apponere ſolam clauſulam; qua utuntur Criminaliſtæ in querelis criminalibus, vz. *Super quibus omnibus, & eorum ſingulis, cum omnibus dependentibus, emergentibus, & annexis ex eis prorſus extraneis, vel connexis, annexis, & aliis penitus ſeparatis petit juſtitiam miniſtrari, &c.*

Cujus clauſulæ virtute, licet non ſit probatum ſecundum qualitatem deductam, ſequitur condemnatio ſuper probatis, ac ſi diviſim actum fuerit, & ſic vigore dictæ clauſulæ proceditur ad condemnationem illorum; de quibus actum non fuit, ut late hæc omnia concludit *Paris de Puteo de Syndic. in §. ſententia cap. 4. num. 12. fol. 296. & per in-*

quiſitionem. de accuſat. Bald. & alii ibi, &c.

16 *Formula ſupplicationis in judicio aſſiſtentiæ pro obtinendo Commiſſario Cauſæ.*

S. R. M.

Supplicat humil. M. V. Blaſius de Perditis Civitatis Acerrarum, dicens ſupplicantem ipſum ſub die 10. menſis Januarii 1688 tradidiſſe ex cauſa venditionis ſues centum Petro N. pro ducatis mille, quos dictus Petrus promiſit ſolvere per totum menſem Decembris ejuſdem anni 1688. & obligavit ſe, ſuoſque hæredes, & bona omnia præſentia, & futura, cum clauſula conſtituti, & precarii ad pœnam dupli, cum poteſtate capiendi, renuncians exceptioni rei non traditæ cum juramento, & aliis, prout ex publico inſtrumento, quod in promptu producit. Ecce major.

Et quia tempus ſolutioni præfixum jam effluxit, & debitor in ſatisfaciendo ſuit renitens, ideo intendens ſupplicans dictos ducatos mille una cum intereſſe, & expenſis conſequi, & præſtari ſibi aſſiſtentiam cum facultate vendendi, vel adjudicandi in forma, ſuper infraſcriptis bonis, & de bonis dicti Petri, quæ ad præſens poſſidentur per infraſcriptos poſſeſſores. Ecce minor.

Propterea recurrit ad M. V. eique ſupplicat dignetur cauſam, & cauſas prædictas, una cum annexis, & connexis, emergentibus, & dependentibus committere uni ex veſtris Regiis Conſiliariis melius viſo, qui ſuper prædictis omnibus, & ſingulis, ut ſupra, jus, & juſtitiam faciat, petens ſibi jus, & juſtitiam miniſtrari; non ſe adſtringens, &c. deducens omne jus, &c. & proteſtatur de expenſis, &c. ſalvo jure bonificandi, & non ſolum iſto, ſed omni alio meliori modo. &c. Ecce concluſio.

Bona, ſuper quibus petitur aſſiſtentia ſunt, vz.

Una Maſſaria vitata, & arbuſtata ſita, &c. juxta li beni di T. T. e li beni di P. P. quale al preſente ſi poſſiede da B. B.

Item una Caſa, &c. & ſic deſcribuntur omnia bona, ſuper quibus petitur aſſiſtentia; deinde in extremitate paginæ ſubſcribitur Doctor, qui ſupplicationem formavit; & Præſidi porrigitur, qui ita decretum format.

Magnificus U. J. D. N. N. partes audiat, provideat, & in S. C. referat, & poſtea ſubſcribitur Præſes, ſub qua ſubſcriptione Actuarius diem proviſionis ponit, hoc modo: Proviſum Neap. die 6. Januarii 1689. & poſtea ſubſcribitur Actuarius.

„ Uſus jamdiu invaluit, & per *nov. Conſtit. §. III. nu.*
„ 6. denuo eſt ſtatutum, ut in omnibus hujuſmodi
„ Præſidis Decretationibus addatur illa clauſula: *dum-*
„ *modo non agatur de cauſis inceptis in M. C. V.* vel
„ *dummodo tamen cauſa non fuerit cœpta in M. C. V.*
„ quod idem ſonat; imo per *d. Conſt. ibid.* cauſæ non
„ excedentes ſummam duc. quatuorcentum in S. R. C.
„ prorſus nequeunt committi, ſub pœna duc. 20. Ma-
„ giſtro actorum, qui ſupplicationi decretum fece-
„ rit. Et per ſpectabilem Præſidem D. Vincentium
„ de Ippolito alias laudatum, inductum eſt, ut dies
„ Proviſionis non apponatur a Magiſtris actorum, ut
„ prius ſemper fieri ſolebat, ſed ipſemet ſpectab. Præ-
„ ſes illam apponit, tempore, quo ſubſcribit; & ſic
„ omnis ſuſpicio fraudis tollitur.

Alia formula Supplicationis.

S. R. M.

17 Supplicat humiliter U. J. D. Antonius N. dicens reperiri obligatum pluribus creditoribus ex diverſis cauſis, & præſertim ex cauſa exactionis introituum ſtatus Illuſtris Principis Venuſini, cujus ordine compulſus ſe obligavit diverſis ſuis creditoribus, & quia ſupplicans de perſona non poteſt cogi ad ſatisfactionem dictorum creditorum, etiam ex quo eſt ſexagenarius, ſupplicat M. V. cauſam prædictam committere uni ex veſtris S. C. Conſiliariis melius viſo, qui ſupplicanti ſuper prædictis, & circa prædicta jus, & juſtitiam faciat, omni modo meliori, ſalvis aliis, &c.

Magnificus U. J. D. D. Franciſcus Torreſon Regius Conſiliarius ſupplicata recognoſcat, partes audiat, provideat, & in S. C. referat, Ulloa Reg. & Præſ. Proviſum Neap. die 14. Februarii 1698. De Litto. De mandato Reg. &c. Ex proviſione facta per Militem U. J. D. D. Franciſcum Torreſon Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, &c. ad Inſtantiam retroſcripti ſupplicantis, ſive &c. per unum ex Regiis Porteriis S. R. C. inſolidum requirendis omnia, & ſingula in retroſcripta ſupplicatione contenta intimentur infraſcriptis ex adverſo principalibus, quatenus prima die juridica cum ſequentium continuatione, legitime compareant in ejus domo, hora audientiæ, ad dicendum, quæ voluerint contra, & adverſus ſupplicata, & quare ea fieri, & exequi non debeant, alias, &c. eiſdem ſupplicantibus ſuper præmiſſis omnibus in judicio reſponſuri, proceſſurique ad ulteriora in cauſa ipſa ad omnes actus incumbentes, juridicos, neceſſarios, & opportunos, alias &c. Neap. die 18. menſis Februarii 1698. De Litto. Santanellus Scriba.

Formula mandati juſtificati contra ſubſcriptos debitores.

18 Carolus Tertius Dei Gratia Rex, &c.

D. Joſeph Leopoldus Sanſeverino Princeps Biſiniani, &c. & in præſenti Regno magnus Mag. Juſtitiarius, &c. Quibuſvis Alguzeriis, & ſervientibus tam hujus M. C. V. quam aliarum quarumvis Curiarum, & locorum ad infraſcripta inſolidum requirendis, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem Mag. Doctoris Leonardi Ricci, ſive, &c. mandetur ſubſcriptis ejus debitoribus ad pœnam unciarum auri 25. pro quolibet F. R. &c. quatenus infra dies duos poſt præſentium notificationem, dare, ſolvere, & conſignare debeant dicto exponenti, nedum infraſcriptas pecuniarum quantitates, verum etiam ſupradicta victualia per eos reſpective debitas, & debita pro cauſis infraſcriptis exprimendis, una cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe paſſis, & patiendis. Verum habentes cauſam in contrarium intra eundem terminum compareant in hac M. C. & penes acta præſentis cauſæ ad conſtituendum procuratorem &c. alias procedatur in contumaciam. Datum Neap. die 30. Januarii 1709. *Barnoba.*

Franciſcus Ruggiero Act. Mag.

Mandatum Juſtificatum.

C A P. V.

De Præſentatione libelli, & aliarum ſcripturarum.

S U M M A R I U M.

Formula præſentatæ, quæ fit in libello, vel alia ſcriptura, num. 1. „ *ubi quid ſanciatur ex nova* „ *Conſtitutione circa præſentatas, exponitur.*

Præſentationis actus, an fieri debeat in præſentia Judicis, vel Judice abſente, num. 2.

Præſentata, obligationes, & fidejuſſiones poſſunt recipi per Actuarium abſente Judice, & aſſignatur ratio. Et præſentata poteſt fieri etiam die feſtivo, & datur diverſa formula, num. 3.

Præ-

Præſentata debet fieri per extenſum, & non in abaco, & debet ſubſcribi ab Actuario Cauſæ, & non valet ſcripta a Scriba,num.4.

Præſentata ubi non apparet, præſumitur illa prius præſentata, quæ præcedit,num.5.

Præſentationes ſcripturarum requirunt citationem partis, & quando hoc fallit, num.6.

Præſentationes libelli, vel ſcripturarum tam per Actorem, quam per Reum non poſſunt recipi in S.R.C.in M.C.V. & in R.C.S. niſi conſtituto Procuratore, aliàs acta ſunt nulla, & Actuarius pœnam incurrit, num.7.

Supplicatio expedita per Spectabilem Dominum Præſidentem S.R.C præſentari debet eadem die, vel ſequenti,num.8.

PRimo formatur libellus, & poſtquam eſt formatus præſentatur.

Et ſucceſſive actus, qui ſuccedit poſt formatum libellum, eſt actus Præſentationis, propterea hic poſuimus hoc Caput de Præſent.libelli.

1 Quando præſentatur libellus, vel Articuli, poſitiones, exceptiones, replicationes, & ſcripturæ quæcumque, & alia, tunc ſcribitur dictus actus, v3.fuit præſentata per T.de T.die T.menſis T. ann.T. Neapoli, vel Salerni,&c.& in fidem,&c Et poſtea ſubſcribitur per Notarium, ſive Actuarium cauſæ.

Adverte hic, quod *in noviſs.Conſt.§.V.nu.*XVIII. alias Pragmaticas idem ſtatuentes confirmando, ſancitur, omnino faciendas eſſe præſentationes in quocumque libello, cum expreſſa prohibitione, ne poſſit in calce ipſorum fieri ullo modo decretum quodcumque, præſentatione prædicta deficiente, ſub pœnis ibidem comminatis, ſequentibus verbis; XXXVIII. *Per ovviare parimente all'abuſo, che naſce dal non farſi dalla G. C. della Vicaria le preſentate nell'iſtanze, che ſi producono, o di azioni, che s'intentano, o d'eccezioni, che ſi oppongono, ed in altre Scritture, non oſtante il diſpoſto dalle* Prammatiche X.§.80. de officio Judicum, & LXXIX. §. 8. de off. S. R. C. e Prammatica XIII.de ordine judiciorum; *Rinnoviamo perciò l'ordine contenuto in dette Prammatiche colle pene nelle medeſime ſtabilite da eſeguirſi irremiſſibilmente contro gli Attuarj; anzi di vantaggio vogliamo, che gli Scrivani non poſſano ſtender decreto in piedi di qualunque iſtanza, in cui non vi ſia la preſentata, &c.*

2 De Iure communi variant DD. ſi vel ne requiratur præſentia Iudicis in dicto actu Præſentationis. Et

Prima ſententia eſt, quod non poſſint præſentari libelli, vel ſcripturæ niſi in præſentia Iudicis, vel de mandato ipſius. *Bald. in auth. quæ ſupplicatio C. de Precib.Imper.offerend.& in l.2. C.de eden. & l.ait prætor verſ.circa quintum ff.de jure jur.Innoc.Hoſt., & Ant.in c.quoniam contra de probat. Imol.& Angel. in l. ſi finita §. Julianus ff. de damno infecto, & Alex.ad Bart.in l.eos §.ſuper his C. de appellat.*

Altera ſententia eſt; quod coram Notario,& Scriba in abſentia Iudicis producimus, & præſentamus, quæ volumus, maxime dato Termino, & ita voluit *Bart.in d.auth.quæ ſupplicatio* per illum *tex. num.1. C.de precib.Imper.offer. et in d.l.eos §.ſuper his C. de appellat.*& in noſtro Regno recepta eſt opinio *Bartoli*, quæ ſervatur non ſolum in M.C.V.ſed in omnibus aliis Curiis Regni, ut teſtatur *Carav. in Rit.* 247.ubi *d.Carav.num.1.*, & ratio aſſignatur a dicto *Carav.num.*4.quia præſentatio ſcripturarum non eſt actus judiciarius.

Imo *ritus* 242. *in fine* imponit neceſſitatem, quod debeant recipi per ſubactuarios, etiam quando Curia non regitur.

Et quod præſentationes ſcripturarum poſſint fieri per Actuarium abſente Iudice, eſt *pragm.26.num.5. de offic.S.R.C.Broya in prax.Crim.cap.10.num.*26. Et quod hodie indiſtincte fit præſentatio ſcripturarum, & inſtrumentorum a Notario actorum,& poſtea Porterius intimat parti, ut poſſit coram Iudice opponere quicquid velit, concludit *Afflict. in conſtitut. Appellationum tempora lib.2.num.*41.

3 Et ideo quia non eſt actus judiciarius, dictæ præſentationes ſcripturarum, & obligationes poſſunt recipi per Actuarium etiam die Paſchatis, & omni die feriato, & reſponſalo, ſeu citatio data pro illius intimatione poteſt per Alguzerium aſſignari Actuario de omni die,etiam feſtivo,ad finem ſcribendi relationem de intimatione d.citationis, notificatæ tamen die nō feſtivo,nec feriato ad honorem Dei, ut in dictis ritibus,& *Carav.ibid.*, *et d.Broya in cap.1.n.8.et* 9.poſt *Marant.in prax.par.6.actu* 9.*n.*37.

Et ideo tunc in præſentata non dicit Notarius, quod præſentatum fuit in Iudicio, ſive in T.Curia &c.ſed debet dicere præſentatum apud acta T. Curiæ, ex quo tunc Curia non regitur, ſed acta ſemper extant, ut in dictis ritibus plene habetur.

Et eadem ratione Fidejuſſores poſſunt recipi per Actuarium abſente Iudice, die tamen feriato, ut in *ritu* 87. *in fine*.

Et de jure communi præſentatio libelli etiam die feriata expediri poteſt, quia eſt actus extrajudicialis, ut concludit *Oinot.lib.4.de action.tit.6.§.pœnales quoque num.53.in fine* per *tex. in l.miles 11.§.ſexaginta 6. ff.ad l. Juliam de adult.*& *DD. ſup.rub.C. de edendo, Canon. in cap.finali de Judiciis, Angelus, et Jaſon* ibi citati.

4 Præſentata eſt facienda per Actuarium non in abaco, ſed per extenſum diei, menſis, & anni, & nominis, & cognominis præſentantis,ut in *prag.* 10. §.8c *de offic. Judic.et pragm.79.§.8. de offic.S.R.C.*ſub pœna ſuſpenſionis prima vice per bimeſtre ab officio, & ſecunda vice per ſex menſes, & tertia vice punitur pœna ad arbitrium, *Motill. de grada libelli fol.4.num.*11.

Hodie autem dictæ *Pragm.* non ſervantur; ſed acta ſunt valida, licet ſit in abaco facta præſentata, *Thoro in ſupplem. decif. verſ. nullitas fol.* 442. quem ſequitur *Scyal.de foro offic.cap.33.n.58.in fine.*

Et deinde idem Actuarius ſe ſubſcribere debet, tam in præſentatione libelli, quam aliarum ſcripturarum, & quorumcumque actorum, nec quiſquam præſumat manu ſua apponere nomen Actuarii, ſeu ſubſcriptionem ab illo factam ſub pœna ad arbitrium,*pragm.13.§.2. de ord. Judic.,et prag.19.§.18. de offic. magiſt. Juſtit. per Rit. M. C. 34. 35. et 36. Motill.de grad.libelli fol.1.num.*11. quibus adde *Pragm. 26.num.5.de offic.S.C.*

5 Præſentata ſcripturæ ubi deeſt, tunc illa præſumitur exhibita, & præſentata prius, quæ præcedit, *Motill. de grad. cit. num.118. in fine, et Rogerius in ſua Tela Judic.n.348.fol.mihi* 58.qui allegat *Tex.in l. quoties ff.de uſufruct.et in 1.conſtit.Cod.§.quibus.*

6 Scripturæ quando præſentantur, in eis requiritur citatio partis, *Carav.rit.*242.niſi præſententur in Termino probatorio, vel ultima die Termini, vel niſi exhibeatur ſolum ad Iudicis inſtructionem; ut in Clerico probante Clericatum, *Fab.defin.16.num. 8.in allegationibus C.de fid.inſtr.*8.late *Mar.ad.par.6. verſ.recte concipiatur citatio*, & has tres limitationes refert quoque *Carav.rit.*241. quem ſequitur *Sanfel.ſect.57.n.23.fol.*214.

7 Actuarii S.R.Conſ.non poſſunt procedere in cauſa pro actore, nec pro reo, niſi prius exhibitis mandatis procurationis, nec ad ſimplicem citationem contra ſupplicatus, ſub pœna nullitatis omnium actorum, & pœna ſuſpenſionis per actuarium, & ad in-

intereſſe partis, *pragm.79.* quæ in ultima impreſſione eſt 81. *de off.S.R.C.* [illegible] 5. ibi: *Se prima non ſarà legitimata la perſona dell'attore colla procura legitima, ed eſſendo Pupillo, ò minore con le debite ſollennità, ſotto la medeſima pena, oltre la nullità di tutti gli atti &c. Dovendoſi oſſervare il medeſimo riſpetto al reo convenuto.*

Sed de hoc vide, quæ latius in exceptione legitimationis perſonæ, & in exceptione contra Procuratorem dico.

Unum ſcias, quod idem debet ſervari in Reg. Cam. Sum. & in M. C. V., omnibuſque aliis Trib., & Curiis Regni ex *pragm.50. de off.S.R.C.§.5.* ubi ſtatuitur; quod omnes Pragmaticæ ſpectantes ad S.C. obſerventur in Reg. Cam. Sum. in M. C. V. & aliis quibuſcumque Tribunalibus Regni, ac ſi de ipſis, & Tribunalibus prædictis in eiſdem principaliter eſſet diſpoſitum; cavetur de contrario ſub pœnis in eis adjectis.

8 Supplicatio S.Conſ. debet præſentari eadem, vel ſequenti die, tam in S.Conſ., quam in M.C.V. *prag. 86. §.3. de off.S.R.C.* ſub pœna ducatorum duodecim, ultra alias in aliis ordinibus contentas, alias de eis nulla habeatur ratio; idem confirmatur per *pragm. 88. eodem tit. de off.S.R.C.§ 3.*

C A P. VI.

De Citatione.

S U M M A R I U M.

Citationis Etymologia, num. 1.
Citationis definitio, num. 2.
Citationis diviſio, num. 3.
Citatio per edictum promiſcue ſumitur, ſed eorum differentia declaratur, & exemplificatur, num. 4.
Citatio per proclama declaratur, & exemplificatur, num. 5.
Citatio per Nuncium, declaratur, num. 6.
Citari poſſunt litigantes, etiam per Actuarios, num. 7.
Citatio multis vocatur nominibus, & quid differt a monitione, num. 8.
Citatio partis præmitti debet in quolibet actu, alias dicitur nullus, quæ regula limitatur in novem caſibus, num. 9.
Citatio in Regno poteſt fieri domi, vel perſonaliter, & ſi non comparet citatus, fit contumax, quæ regula habet locum quando citatur, ut privatus, & principali nomine. Secus quando alienam perſonam repræſentat, ut Procurator, vel Syndicus, cum fallentiis, in quibus requiritur citatio perſonalis, & cum obſervatione ſecundum nov. Conſtit. & prax. num. 10.
Carceratus quando poteſt citari, & quando non, nu. 11.
Citatus ſi eſt impeditus, quilibet pro eo comparere poteſt ad allegandum impedimentum, num. 12.
Citatio verbalis, tam in civilibus, quam in criminalibus, valida eſt contra Reum exiſtentem in Eccleſia, & quando hoc fallit, num. 13.
Citatus in civilibus non cogitur comparere perſonaliter, ſed poteſt comparere per Procuratorem, cum limitatione, num. 14.
Citatus ſi habitat in loco judicii procedi non poteſt contra eum in contumaciam, ſed in quolibet actu eſt citandus: quod fallit in multis locis Regni, num. 15.
Citatus ſi moratur extra locum judicii, proceditur contra ipſum in contumaciam, ſi nec ipſe, nec per Procuratorem comparuerit, num. 16.
Citatus opponens aliquam exceptionem in calce citationis, non evitabit contumaciam, num. 17.
Citatus ſi in calce citationis conſtituit aliquem Procuratorem, proceditur cum dicto Procuratore nominato, & adſunt diſcordantes opiniones, quæ declarantur, & concordantur, num. 18. „ *ubi recens* „ *praxis adducitur.*
Citatio extra locum judicii fieri debet coram duobus teſtibus, alias acta ſunt nulla, quæ regula fallit in Portariis S.R.C. quibus creditur abſque interventu teſtium, num. 19.
Citatio in loco judicii valida eſt abſque interventu teſtium, quæ regula limitatur in citatione ſuper tenore inſtrumenti liquidi, quæ fieri debet coram duobus teſtibus de Platea etiam in loco judicii, nu. 20.
Citatio facta ſi non conſtat in actis, non præſumitur, & eſt nullitas etiam ſi in veritate ſit factus actus citationis, num. 21.
Actor de jure communi ipſe poteſt citare, ſed de jure Regni nequit ipſe, & quivis extraneus, num. 22.
Citatio poteſt fieri per Actuarium, num. 23.
Citatio prima, an poſſit incipere a Procuratore, nu. 24.
Procurator debet perſonaliter citari, non domi, nu. 25.
Citatio quid differat a monitione, num. 26.
Citationis partes ſunt tres, & quæ ſint, num. 27.
Citatio circumducta, ſeu expirata dicitur quatuor modis, & declarantur dicti quatuor modi, num. 28.
Citationis circumductæ exceptio allegari poteſt ſolum a Reo, & citatio circumducta habetur, ac ſi nunquam eſſet facta, verum ſanatur dicta nullitas, quando partes comparent poſt circumductionem, nu. 29.
Citationis circumductæ effectus numerantur, cum ſuis limitationibus, n. 30. „ *ibique obiter de Proviſionibus non exequendis poſt elapſum menſem.*
Citatio trina requiritur, ut contumacia accuſari poſſit, & quid de jure Regni, cũ ſuis limitationibus, n. 31.
Contumacia an poſſit ſcribi, antequam fiat relatio a Nuntio, num. 32.
Citatio in criminalibus invalida eſt abſque clauſula peremptorie, vel per æquipollens, num. 33.
Citari omnes debent, de quorum intereſſe agitur, & tam principalis, quam fidejuſſor, & in cauſa teſtamentaria, tam cohæres, quam legatarii, cum ſuis declarationibus, num. 34.
Fidejuſſor citatus cum principali ſine novo proceſſu condemnatur, num. 35.
Citatio de nocte ſit tribus luminibus accenſis, num. 36.
Citatio debet continere terminum, infra quem citatus comparere debet, & quomodo hoc practicatur, & quid ſi in citatione non exprimatur tempus, nu. 37.
Citatio in publico affixa ſi laceretur, vel auferatur, pœna eſt Judicis arbitrio, num. 38.
Citatio, ut valida ſit, quæ continere debet, maxime in Regno, num. 39.
Citatio invalida convalidatur, ſi citatus obtemperaverit, num. 40.
Citatio quando requirit ſcripturam, & quando ſine ſcriptis, ſolo verbo fieri poteſt, num. 41.
Citatio an, & quando debet continere locum. Et quando eſt in loco certo, debet fieri in loco, ubi permanet citandus, & citatur impetrato brachio Judicis loci, & quid ſi negatur brachium, & quid ſi citandus ignoratur, ubi habitat, num. 42.
Citandus cum ſit inquiſitus, qui in ſolita ſua habitatione non habitet, nec alibi, quid agendum, nu. 43.
Forjudicandus citatur domi, in qua conſuevit habitare, num. 44.
Nuntio dicenti ſe domi citaſſe, & non addat ſolitæ habitationis, vel dicenti citaſſe modo, & forma, non explicando formam, an valeat, num. 45.
Nuntio dicenti ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis, ſi ibi citavit, admittitur probatio in contrarium, num. 46.
Citatio die feſtivo facta non valet, ſed ſi ſit die juridica, Nuncius poteſt relationem facere die feriato, nu. 47.
Citatio expedita cum data in die feſto, etiam in die Paſchatis, poteſt notificari die juridico, & valet, atq.

ſen-

produ... locum, ubi certificatur, num.48.

Citatio ſi non apparet in actis, erit nullitas, ſed convalidatur per comparitionem partis citatæ, vel ejus Procuratoris, num.49.

Citatio, & omnis actus ordinarius non valet, niſi fiat ad inſtantiam partis, num.50.

Citatio contra infantem, vel pupillum, num.51.

Citatio cum termino infra dies quinque, uſque ad diem quintum, vel ut die quinta compareat, quomodo differat, num.52.

Citationes tres ubi requiruntur, omnes poſſunt ſimul decerni, ut una peremptorie pro tribus habeatur, num.53.

In citatione nominandus eſt Adverſarius citandus per nomen, & cognomen, alias erit nullitas, num.54.

Citatio per edictum fit contra incertos, & ligat etiam Clericos, & datur Praxis citandi Clericum certum, num.55.

Citatio ad [...]ſus Beneficiatum, qui non invenitur, fit in Eccleſia, in qua habet beneficium, num.56.

Citatus [...] expenſas a temere citante, num.57.

Citatio ad ſententiam fit per Nuntium perſonaliter, vel domi, & fieri non poteſt per edictum, aut proclama, num.58.

Citatus dicens ſe exemptum, niſi exemptio ſit notoria, debet docere de exemptione, num.59.

Praeſens in judicio habetur pro citato, num.60.

Citatio in aliena juriſdictione fieri non poteſt abſque licentia Officialis loci. Verum ſi fiat abſque licentia, an citatus debeat comparere, num.61.

Citatio Supremorum Tribunalium, an eget licentia Officialis loci, num. 62.

Commiſſarii, & Alguzini non oſtendentes commiſſionem, poſſunt carcerari, num.63.

Citationes extra Neap. ad inſtantiam Neapolitanorum fieri non poſſunt, niſi expreſſa cauſa Privilegii fieri, n.64.

Depoſitum in Curia loco citationis deſtinata, quando non valet, num.65.

FOrmato libello, & præſentato, expeditur citatio; merito ſequitur hoc caput de Citatione.

1 Citatio venit a verbo *citari*, quod frequentativum a verbo *cieo*, & vult idem, ac *interpellare*, ſive *vocare*, & definitur.

2 Quod ſit vocatio in jus, ex mente *Pauli in l.1. ff. de in jus vocando.*

Sed quod ſit actus Judicialis vocativus alicujus, ad quem ſpectat, qui ex juris diſpoſitione Judicis decreto, vel mandato præcedente per Nuncium, vel alia executione traditur, ita definitur a *Galter, in 3. p. rubr. præſentat. inſtrum. num.29. fol.296.*

Citatur, ſive vocatur reus ad Judicium, tribus modis, v3. verbo, litteris, & edicto, *l. cum vero §. hic ſenatus ff. de fideicom. liber. Muſcatel. gloſ. intimato num.67.*

3 Citatio itaque tripliciter eſt, nempe, per *edictum*, per *proclama*, & per *Nuncium*.

4 Citatio per edictum, & per proclama largo modo promiſcue ſumuntur. Nam utraque fit cum inſerta cauſa, & coram duobus ſaltem teſtibus ad Tubicitæ, vel vocis ſonitum, juxta ſtylum Curiæ, a publico Nuncio in publicis plateis legitur, & poſtea affigitur in muris Civitatis, vel Curiæ. *DD. in l. dies cautioni ff. de damno infecto, Canon. in c. fin. de elect. in 6. Bart. in conſt. ad reprimendum verſ. per edictum, Afflict. in Conſt. Citationis num.7. Rovit. in Rubr. prag. 8. de citat. Franch. decis.516. Ricc. collect.17. 828. & 2106.* & ideo ne mireris; ſi aliqui dixerunt duobus modis fieri citationem, ſcilicet per edictum, & per Nuncium, quia confundunt citationem per edictum, & per proclama, *Gallup. par.2. num.4.*

Citatio per edictum in hoc differt a citatione per proclama. Nam

Citatio per edictum fit contra incertos intereſſe habentes, *l.1. §. quamvis, & ibi DD. ff. de Vet. Jur. inſpic.*

Exemplum eſt in confectione inventarii, juxta *l. ult. C. de jure deliberand. contra creditores, qui ignorantur.*

Exemplum aliud poteſt eſſe, quando laicus ſpoliatur a Clerico, & vigore *c. Regni ad Regale faſtigium, & omnis prædatio &c.* expeditur edictum a Judice laico contra Clericos ſpoliatores innominatos.

Item quando hæres vult liberare a nexu obligationis bona hæreditaria; nam poterit creditores incertos citari facere per edictum, ut compareant ad proponenda eorum jura, alias imponi ſilentium; *Gallup. ubi ſupra Gail. obſerv.57. Rovit. conſ.57. nu.7. Felin. in c.2. de conſt. ſpec. tit. de cit. §. ſequitur nu.19. Bart. in l. fin. ff. de accenſat. & Marſil. p.6. membr. 1. num.82.* qui *num.96.* dicit non eſſe in jure terminatum, per quantum tempus debeat ſtare affixum, ideo eſſe in arbitrio Judicis, & ſufficit, quod Nuncius referat ſtetiſſe affixum, non explicato quanto tempore, nec requiritur actus publicus Notarii, ut putavit *Mastill.* quia nuncio creditur circa ejus officium. Quod ſi creditores ſunt certi, debent citari per nuncium perſonaliter, vel domi, eſto quod eorum creditum ſit incertum, *Gallupp. part.2. cap.2. num.7.*

Item quando citandus eſt vagus, vel certe non habet domum, *Mastill. de grad. citat. num.17.*

5 Citatio autem per proclama fit contra certos intereſſe habentes, ſed qui ob difficultatem non poſſunt citari, *Muſcat. gloſ. intimata num. penult.*

Quæ uti exorbitans, & extraordinaria non conceditur, niſi ex maxima neceſſitate, ut ſi citandus ſit Baro, vel alia præpotens perſona extra Civitatem difficilis conventionis, quo caſu Judici conſtare debet de acceſſu non tuto, brevi informatione, & ſufficit citatio per proclama, *text. in l. de ætate 8. ff. ad Trebell. Veſtr. lib.4. c.2. num.3. per text. in Clem.1. de Jud. Rot. Rom. deciſ.753.* & ſufficit fieri in locis vicinioribus, *DD. in c. unico de foro compet. Galup. par. 2. cap.2. num.10.*

Item in vagabundo, qui citatur per proclama, ſeu edictum in loco, ubi eſt ſolitus converſari; *Gallup. ubi ſupra.*

Item quando citatur Reus gravis facinoris ad forjudic. & citantur omnes amici, cognati, affines, *de Franch. deciſ.516. Follar. in ſua pract. crim.*

Item quando citandus eſt extra Civitatem, vel Provinciam, & domi nullus inhabitat; *Afflict. in conſtit. citat. litera Amend. ad Franch. deciſ.322. n.3.*

6 Citatio per nuncium eſt, quæ fit particulariter domi, vel perſonaliter, juxta *Conſtitution. citationis litera, & Pragm.2. de Ord. Jud.* quando citandus eſt in Civitate, ubi retinet domum, poteſt citari perſonaliter, vel domi, ad arbitrium actoris, ut infra dicemus latius.

7 Citari etiam poſſunt litigantes in actis ordinatoriis voce per Actuarios, & eis creditur, & notatur in actis fuiſſe intimatos judicialiter; *Sanfel. in prac. fol.28. num.2. Scopp. ad Nicol. fol.17. col.1. num.13.*

8 Citatio multis vocatur nominibus. Interdum enim dicitur monitio, item vocatio, dictum, & denunciatio. *Gallup. par.2. cap.2. num.2.* ex multis ibi allegatis; ſed ſtricte loquendo

Citatio differt a monitione, quia monitio proprie non demonſtrat ſuperioritatem, ut dicemus.

9 Citatio partis requiritur, & præmitti debet ad quemlibet judiciarium actum validandum, & ubi citatio omittitur, ipſo jure actus dicitur nullus, ita *de Marin. lib.1. reſol.45. num.6. ex Clem. Paſtor. de re ju-*

judic.& l.de unoquoque, ff.ead. tit. l.nam ita Divus 39. ff. de adopt. & l. fin. C. de legibus, cum aliis concordantibus relatis per *Hippolit.de Marſil. ſing.30.&* per *Marant. in pract. par.4. diſt.14. num.10. fol.220. Ricc.part.4.deciſ.289.& text. in cap.1.de cauſſa poſſeſ. & propriet.*

Limitatur primo

In compromiſſo voluntarie facto in Arbitratores, ſeu amicabiles Compoſitores, nam coram arbitratore non ſervatur judiciarius ordo; quæ concluſio maxime procedit, quando poteſtas data fuit procedendi de jure, & de facto; *De Marin. ibidem*, & alii per ipſum allegati, *Motill, in grad.menit. ad font. fol.mihi 51.num.5.*

Limitatur ſecundo; quod

Citatio tunc non eſt neceſſaria, adeo quod ſi omittatur, non vitiatur actus, quando pars, quæ citari debet, ſi citata eſſet, non potuiſſet aliquid in contrarium allegare. Ita *de Marin. ubi ſup. num. 7. ex Text. in l.ſi cum ſervum, §. primo, & §.fin. ff. de fideicomm.liber. & in l.recuſare in princip. ff.ad S.C. Trebell.Marant.d.part.6.tit.de citat. num.5. fol.307. De Marſil. ſing.30.*

Et quando non poſſet actus impediri. *Marant.ver. recte expediatur citatio num.5.*

Limitatur tertio; quod

Citatio, quando nullum infert præjudicium ipſi non citato, actus ſubſtinetur, etiam parte non citata; *De Marin. dict.reſol.45. lib.1. num.8. De Marſil. ſing.30.Bal.in l.ab eo Cod.quomodo, & quando Judex, & in l.fin.§.cum agitur,Cod.de jure delib.*

Exemplum poteſt eſſe illud apud *Ulpian. in l. recuſare Cod.ad Trebell.* ubi ad inſtantiam Fideicomm. Univerſalis poteſt Judex contra hæredem adire nolentem, decernere, & decretum coactationis contra hæredem etiam non citatum interponere, ut ſcilicet adeat, & reſtituat. Eo quod numquam poſſit hæres reſtitutionem fideicommiſſi, vel coacte, vel voluntarie devitare, atque aditio non vergit in hæredis detrimentum, ut in *dict. l. recuſare circa finem, & DD.in l.qui juſſit de re judic.*

Limitatur quarto; quod

Citatio licet ſit neceſſaria, adeo quod nec etiam prædo poſſit ſua poſſeſſione privari, ipſo prius non citato; *Marſil. in l. de unoquoque ff. de re judicata Ricc.part.4.deciſ.289.num.9.* Hoc intelligitur, dummodo non ſit notoria intruſio, tunc enim ad poſſeſſionem revocandam partis citatio non requiritur. Ita dictus *de Marin.ubi ſup num.9. ex Marſil. ſing.195.*

Limitatur quinto; quod

Citatio ſimiliter tunc non eſt neceſſaria, quando tractatur de revocando executionem de facto partis citatione non præcedente factam; Quia ſicut ſine citatione fuit executum, ita ſine citatione, poteſt revocari executio, *De Marin. dict. reſol.45. num.10. lib.1.& Bald.in l.ſi pacto, quo pœnam 14.num.2.C.de pactis, Felin.in cap.qualiter, & quando 17.num.25. extra de accuſ.*

Limitatur ſexto; quod

Citatio non requiritur in exactione Gabellæ.

Limitatur ſeptimo, quod ut habeatur pro citato ille, qui ne citaretur conſtituit ſe in loco tuto, abſque ulla penitus citatione, *cap.quoniam §.porro, ut lite non conteſtata gl. in cap. ſi Capitulo verb. factum de conceſſione præbendæ in 6. Tiraqu. de retract. Conſangu.§.4.gl.1.n.8. Bart.in l.1. §.ſed & Ariſto ff. quod vi, aut clam;* ex generali regula, ut ſemper actus pro facto habeatur contra impedientem.

Et creditur nuncio aſſerenti non potuiſſe exequi citationem propter impedimentum malitioſum ipſius citandi; *Gall. obſerv.55. lib.4. Gallupp.de citat. num.13.*

Limita octavo, quod præſens in Judicio non eſt citandus, *Socc.in tract. de cit.art.5.qu.14.nu.21.* apud *Caravit.rit.129.num.3.Sanfelic. ſect.6.num.8.*

Limita nono, quando citatus declaravit nolle amplius comparere in Judicio, *Marſil. reſol.57.num. 7.vol.1.Gallupp.part.2.cap.1. num.35.*

10 Citatio in Regno valida eſt, ſi fiat domi ſolitæ habitationis, cum ſit ad libitum actoris alternative, vel perſonaliter, vel domi citari facere adverſarium, ex *Pragm. 2. ſub tit. de ordine Judic.*, & eſt Conſtitutio Regni *citationis littera*, quæ mandat, ut citatus domi, ſi non comparet, fiat contumax, etiam ſi citatio ad ejus notitiam non pervenerit, ut *Afflict. ibi, & idem Afflict.in Conſtit. ſi quis poſt litem nu. 3.Sanfel.in prax. ſect.2.& ſect.23.nu.12. & 30. Corn. de citat.& contum.vers in electo Marant.*

Quod citatio domi ſufficit, quando principalis eſt citandus, ultra Pragmaticam hic allegatam, habemus *Text. in l.4.§.prætor ait*, ibi *domum, in qua degit, ff. de damno infecto*. Ita *de Marin. lib. 2. reſol.43. nu.2.* rejectis illis, tenentibus non valere domi, niſi in ſubſidium, quando citatur principalis.

Sed limita dictam Pragmaticam, quod habet locum, quando quis uti privatus principali nomine citatur, non autem quando alienam perſonam repræſentat, prout in procuratoribus ad lites, qui ubi domi citati fuerint, non admittitur per Judicem talis citatio, & ſic in diem practicari in Reg. Trib. teſtatur *de Marin.tom.1.reſol.cap.340.num.7.*

Secundo limita dictam Pragmaticam, quando quis citatur ad effectum talem in mora conſtituendi, ut eo caſu non ſufficiat citatio facta domi, cum perſonaliter eſſe debeat; *Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap.708. num.8.* ubi ſic deciſum per *Rotam* teſtatur, ea ratione, quia in præjudicialibus non eſt incipiendum a citatione domi, dimiſſa copia, cum debeat prius eſſe perſonalis, ex *text. in cap. cauſſam, ibi Abb.num.5.de dolo, & contum., Ancher. in clem. 1. num.5.ad finem de Judic. Matthes. ſingul.131.num.6. Rovit.in dict.Prag.2.in fin.De Marin.ubi ſupra num. 8.*quibus addo *Scaglion. in rit.69. num.2. Severin.Ad Novar.part.2.qu. forenſ.in reſol.9. num.3.* ubi loquitur de generali citatione ad totam cauſam, quod ut afficiat, debeat eſſe perſonalis.

Tertio limita in Univerſitate, Collegio, vel capitulo. Nam Syndico, & Electis citatis in eorum domibus, & non perſonaliter, citatio dicitur nulla, & conſequenter ſententia ex defectu citationis nulla declarari debet.

Imo Univerſitas non dicitur citata, ſi perſonaliter Syndicus tantum citatus fuerit, cum per illum ea tantum, quæ Univerſitati profunt, fieri poſſint, non autem, quæ nocent, & ſic citatio perſonaliter omnibus de regimine fieri debet, & ubi non citantur perſonaliter, tunc citari debent in capitulo, ſeu in arrengo, ubi illi de regimine convenire ſolent, quia illa dicitur domus Univerſitatis.

Et ubi ſic non fuerit facta citatio, contumax Univerſitas dici non poteſt, ac proinde nec in expenſis, vel aliis gravaminibus, quibus gravantur contumaces, Univerſitas gravari poteſt. Ita *de Marin. ubi ſupra lib.1.reſol.340. per totam.*

Imo licet ſint intimati Magnifici de Regimine perſonaliter, non poſſunt incuſari contumaciæ, nec in contumaciam procedi, aliòquin ſententia in contumaciam lata erit nulla; *Franciſc. de Petr. conſ. 46.* quod eſt inſertum in *ſect.15.Reg.Sanfel.ver.& in propriis terminis*, per *text.in l.1.C.de Jur.Reipub. lib.11.*

Idem concludit Dominus *Altim. de nullit. rub.12. qu.9.num.60.*

Sublimita in cauſis tangentibus capitulum Eccleſiæ, ſufficit, ſi citatur Oeconomus Eccleſiæ; *Verd. ad*

Gal-

Digitized by Google

G[illegible] p. part. 2. cas. 2. num. [illegible] *Sa*[illegible] *n.1, num. 2.* [illegible] *§. ubi* [illegible] & [illegible] Idem de [illegible] [illegible]um Minorum , in [illegible]atore Fr[illegible] [illegible]bus [illegible]tatis. Ide[illegible] *supr.*

E[illegible] de [illegible] i[illegible] [illegible]ter *[illegible] Matth.* [illegible] *de quaqu.* [illegible] *tit. 1.* [illegible] *num.* [illegible] & *A*[illegible] *219.* [illegible] *Alt. ubi sup.*

Q[illegible] quando quis cit[illegible]ur ad [illegible]ponendum [illegible] habeatur pro confess[illegible] debet [illegible] cit[illegible] [illegible]ulorum , & [illegible] perſonam [illegible] bus eſſet [illegible] *Bar.* [illegible] *l. fin. ff.* [illegible] & [illegible] *§. fin. autem* [illegible] *C. de judi.* [illegible] *tionem* [illegible] *4 de* [illegible] 12[illegible].

Idem eſt [illegible] Ap[illegible] , cui [illegible] ſecundum [illegible] , quod non p[illegible] , ut [illegible] dixi [illegible] 2. *tomo meæ pr*[illegible].

Ex *nov.* autem C[illegible] *l. num. XVI.* ſemper [illegible] gitur d[illegible] De[illegible]um , cu[illegible] tenorem jam ſupr[illegible] p[illegible] ſuimus [illegible] 31., n[illegible] ſ[illegible]nd[illegible] m[illegible]ſt [illegible] N[illegible] cum [illegible] S[illegible] c[illegible] ha[illegible] C[illegible] iu[illegible] gno manu publi[illegible] Notarii, [illegible] cauſæ A[illegible] .Cæt[illegible] [illegible]d nos modo gen[illegible] inductum eſt ut [illegible] liti Procur. tor[illegible], vel [illegible], debeat [illegible] ari per[illegible]naliter [illegible] dami Scriba [illegible] cauſæ cum [illegible] ſive Nun[illegible]o M.C.[illegible] , & ſit citatio domi[illegible] p Scribam cauſæ de hu[illegible] cita[illegible] d ulteriora [illegible]tur . [illegible] 7

Carcerat[illegible] poteſt , ita concludit *Bart.* [illegible] *Judic.*

[illegible]imitatur hæc ſe[illegible] *B*[illegible] in loco, ubi adeſt co[illegible] p[illegible] Procur. ut [illegible] N[illegible] *aut. de* [illegible] 2. *de in jus vocand.* & [illegible] *quaſ*[illegible] *ju*[illegible]

[illegible] in exig[illegible] o[illegible] , [illegible] ca[illegible] tum ipſo iure eſt nullus , [illegible] p[illegible] ſententia *Bartol.*, q[illegible] [illegible] 1.

[illegible] di[illegible] , [illegible] incarc[illegible] [illegible] tat[illegible] q[illegible] [illegible] ejum majo[illegible] pra[illegible] j[illegible] ſpon[illegible] v[illegible] p[illegible] minim[illegible] , vel fucata [illegible] alii proc[illegible] . [illegible]

Concludit [illegible] p[illegible] [illegible]ocu[illegible] [illegible] carcer[illegible] [illegible]atus tenetur [illegible] e Procur[illegible]orem, al[illegible] ex[illegible] , & [illegible] v[illegible] in con[illegible]ciam.

[illegible] , qu[illegible] p[illegible] eſt [illegible] ut [illegible] ne[illegible] p[illegible] [illegible]ia [illegible] dum [illegible] p[illegible] ſe [illegible] p[illegible] v[illegible] non po[illegible] , ob [illegible] to [illegible] ex [illegible] & [illegible] ſine R[illegible], &

Cita[illegible]um qu[illegible] m ſe defen[illegible] ne[illegible] ut concludit Ep[illegible] [illegible] *§.* [illegible]

C[illegible] eo [illegible] p[illegible] nt[illegible] [illegible] q[illegible] lo[illegible] mi pot[illegible] fieri citatio , quia tunc [illegible] c[illegible] mi.

Rovit. Prag. [illegible] *12. de ord. J*[illegible]

14 [illegible] C[illegible] comparere perſonaliter , etiam ſi [illegible] cita[illegible] ſ[illegible] leantur arctare [illegible] *deci*[illegible] *po*[illegible].

[illegible] per Procuratorem , *text. in cap. que*[illegible] *de pr*[illegible] 1. & *ult. ff.* [illegible] *Canon. in ca*[illegible] *1. de judic.*[illegible]

Limita, quod juxta inte[illegible] ſente cauſa ordinarius, [illegible] us a [illegible]cipe po[illegible] [illegible]lpore [illegible]ſonalem [illegible] onem [illegible] etiam in c[illegible]ibus , *V*[illegible] *in d. lib. 4.* [illegible] *num. 8.*

C[illegible] ergo , qu[illegible] reus citatus in Civilibus no[illegible] c[illegible] perſonaliter, ſed poteſt compar[illegible] [illegible]ocu[illegible]orem , & ideo in citationibus appon[illegible] , ut legi[illegible] ne compareat , & in [illegible]inal[illegible]bus, ut p[illegible] compareat.

15 Ho[illegible] d[illegible] , quod ubi citatus habitat in [illegible] Civitate [illegible] loco judicii tunc non poteſt , [illegible] [illegible]uma[illegible] ſed in q[illegible] erit [illegible]lus , teſt[illegible] Rugeri[illegible] in ſua [illegible] *bi*[illegible] & ſic [illegible] Neapoli , & in [illegible]tatibus; ſed de ſtylo aliarum Civitat[illegible] Regni vidi [illegible] ont[illegible] iu[illegible] , quod etiam in [illegible] habi[illegible] [illegible]mparet, ſi contumax, & in [illegible] um [illegible] contr[illegible] procedi[illegible] , ſicuti [illegible]ntra [illegible]blentem

16 Verum [illegible] Civi[illegible]us ne[illegible] ipſe perſo[illegible]liter , nec per [illegible] comparuerit , proced[illegible]ur contra [illegible]

17 [illegible] ſi [illegible] [illegible] oppo[illegible] pe[illegible] , [illegible] v[illegible] [illegible] , & non [illegible]tur [illegible]ſe; [illegible] non ven[illegible] banca p[illegible]ſonaliter , v[illegible] per procu[illegible]rem; *Maſ*[illegible] *par. 2* [illegible] *tenion. num. 9. Metil*[illegible] *de* [illegible] *c. tat. num. 29.* [illegible] *opp. ad Ni*[illegible] *l. fol. 30. num. 1*

18 At ſi [illegible] is reſpondent [illegible] hart[illegible] [illegible]ria conſti[illegible] uendo [illegible]q[illegible] generali ſtylo eſt p[illegible] [illegible]un [illegible] to Proc[illegible]tore, nominato , &

[illegible] Contum[illegible] poſſunt & ita practicari docet [illegible] *inſcrip. lib. 1. tit. de contum. num. 6.* [illegible] *§.* , & ratio poteſt aſſignari quia [illegible] *T*[illegible] & *ibi* [illegible] *de procur.* [illegible] [illegible]pareat [illegible]al[illegible]er ad [illegible] in [illegible] moda[illegible] cum [illegible] , [illegible] mand[illegible] T. Proc[illegible] ſimple[illegible] , & p[illegible]ruiſſe j[illegible] , ſed [illegible] ponit exceptiones, & [illegible] procu[illegible] , & hæc contrarium [illegible] *M*[illegible] [illegible] *860. & Pe*[illegible] *S. num* [illegible] procede[illegible]dum c[illegible] p[illegible] in cal[illegible] ci[illegible]tionis , niſi præſ[illegible] t in[illegible]

T[illegible] d[illegible] nam [illegible] & optima ra[illegible] d[illegible] *axi*[illegible] tradita per [illegible] *ann.* [illegible] *q. 10.* ub[illegible] [illegible] ſi pars [illegible] , ut re[illegible] [illegible] requiri [illegible] li[illegible] . *in l.* [illegible] 69. [illegible] 518. *num. 1.* [illegible] *num.* [illegible] illo [illegible] *de* [illegible] *dec.* [illegible] 6. [illegible] 1. [illegible] 314. [illegible] 2. [illegible] *p*[illegible] *f r.*

T[illegible]o ſ[illegible] per M.[illegible] cauſa Can[illegible] Borrel[illegible]o in banca Ma[illegible] R[illegible]to, [illegible] eodem *de R*[illegible] *ubi* 15 ubi auditis pa[illegible] d[illegible] procedat[illegible] eum procu[illegible] [illegible] cationem, & dictus *de Ru-ger*-

[illegible] in diem [illegible] M. C. V. [illegible]

[illegible]

E[illegible] respectu R[illegible] contrario [illegible] constituere [illegible] cum [illegible]

[illegible]

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

[illegible] nis, [illegible]

defect[illegible]

[illegible] 9.

22 [illegible] 14. & 16. [illegible]

[illegible] non solum [illegible] be. N[illegible]

23 C[illegible] Mi[illegible] ter. [illegible] dicatur [illegible] num. 31. [illegible] 160.

24 [illegible]

[illegible] ubi [illegible] haec [illegible] ctum, [illegible] ita [illegible] lib. 2.

[illegible]

25 [illegible]

26 [illegible] proprie [illegible]

27 [illegible]

executam citationem, vel ante accuſatas contumacias.

Quarto modo, ob mortem citati ante ultimum peremptorium.

Primo modo, eſt, quando citatio eſt jam notificata reo, ſed contra reum non fuerunt accuſatæ contumaciæ infra tempus debitum.

Quod tempus eſt unius menſis intra Civitatem, ſive locum judicii, ejuſque diſtrictum.

Et duorum menſium extra locum judicii, ſive extra diſtrictum; quo tempore elapſo a die poſt notificationem citationis, & ultima contumacia non accuſata, dicta citatio notificata, dicitur expirata, ſeu circumducta, ita ut iterum debeat citari reus, contra quem actor vult proſequi judicium; & de hac circumductione loquitur *Motill. in prax. civ. de grad. citat. num.* 36. *Afflict. in conſt. Regn. edictorum num.* 20. *de Franch. deciſ.* 471. *de Marin. lib.* 1. *reſol.* 54. *num.* 16. *& ad Reverter. obſer.* 87., & declarat procedere tam in foro ſeculari, quam Eccleſiaſtico, ex *Ricc. deciſ.* 83. *lib.* 1. *Berlich. deciſ. German.* 1. *Anichin. de prævent. inſtrum. cap.* 3. *qa.* 7. *num.* 8.

Et tempus currit a die ſequenti poſt diem primæ contumaciæ. Itaut ſi dies primæ contumaciæ caderet in die 13. Septembris, poteſt accuſari ultima contumacia in die 13. Octobris intra Civitatem, & in die 13. Novembris, ſi citatio eſt extra Civitatem, & extra ſuburbia, ita deciſum refert *de Franch. deciſ.* 471., & hoc modo intelligendus eſt *de Luca, & Anichin., & Affl. in addit. ibid.* confuſe relati per *d. de Luca*, ibi; & prima contumacia licet non fuerit accuſata in tempore, quia ob loci diſtantiam non dum pervenerat citatio executa cum relatione Nuntii, tamen habetur pro incuſata tempore debito, & actus accuſatus poteſt ſcribi cum antedata poſt decurſas citationes, ſub illo tempore, quo cadebat prima contumacia ex ſpeciali lege noſtri Regni, ſic ſtatuitur *in pragm.* 6. *de citat. de Luca ad Franch. deciſ.* 471. *nu.* 3. *Reg. Latro dec.* 69. *nu.* 28. *&* 30. & ſic eſt viridis obſervantia, quod in Sacr. Conſ., & R. C. etiam lapſis pluribus menſibus, quandocumque citatus non comparuit, non circumducitur citatio, ſed ſemper poteſt accuſari contumacia cum antedata in debito tempore, quo accuſari debuerat.

Sed hoc non ſervatur in Curiis inferioribus, ubi attenditur ſtylus juxta diverſitatem locorum, nam circumducitur ſtatim elapſo peremptorio, non expectato menſe, ſed circumductio non ſervatur in Sac. Conſ. & Reg. Cam. Summariæ, ut teſtatur *Gallup. tit. de citat. cap.* 2. *& p.* 2. *c.* 4. *nu.* 10. quem ſequitur *de Alex. ad Nicol. fol. mihi* 14.

Secundo modo, dicitur citatio circumducta non reſpectu contumaciæ, ſed reſpectu notificationis non factæ intra ſex menſes a die datæ citationis, nam ſi infra ſex menſes poſt datam citationem non citatur reus, dictis ſex menſibus elapſis, & ipſa citatione non notificata, dicitur circumducta, ſeu expirata, itaut nova citatio debeat expediri, ita dictat *Rit. M. C. V.* 121., & docet *Marcus Ant. Coda in ſuo compend. judiciarii ordinis cap.* 1. *ſub num.* 16. *verſ. factis citationibus, & Carav. in d. ritu, & de Judice Roberto in tract. de liquidat. inſtrum. rubr.* 1. *expediatur citatio num.* 50. *Galter. in prax. de liquidat. inſtrum. rubr. expediatur citatio num.* 50.

Et licet *Motill. in prax. civil. de grad. cit. num.* 36. reprehendat *Codam*, dicens dictum *Codam* non advertiſſe, quod *ritus* ille 121. eſt antiquatus, & non ſervatur in praxi, & hoc iterum dixerat idem *Motil. in addit. ad Calimam de liquid. inſtrum. fol.* 16. *col.* 2. *verſ. ad num.* 13.

Et *Anichinus* etiam reprehendit *Carav. Judicem Robertum, & Galtegrinm*, tenens cum *Motill.*, quod dictus ritus non ſervetur, ſed quod ſit in arbitrio actoris, quando velit notificari facere citationem abſque ulla temporis præfinitione.

Tamen *Motill., & Anichinus* (pace tantorum virorum) non merito reprehenderunt dictos Authores, quia ritus 121. eſt in viridi obſervantia, & ſi actor infra ſex menſes a die datæ citationis non facit citare reum, ipſa citatio expirat, ſive circumducitur, ut deciſum dicit perſpicaciſſimus *de Luc. ad Franch. deciſ.* 471. *num.* 2. *in cauſa Jacobi Barrilis*, & quod ita ſervatur, probat *Reg. Latro deciſ.* 69. *nu.* 16. & annuit *Sanfel. in prax. judic. tit. de contum. num.* 22. *de Franch. deciſ.* 233. *Scyal. in prax. forjud. c.* 6. *num.* 6. *Muſcatell. in gl. Tribunali part.* 2. *num.* 8. & ita ego vidi ſemper obſervari, & ſic ſervari hodie teſtatur *Petra ritu* 121. *tom.* 1. *nu.* 3. *Scopp. ad Nicol. fol. mihi* 41. *n.* 180. *Galter. part.* 3. *princip. num.* 4. *Tartagl. in prax. civ. cap.* 4. *num.* 8. *Scyal. prax. forjudic. cap.* 6. *num.* 6. *de Judice Roberto de liquid. inſtrum. conſid.* 4. *num.* 53. *Gallup.* vero *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. dicit circumductionem non ſervari in S. C., & R. C., quem ſequitur noviſs. *de Alex. ad Nicol. fol. mihi* 14. *praxi civ. nu.* 35.

Tertio modo expirat, ſive circumducta dicitur citatio ob mutationem Judicis citantis, ut ſi poſt datam citationem pendente termino unius menſis, vel duorum reſpective dato ad contumaciam ultimam accuſandam, ille Judex, qui citationem dedit, vita, aut officio functus eſſet, tunc illa citatio dicitur expirata, nam coram Judice ſucceſſore iterum eſt citandus reus, *Motillas in d. grad. citat. num.* 37. *ex Cancer. var. reſolut. tit. de procur. part.* 2. *cap.* 14. *n.* 21. *tom.* 1. quibus addo *Minad. deciſ.* 20. *Sarn. in prax. civ. de contum. & ejus effectu fol. mihi* 17.

Quarto modo circumducta dicitur citatio, ſi moriatur conventus ante ultimum peremptorium. *Afflict. in conſtit. citationis, ht. num.* 161. *Sanfel. ſect.* 35. *num.* 13. *Nicol. fol. mihi* 40. *num.* 71.

29 Citationis circumductæ exceptio allegari poteſt ſolum a reo, ſecus ab actore, nam ſi poſtquam circumducta eſt citatio, vellet coram alio Judice reum convenire, ſi dictus reus litis pendentiam allegaret coram primo Judice, tunc non audiretur actor, ſi replicaret citationem illam eſſe circumductam reſpectu contumaciæ non accuſatæ, prout idem ſervatur in peremptione inſtantiæ, ut diximus in *litt. L. inſtantia perempta*, ita *de Marinis lib.* 1. *reſol.* 54. *nu.* 17. *de Luca ad Franch. deciſ.* 472. *in fine*, *Matthias Carlecchius deciſ. Germ.* 1.

Et hæc dicitur nullitas, quæ apparet ex actis, qua allegata ſtatim intelligitur deſtructa citatio, quia circumducta; quod idem eſt, ac deſtruere, vel cancellare, *Abb. in c. conſuluit de offic. delegat. Hipol. fol.* 45. *num.* 71.

Et circumducta citatio non eſt citatio, & habetur, ac ſi nunquam eſſet facta, *Nicol. ubi ſup.*

Sed ſi poſt circumductam citationem partes compareant, proceſſus valet, quia per comparitionem ſanatur illa nullitas citationis, *Sanfel. in prax. jud. in ſum. ordinis fol.* 256. *num.* 22., & in omni caſu, quo comparet nullitas citationis validatur per comparitionem citati.

Et dicta exceptio circumductionis allegari poteſt per Procuratorem rei, *de Franch. dec.* 232. *num.* 4.

30 Citationis circumductæ effectus numeratur a *Sanfel. in ſect.* 35. *num.* 24.

Primus effectus eſt, ut per citationem circumductam non inducatur litis pendentia.

Secundus effectus eſt, ut per talem citationem non interrumpatur præſcriptio.

Tertius, ut nec perpetuetur juriſdictio, ſicuti neque per citationem nullam, ut late *Sanfel. ubi ſupra*, qui alios citat.

Non incongrue fortaſſis advertendum hic eſt, nov. „ *Conſtitutione* ſtatutum eſſe, quod nullimode exequantur a Curiis quibuſvis Regni Proviſiones expeditæ a Tribunalibus hujus Civitatis, menſe elapſo a die illarum expeditionis, ut illius ſequentia verba manifeſte dictant: *§. I. n. VIII. Per ovviare alle frodi, che dalle parti ſi commettono nel Regno, preſentando le Provviſioni ſpedite da' Tribunali di queſta Capitale dopo il decorſo di molti meſi, in tempo che le cauſe ſono forſe mutate dallo ſtato primiero, ordiniamo, che da qualſiſia Corte, o Udienza del Regno non ſi debba dar eſecuzione alle Provviſioni ſpedite da qualſiſia Tribunale, o Miniſtro di queſta Capitale, ſe mai queſte ſi preſentaſſero dopo ſcorſo un meſe, decorrendo dal dì della ſpedizione delle dette Provviſioni fattene in Napoli.* Hinc poſſunt hujuſmodi Proviſiones dici quaſi circumductæ, & ideo, ni renoventur, non exequendæ.

Citationis notabilis effectus eſt pendentia litis, quæ inducitur ſtatim, ac a Judice competenti emanata fuerit, & ad citatum pervenerit, vel per eum impeditum ſit, quominus ad ejus notitiam perveniret, *Clem. 2. ut lite pendente*; conſonat *Text. in l. ſi quis poſtea 7. de Judic. Afflict. dec. 354. n. 3.*

Limita primo, quod citatio circumducta non inducit litis pendentiam.

Secundo limita, ubi inſtantia eſſet perempta, tunc nec inducitur litis pendentia; has duas fallentias tradit *Sanfel. ſect. 35. num. 15 & 17.* alias limitationes poſuimus *in c. de except. litis pendentia.*

31 Citatio trina requiritur, ut contumacia accuſari poſſit, *Text. eſt in l. ſenatus 25. §. quod ſi tribus ff. de jur. fiſci l. contumacia 53. de re judic. Bald. in leg. penult. in fin. C. de conſt. pecun. Felin. in cap. excommunicationis col. 1. de hæret. Civin. in comm. ad l. divus de in integr. reſtit.* & non dicitur peremptorie citatus, niſi tribus citationibus interpellatus ſit, ut concludit *D. Conſ. Petra rit. 29. num. 6. & l. non unquam, & l. ad peremptoria ff. de judic.*

Et de jure Regni habemus *rit. M. C. 120.* ubi *Carav. n. 1.* ut late dixi *in 2. tom. mea prax. tit. 1. c. 8. fol. 16.*

Limitatur hæc concluſio, ut ſufficiat unica citatio, quando judicialiter citatur, ſcilicet dum eſt præſens citandus in Judicio, & immediate a Judice, vel ab Actuario citatur, Judice præſente, idem *Carav. d. rit. 120. num. 2. & text. c. 2. de confeſ. in 6.* & ex notatis per *Bart. in l. 2. §. quod ſi actor, & ibidem Paul. de Caſtr. de Jur. calumn.*

Citatio enim facta in Judicis præſentiam habet vim trinæ citationis, ut in *c. 1. de mut. petit.* & ibi *Abb. num. 5. Muſcat. in gl. hæreditariæ p. 3. num. 9. Urſill. dec. 289. nu. 10. ex l. 2. C. quomodo, & quando Judex*, & ita intelligendus eſt *Vinc. de Vita in ſuo Repert. verb. Peremptorium fol. 215. col. 2.*

Secundo limita, quando citatur cum Termino peremptorio, aut æquipollenti, ut ſi cum comminatione contumaciæ, juxta *d. l. contumacia, & Pragmaticam 3. de ordine Judic. Affl. in conſt. edictorum 1. notabil. Motill. de grad. citat. num. 24.* ubi exemplificat æquipollens, ſcilicet quod *compareat, alias elapſo Termino procedatur in contumaciam*; & tali caſu idem eſt, ac ſi peremptorium in citatione apponeretur, ex doctrina *Abbat. in c. cauſam, quæ, de reſcriptis 2. vol.* aliis verbis exprimentibus proteſtationem ulterioris proceſſus, *Urſ. dec. 11. D. Conſ. Petra rit. 29. num. 7.*

Verum non ſufficit, ſi dicatur ſimpliciter, *alias procedatur, ut juris*, *D. Petra* ibidem ex *Petra Avo ad Capyc. dec. 1. num. 1.* & ex *Franchis dec. 357.*

Tertio limita, quando in prima citatione minatur de non audiendo amplius, elapſo eo Termino, nam tunc non eſt opus iterum citare, *Felin. in c. cepimus num. 6. de fide inſtrumentorum, Contard. in l. diffamari limit. 3. num. 7. Peregr. in prax. civil. p. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 3. fol. 203.* quia poteſt decerni, ut una citatio peremptorie pro tribus habeatur, *l. in peremptorio ff. de Judic. Ceda c. 4. num. 13. Verde ad Gallup. p. 2. cap. 29. num. 44.*

Et hac citatione utuntur Eccleſiaſtici Judices ſæpius, vz. hac una pro omni citatione præmiſſa; nam talis clauſula habet vim peremptorii, *D. Conſ. Petr. rit. 29.* Et effectus, & vis peremptorii eſt, ut poſt peremptorium citatus non audiatur. Unde ſtatuto termino ad probandum elapſo, corruit probatio deinde facta, & nil relevat, *D. Petra ibidem num. 9.*

Quarto limita, ſi Reus inſolenter reſpondeat primæ citationi ſe nolle in judicio accedere, *gl. & Bar. in l. ultima de in integrum reſtitutione, text. in c. 2. de confeſſis in 6. & in d. l. contumacia, Muſcat. gloſ. Veniens p. 2. nu. 16. Car. Bon. pragm. 3. nu. 11. de ord. Judic. Urſill. dec. 133. num. 5.*

32 Contumacia, ut poſſit incuſari, & ſcribi, requiritur etiam, ut præcedat relatio nuntii, alias ſi ſequatur, & ſcribatur poſt ſcriptam contumaciam non ſufficit, *Scoppa ad Nicol. fol. 14. num. 110. Petr. rit. 126. num. 39. Gallup p. 2. c. 4. num. 1.*, ſed praxis contrarium ſervat ex diſpoſitione *Pragm. 6. de citat.* ubi diſponitur haberi pro accuſata contumacia, & poſſit accuſari in ſuo tempore, licet poſt tempus veniat relatio a longinquis partibus Regni, & traditur formula *a de Luc. ad Franch. dec. 471.* ubi vide, & nota.

33 Et citatio, quæ fit ſine clauſula *peremptorie*, vel per æquipollens, dicitur nulla, & ita deciſum refert *Sanfel. dec. 135.* quem ſequitur *Nicolin. in prax. civil. num. 12.* & idem affirmat *Afflict. in conſtit. Regni edictorum num. 12.*

Fallit in citatione, quæ fit contra creditores ad confectionem inventarii per hæredem, ut diximus in *2. tom. prax. executiv. cap. de Præambul. cum beneſ. l. & invent. fol. 108.* & in Regno in omni citatione civili, quia proceditur ſola facti veritate inſpecta, ut diximus in *2. tom. hujus prax. Tit. 1. de liquid. inſtrum. cap. 8. Spec. 1. fol. 16. & 27.* ubi plura de clauſula *peremptorie.*

34 Citari debet non ſolum principalis, ſed omnis alius, de cujus intereſſe agitur, ex *l. de unoquoque ff. de re judic.* ubi late *Hippol. & Bart.* & licet *gl.* ibi afferat ſolum principalem citandum eſſe, non vero alium, cui præjudicaretur in conſequentiam; Attamen *d. gloſ.* expreſſe refellitur a *Bart. in l. in diem in princip. & in fin. de aqua pluvia arcenda per tex. in l. nam ita Decius*, ubi idem *Bart. de adopt. Ricc. coll. 203. Gallup. par. 2. c. 2. num. 28.* Alias Actus ille iterum debet fieri, reſpectu non citati, quia habetur, ac ſi factus non fuiſſet, *Gallup. ubi ſupra ex gl. in l. 1. C. quorum bonorum verb. filium eſſe.*

Citari debet non ſolum principalis, ſed fidejuſſor, & in cauſſa teſtamentaria, & hæres, & legatarii etiam vocandi ſunt, *l. a ſententia 5. ff. de appell. & Bart. ubi ſupra.*

Et extenditur in fidejuſſore contractus, in judiciali, niſi compartuiſſet ſponte, & conſtituiſſet ſe adverſarium, *Burſat. conſ. 203. vol. 2.* & fidejuſſor tutelæ, in judicio redditionis computorum debet neceſſario citari cum tutore; alias ſententia lata contra principalem non poſſet exequi abſque novo proceſſu contra fidejuſſorem non citatum, *Maſtrill. deciſ. Sicil. 20. tom. 1. Gallup. part. 2. c. 2. n. 30. & nu. 35.*

Imo citari debet etiam quilibet, licet actu intereſſe non habens, ſperans nihilominus habere, *l. 1. §. quamvis ff. de ventre inſpiciendo.*

Intellige de perſonis, ad quas defenſio principalis veniret. Non autem citandi ſunt illi, quos in conſequentiam litis determinatio tangit, ut late *Prat. ng*

tom.

Digitized by Google

tom.2. diſcept.for.c.7.num.9.Scop.ad Nicol.fol. mihi 15.num.13.

Et in judicio ſimplicis hypothecariæ, & omni judicio, in qua neceſſaria eſt diſcuſſio principalis, antequam agatur contra tertium, quando convenitur principalis, debet audiri Tertius poſſeſſor, & ita ſervari hodie docet *Gallup.part.2.cap.9.n.29.*rejecto *Marant. par.6.n.33.de exequutione ſententiæ.*

35 Et in excuſſione principalis auditur fidejuſſor, ut deinde ſine novo proceſſu condemnetur, *Gallupp. part.2.c.8.num.11.*

Et tutoris fidejuſſor in judicio redditionis computorum debet neceſſario citari, & audiri cum tutore, alias ſententia lata contra tutorem non poſſet exequi contra fidejuſſorem non citatum, *Maſtrill. dec. Sicil.20.tom.1.* penes *Gallup.p.2.c.30.*

36 Citatio de nocte fit tribus luminibus accenſis: Quia ſic valet omnis actus nocturnus, *Gallup. p. 2. c.2.num.25. per l.1. §.tria ff.de ventr. inſpic. Caſſan. conſuet.Burgund.in tit.de Judic.fol.269.*

37 In citatione tempus eſt apponendum; hinc quando citatur in loco judicii, dicitur, *prima die poſt citationem compareat*, ſed quando citatur extra locum Judicii infra Regnum, apponitur terminus arbitrio Judicis, juxta diſtantiam loci, & non ſolet excedere 30.dies. Si vero extra Regnum, non minor erit 60.dierum. *Tex.in conſt.adict.* Verum Judex poteſt terminum arctare, ut hæc omnia dicit *Sanfel. in 4. ſect.*

Terminus ad comparendum, ſi in citatione non exprimatur, tacite intelligitur conceſſus, ſecundum loci diſtantiam, *rit.123.ubi Carav.& Petra*, ſed intelligitur de juxto Termino; quando exprimitur quidem, ſed adeo brevis, ut poſſibile non ſit parere citationi, tunc nulla erit citatio, *Motill. de grad.citat.num.8. Afflict.decif.124. num.3. Caravit. rit.123.num.3. Sanfel.d. ſect.4. Vant.de nullit. ex defect.citat.num.67.*

Et ſi dicat in citatione, *infra tot dies*, vide, quæ dico *in cap.de Termino*, ubi plura explico circa hoc.

38 Citatio in publico affixa, ſi læderetur, vel auferatur, graviter punitur lacerans, vel auferens arbitrio Judicis, attenta qualitate negotii; *Gallupp. part. 2. cap.2. num.5.* ex *Alex. in l.ſi quis ff. de juriſdictione omnium Iud.*

39 Citatio, ut valida ſit, debet continere nomen Judicis, & inquiſiti, & cauſam pro qua reus citatur, tempus, in quo citatus tenetur comparere, & locus, in quo, &c.& debet eſſe peremptoria, & debet habere datam diei, menſis, & anni; omnes ſic concludunt. At quando

Citatio eſt facta a Judice ordinario, tunc expreſſio cauſſæ non requiritur, dum ipſe præſumitur citare ex cauſſa, *Bald.in l.conſentaneum num.4.C.quando Iudex; &c. Manſ.de controbat. qu.13.num.4.cum pluribus ſequentibus, & Scial. in prax. forjud. cap. 5.num.13.in fin. Affl.dec.294.num.2.*

Dummodo citatus ſit ad inſtantiam actoris, *Affl. dec.264.num 2.*

Contrarium tamen tenent alii, ut ſi citatio ſit ſine cauſſæ expreſſione, valeat de jure communi, & citatus mulctatur pro contemptu.

Secus de jure Regni, ubi cauſſa eſt de forma citationis, ita eſt ſtatutum in *Conſtitutione edictorum*, ibi: *dilucide contineri coram quo, & a quo, & de quare, &c.* ut advertit *de Roſa in prax.crim.cap. 9. ante num.41.* Et quod

Citatio ſit nulla abſque cauſſæ expreſſione, probat *Caravit.rit.239.num.6.*ex *Rom. Fel. Gabr.* & aliis, & refellitur *decifio Afflict.294.* qui falſo allegavit *Bart.* ut advertit *Caſanus in ſua prax. civil. manuſcript. in tit. de citat. lib.1.* imo in Regni Curiis ad cautelæ exuberantiam in ipſamet citatione inſeriri ſolet *Tom. III.* libellus, vel in calce ipſius inſcribi ſolet citatio, ut teſtatur *Ricc. collect.1104. & coll.2299.* & expreſſe ſtatuitur per *Pragmat. 2. de ord.jud.* ibi: *per citatoriat literas continentes ipſius citationis cauſſam.*

Citatio debet continere nomen Judicis citantis, nomen actoris, nomen, & cognomen citandi, imo ſi plures ſint citandi, omnes nominatim vocandi ſunt, ex *Conſtit. Regni dilationes*, ubi *Affl. & Veſt. lib.4.cap.2.num.2.*

Nomen enim Judicis exprimi debet, ut citatus intelligat, an a competenti ſit vocatus. Nam parens citanti ſuper citatum non habenti juriſdictionem poteſt puniri a ſuo Judice competente, *Sanfel. ſect. 2. num.4.* per *Text. in l.fin. ff.de juriſd. omnium judic.* & allegat *Gaill.lib.1.obſer.48.num.6.*

Inſuper ex tali citatione litis pendentia non inducitur, *Sanfel.ibid.num.4.*& ſi in citatione non apponitur citandus cum certitudine nominis, & cognominis, haberetur citatio, ac ſi facta non eſſet, & nihil operabitur, & contumacia inde ſequuta eſt nulla, *Sanfel. ſect.5.num.1.*

40 Citatio nulla convalidatur, & firma redditur, ſi citatus obtemperaverit citationi, videtur enim renunciaſſe illius nullitati, *Beer.decif.235.num.3.Cravet.lib.7.& ult.num.33.*

Adeo quod amplius impugnare nequit, *Alex. & DD.omnes in l.2.de Feriis, Affl.decif.2.num.7. Abb. conſ.38.col.1.&*

Citatio nulla, ut quia careret requiſitis per *Marant.p 6 membr.1. num 64.* ſemper convalidatur, ſi pars compareat, *Verd.ad Gallup.part.2.c.2.num.51.* ex *Nicol.Sanf.l. ſect.6.num.6.& Bart.* ratio aſſignatur, quia per actum nullum non poteſt haberi ſcientia, *Sanfel. ſect.6.num.6.* ex *Vorall. decif.112.part.1. & gl.& Bald. in l.1. ff.de feriis in princip.* & ſi citatus compareat animo tantum dicendi de nullitate citationis, ut quia in relatione non ſit expreſſum fuiſſe citatum coram duobus teſtibus, tunc per comparitionem ſanatur omnis defectus citationis. *Addit. ad Sanfel. decif.365. in fin.* Secus ubi citatio penitus fuit omiſſa, tunc non validatur actus, *Pomp.d.decif. 353.num.13. Sabell. in §.citatio num.56. in fine.*

41 Citatio regulariter requirit ſcripturam, ut ex *Bart.*concludit *Fab.defin.7.num.2. C.de in jus vocando*. Sed

Citatio a Judice ordinario poteſt committi Nuntio ſine ſcriptis, ſolo verbo, quod citet talem, & eſt valida, dummodo citatio ſit certa, ut in *Conſtitut. Regni edictorum*, & *Afflict.ibi num.7.* Quod probatur etiam per *Text. in c. Cum dilecti de dolo, & contum.*ibi, *viva voce*, ubi hæc firmat etiam *Ant.de But. & Ab. ſicul.*

Limitatur tamen tribus modis.

Primo, quod hoc ſit verum, ſi illa commiſſio non negetur, etſi negetur, poterit probari per teſtes.

Secundo fallit in perſona illuſtri, quia illa non debet citari, niſi in ſcriptis.

Tertio, ſi citatio fiat extra provinciam, quia tunc debet fieri in ſcriptis. Hæc omnia *Afflict. ubi ſupra*, ubi alios allegat.

Citatio item in cauſſis minimis poteſt perfici ſine ſcriptis, *c.cum dilecti 6.* ubi *Inn.& Abb.de dolo, & contum.& in d.conſt.edictorum Rit.M.C.V.216.*incipiente *ſi aliquis, vel ſi aliqua*, ubi *Carav.* ſex alios enumerat caſus.

42 Citatio, an debeat continere locum, in quo citatus debet comparere coram Judice citante? Dic, quod non valet, ſi facta ſit a delegato.

Sed facta a Judice ordinario, valet, quia licet non exprimeretur locus, in quo debet comparere, intelligitur de ſolito, *Afflict.in conſt. edictorum n.9. Sanfelic. ſect.6. Marant.membr.1.part.6.num.64.*

Digitized by Google

Et ſi locus non ſit tutus, poteſt citatus mittere excuſatorem coram delegato; exceptio enim loci non tuti excuſat citatum a comparendo, *Sanfelic.* ubi ſupra, ubi dicit, quod delegatus poteſt aſſignare alium locum; excuſatur etiam, ſi in loco eſſet peſtis, vel intemperies aeris, *Sanfel.loc.cit.*

Citatio debet fieri in loco, ubi permanet citandus, quando eſt in loco certo, impetrato brachio illius Judicis, *Afflict.in conſt.edictorum nu.13. Verd. ad Gallup.p.2.c.2.n.49.Sanfel.in prax. ſect.32.n.5.*

Et ſi Judex illius loci repugnaverit impartiri brachium, tunc citatur per edictum, *Iaſon in l.a divo Pio §.ſententiam n.19. ff. de re judic. Molin. de brac. ſecul.c.25.n.12.Verde ad Gallup.ubi ſupra.*

Sed alii dicunt, quod adeunda eſt ſuperior requiſiti pro dicto brachio impartiendo, *Carlev. lib.1.tit. 1.diſp.2. ſect.7.*

Et ſi ignoratur locus, ubi eſt, eligitur Curator, cum quo proceditur in cauſſis civilibus, juxta *Maſtrili.* relatum per *Reg.de Marin.in lib.2.reſol.43.*

Licet tempore *Marant.*, *& Reg.de Marin.* citabatur per edictum affixum in valvis Palatii M.C.V. *d. de Marin.lib.2.reſol.43.*

Itaque cum abſente, qui ignoratur, ubi habitat, in judicio civili capta informatione eligitur curator, cum quo proceditur, *Altim.rub.11.q.32.& rub. 12.qu.16.nu.36.*

43 Citatio facta domi ſolitæ habitationis inquiſiti, in qua nullus de ſua familia habitat, eſt valida, ſi affixa ſit in limine domi, & tempore affixionis lecta coram duobus teſtibus, cum termino peremptorio dierum 30. vel 40. ad comparendum, ut *conſtitut. Regni literæ citationis verſ. ſi vero domus*, ubi *Affl. num 7.* & ſcribitur per quot dies ſtetit citatio affixa, ut *Foller.in rubr. veloct verbaliter citari faciat nu. 20.Marant. membr.1. num.15. De Maria. lib.2. reſol.43.num.6.*& licet *Motill.de grad.cit.num.16.* dicat requiri actum publicum coram Notario, & Judice ad contractus, tamen ſufficit relatio Nuntii, quia nuntio creditur circa ſuum officium.

Si delinquens tranſtulerit domicilium una cum familia.

44 Citatio ad reum forjudicandum fit domi, in qua conſuevit habitare, *Franch. deciſ.516. Rovit. prag. 1.nu.3. de ſent.& re forjudic. Ricc.collect.1401.Thor. tom.2. v.citatio ad forjudicandum Verd. ad Gallup. p.2.c.2.num.5.* Sed hoc ego intelligo, quando domi habitat aliquis. Nam ſi nullus habitat, ſervatur ut ſupra.

45 Citatione facta domi ſolitæ habitationis, ſi in relatione Nuntius dixiſſet, eum citaſſe modo, & forma, ut ſupra, non explicando formam citationis, hujuſmodi citationem valere judicavit S. C., ut apud *Franch. deciſ. 321*, quam deciſionem communiter omnes ſequuti ſunt, ut teſtatur *Motill. in prax.civ. de grad. citat. num.13*, ex *Palma meo affini in prax. rerum notabilium, &c. part.2. gloſ.20. num.10. & Sanfel.dec.225.part.2.*

Quidquid in contrarium dixerit *Grimald. in addit. ad Tartagl.cap.1. fol. mihi* 82. ubi late tradit talem citationem non valere ex adductis, ut ibi.

Et creditur nuntio dicenti ſe domi citaſſe, licet non addat *ſolitæ habitationis*; Nam quod talis clauſula apponatur nulla lege eſt ſancitum, *Sanfel. deciſ. 225.p.2.num.10. Pi at.ad Muſc.2.p.gl.intimata ad n. 9.Verd.ad Gallup.part.2.c.2.nu.44.*

46 Sed admittitur probatio contra nuntium dicentem ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis, ſi alibi citavit; *Verd.*ubi ſupra, ex *Alex.conſ.114. num.9.Afflict. deciſ.91.num.12.Muſc.concl.135.num.15. Guid.Pap. deciſ.557.*

47 Citatio in die feſtivo facta, maxime in hoc Regno nullo modo valet, ut *rit.137.& Rovit.in rubric.de furtis num.9.*

Citatio notificata die juridica, licet relatio nuncii ſit facta die feriato, valet, ita ut contumacia accuſata validiſſima ſit, *Ritus eſt* 82.ubi *Carav.& rit.95.* & ita ſervari in praxi teſtatur *Campan. reſol. 18. & Petr.rit.*ubi ſupra *nu.6.de Luca in obſer.ad Franch. deciſ.560.in fine.*

48 Sicuti valida eſt citatio expedita cum data in die feſto, etiam in die Paſchatis; *Muſcatell. gl.intimatu num.20.& Rit.119.*ubi *Carav.* Et ſic expediri poteſt die feſto, ſed non poteſt notificari, quia notificatio erit nulla, etiam ſi fiat in feriis ad uſum hominis inductis.

Et attenditur feſtum in loco, ubi notificavit, & non in loco, a quo expeditur citatio, ut *rit.116.Motill.de grad.citat.num.21.*

Si itaque notificatur die feſto illius loci, ubi exequitur, citatio erit nulla, licet in loco, a quo emanatur citatio, illud feſtum non obſervatur. Nam attenditur locus ubi notificatur, *d.rit.116.*

49 Citatio ſi non apparet in actis, ſed apparet, quod pars vigore citationis habitæ jam comparuit; nullitas forſan orta ex defectu citationis in actis non apparentis, purgata cenſetur poſt dictam ſubſequentem partis citatæ comparitionem, *Ricc.collect.1408. Gratian.diſcep. for.cap.156.n.1.Capyt.deciſ.166.nu. 6.& deciſ.293.num.2.& 3.part.3. Muntic. dec.352. num.9.*

Adeo quod valide poteſt ad ulteriora procedi, maxime quando citatio fit ad effectum inducendi ſcientiam. *Sanfel.in prax. ſect.6.num.7. & Folin.in c. illud in 4.col.de præſcript.*

Quod ampliatur, etiam ſi neque pars compareret, ſed Procurator generalis; *Gaill. obſerv.58. lib. 1.Poſt.de manutent. obſerv.82.num.48.*

Etiam cum mandato antiquo, & proteſtatione, quatenus principalis fuerit legitime citatus, *Aſin.de execut.§.4.cap.109.num.1.*

Hanc concluſionem limita, ubi citatus compareret per comparitionem generalem, ſeu taceret; quia per dictam generalem comparitionem, vel per taciturnitatem non cenſetur habuiſſe notitiam actus gerendi; ita *Poſt.de manutent.d.obſ.84. num.49.Rot. deciſ.67.num.7.& 9.in Papilanen.ſuper celebrat.Miſſarum coram Comitolo.* Nam

Citatio regulariter requirit ſcripturam, ut diximus.

50 Citatio, & omnis actus ordinarius, non valet, niſi fiat ad inſtantiam partis, quia pertinet ad officium mercenarium, quod ſervire ſolet actioni propoſitæ, ideoque nequit a Judice impartiri motu proprio, ſed præcedente inſtantia, *DD. in l.2.C.quomodo, et quando, Affl. in conſtitutione dilationes n.42. Bart.in l.4. §. hoc autem ff. de damno infecto*, maxime citatio ad ſententiam *Marant. p.6. memb.1. & recte concipiatur citatio nu.125.* & expreſſe hoc habetur in *Pragm.2.de ord.judic.*ubi dicit. *Quilibet agere volens adverſarium citare faciat Judicis commiſſione expedita*, & quod ad partis inſtantiam citatio fieri debet.

Limitatur hæc concluſio, ut præſumatur inſtantia partis, ſi adeſſet diuturnitas temporis, vel tractaretur de modico præjudicio, *Menoch.præſumpt.22. Rovit.pragm.2.de citat.*

Limitatur etiam, ubi Judex videret perire inſtantiam, quia tunc citare poteſt ex officio ad ſententiam *Marant.ubi ſup.*

51 Citatio quomodo debet fieri contra infantem, vel pupillum; vide *Muſc.in gl.intimato*, & quæ nos dicimus in *cap.de legitimatione perſonæ.*

52 Citatio cum termino infra dies quinque, vel uſque

ad

Digitized by Google

ad diem quintum, & ut die quinto compareat, quando ſit valida, & quomodo differat; vide in *hac praxi civ.in cap.12.de Termino.*

53 Citationes tres ubi requiruntur, omnes poſſunt ſimul decerni, ut una peremptoria pro tribus habeatur, *l.in peremptorio ff.de judic.Coda c.4.num.13. Verd.ad Gallup.par.2.cap.16.n.44.*

54 In citatione nominandus eſt Adverſarius citandus per nomen, & cognomen, alias erit nullitas, & hoc per *text.in l.neque ff. de in jus vocando, Sanfel.ſect.5.num.2.*

55 Citatio per edictum fit contra incertos Creditores, vel legatarios, quando ab hærede fit inventarium.

Quæ citatio ligat etiam Clericos, ſi ſunt incerti, ut dixi in 1.*tom.de præambul.*

At dubium reſtat, quando Clericus eſt legatarius, vel creditor certus, & quando eſt præſens in Civitate, & creditum eſt notum hæredi; quo caſu requiritur citatio nominatim facienda, ut diximus. Tunc an poſſit a Judice laico citari? Variæ circa hoc reperiuntur DD. opiniones, ſed nos late ex adductis hinc inde a DD. concluſimus in noſtro primo Tomo non poſſe a Judice ſæculari citari, neque per edictum, ſi ſua putaverit intereſſe, quia dicta citatio fit ſolum contra incertos, ex aliis rationibus, ut ibi.

Ideo vera praxis erit, ut ſi plures ſint citandi, non opus eſt citare aliquos, qui ſunt Clerici, quia quando in majori numero ſunt citati, valebit inventarium etiam reſpectu aliorum non citatorum.

Et hæc eſt una praxis, qua uti poſſumus ad effugiendum dubium cenſurarum.

Secunda praxis, ſeu cautela erit, ut non fiat citatio per nuncium, ſed denunciatur eis extrajudicialiter per ipſummet hæredem, vel per alium, ut veniant dicti Clerici creditores, vel legatarii ad confectionem inventarii, quia quælibet denunciatio ſufficit; *Bart. conſ.134.num.4.lib.1.Puteus dec.266.num.6.lib.3. Verd.ad Gallup.p.2. cap.2. num.46.* nam eſt levis præjudicii, nec præſumitur hæres fraude conſtipatus, *Archid.decis.383. num.3.de teſtam.Verde ubi ſup.*

Tertia praxis erit procurare, ut Clericus creditor ſit præſens in confectione, abſque quod citetur, nam præſentia ſupplet omnem defectum citationis, & ſufficit præſentia ſine citatione legatarii, vel creditoris, *Verd.ubi ſup.ex l.etiam §.1. ff.de minor. Ab, conſ.38.col.1.l.1.Capyc.dec.1.n.32.* & alii ibi allegati.

Demum vide, quæ dixi in primo tomo meæ praxis, ſuper formula inventarii conficiendi per hæredem.

56 Citatio adverſus beneficiatum, qui non invenitur, fit in Eccleſia, in qua habet beneficium, *Clem. cauſam*, ibi, *quod ſi forſan, de elect. Verd. ad Gallup. par. 2. cap. 2. num.* 48.

57 Citatus repetit expenſas ab adverſario temere citante, *Epiſc.Verd.ad Gallup.p.2.c.4.num.52.* per *tex. in l.eum, qui temere ff.de judiciis.*

58 Citatio ad ſententiam non poteſt fieri per edictum, aut proclama, ſed fit per Nuncium, vel perſonaliter, vel domi; *Capyc. deciſ.39.num.4. Urſill. deciſ.244.num.2.Verd.ad Gallup.ubi ſup.*

59 Citatus dicens ſe eſſe exemptum (niſi exemptio ſit notoria) debet docere de exemptione. Puta, an ſit Clericus, debet probari, antequam remittatur ad Judicem competentem, *de Marin. lib. 1. reſolut. 202.num. 10.Verd.ad Gallup.ubi ſup.num.52.*

60 Præſens in judicio habetur pro citato, nam præſentia ſupplet defectum citationis, *Garav.in rit.120. Sanfel. ſect.6.num.8.*

61 Citatio fieri non poteſt in aliena juriſdictione abſque licentia Officialis loci, *de Marin. lib.1. reſol. 43.num.6.*

Alias citans poteſt puniri, *Capibl. pragm.3.num.241.ex Rovito pragm.3.num.3.de ord.judic.* Nam ex illo actu non petendi licentiam a Judice loci, oritur contemptus, pro quo nuncius capi, & puniri poteſt, *Capibl.ubi ſup.ex Bovadilla lib.2.cap.20.num.21.*

Verum ſi fiat abſque dicta licentia, an citatus teneatur comparere, itaut non comparendo poſſit contumax reputari? Et de hoc duæ reperiuntur invicem contrariæ DD. opiniones. Prima eſt, quod citatus legitime reputabitur contumax, ſi non comparet, & perpenditur adverſus eum doctrina *Andreæ de Iſern.in c.1.num.7.verſ.alias poteſt dici, de controverſ.inter Vaſſall.*, quem ſequitur *Capiblanc.in prag.3.num.241.& Rovit.pragm.1.num.17. de juriſd.invicem non turban.& prag.3. num.4. de ordin.judic.*, ubi *num.5.* dicit Judicem citantem abſque licentia Judicis loci incidere in penam turbatæ poſſeſſionis. Tamen ipſe ſubditus citatus non excuſatur a contumacia.

Secunda eſt, quod citatio ſit nulla, nec poſſint incuſari contumaciæ, nec ad ulteriora procedi, ita *Bovadill.in ſua Polit.lib.2.cap.16.tit.de las juriſdit. de Señores de Vaſſallos num.187.Molin.in ſuo ſpeculo tract.de brach.ſecular. cap.23. lib.2.per tex. in l. fin. ff.de juriſd.omn.judic. Conſin.de conſtit.in 6.clement.Paſtor de re judic.*

Tertia eſt, quæ primam, & ſecundam conciliat, vz. quod ubi per citatum non proponitur iſta exceptio, proceſſus valet, quia legitime procedit Judex, alias non; ita *Novar.p.1.q.for.34.in fin.* ex dictis per *Gloſ.in clem.2.ut lite pendente, Felin.in cap. ordinem de reſcriptis*, & ex congeſtis in ſua *prax. elect.fori quæſt.5. ſect.1.in 2.editione.*

Sed vera concluſio eſt, quod citatio non ſit nulla, ſi Judex in citatum juriſdictionem habet, vel ratione delicti, vel rei ſitæ, vel alio modo, quia tunc citatus comparere tenetur, *Capibl.de Baron.pragm.3.num.241.*

Secus ſi citatio fiat in non ſubditum, quia tunc nulla foret: ex eo quod de citationis eſſentia requiritur ſuperioritas citantis, & ſubjectio citati, *gloſ. Felin.Panorm.* & alii *in cap. cum cauſa de offic. deleg. Boerius deciſ. 8. num. 5.*, & nos diximus in *tit. de citat.*

Quæ ſuperpoſita concluſio intelligitur de citatione verbali, & ubi ab uno Principe dependent juriſdictiones, licet ſeparatæ inter Barones, vel Officiales Regios, ut eſt in noſtro Regno, ubi Præſes unius Provinciæ poteſt citare in territorio alterius; Officialis unius Baronis poteſt citare in territorio alterius, verbaliter tantum; *Sanfelic. in prax. ſect. 30.num.2.* ubi dicit, quod ſic intelligitur *text. in l. omnes §.verum ſi apparitor C.de Epiſc.& Cleric.*, & *in l. fin. ff. de officio Præfecti Urbis.*

Quaſi hoc videatur permiſſum ab eo Judice, qui eos conſtituit, *argum. l. quæro ff. de ſolutionibus, l. Titium §.tutor de admin.tutor.Afflict. in conſtit. in civilibus num.17.verſ.Nota ex conſtit.ipſa.*

Licet tutius ſit requirere Judicem illius loci. Sed citatio realis, quæ eſt quando capitur perſona in alieno territorio, licet ſint ſub uno Rege, non poteſt fieri, quia fit injuria Domino loci, & tenetur actione injuriarum, *Sanfel.* ubi ſupra, qui citat *Franc. Marc.qu.427.*

62 Citatio vero Supremorum Tribunalium, tunc de congruo, ſive de urbanitate, non de eſſentia, licentia peti ſolet, *Capibl.in d.pragm.3.num.274.ex Fab. diffin.23.de juriſdict.omnium judic. Cancer. variar. reſol. lib.3.cap.13.a nu.217.&* dictus *Capibl. in prag. 8.par.1.num.164.*

Un-

Digitized by Google

Unde Tribun.Coll.Conſil. *ſive dicas Regal.Cam. Divæ Claræ*, S.R.C.,M.C.V., R.Aud.Provinc., General.Audient.Exercit., Dohanæ Menæpecudum Apuliæ, & ſimilia Tribunalia majora valide poſſunt citationem emittere, & procedere ad executionem, & carcerationem in territorio judicis inferioris abſque dicti judicis licentia, eo quod extra territorium citare non videtur, qui jus dicit in toto Regno, ex traditis per *Bœrium deciſ.8. num.6. Guid.Pap.deciſ. 243. per Textum in §. ſi vero quis, Auth., ut nulli Judic.auth. ſi vero criminis C. ad l.Juliam de adulteriis l.omnes §.verum ſi non apparitores C.de Epiſcop., & Clericis*, & ſic deciſum refert dictus *Guid. Papa, ubi ſupra*: & ſequitur *Faber diffinit.23.C.de juriſdict. omnium judic.*

Et ex eadem ratione idem erit cenſendum de Judice ſecundarum cauſſarum, vel tertiarum.

Sed miror de noſtris practicis Regnicolis, quare neminem reperii, qui adducant *pragm. 34. de offic. Magiſt.Juſt.§.12.* editam anno 1554.quæ proprie fuit bannum M.C.V.in pragmaticis regiſtratum, in qua ſtatuitur, ut nuncii debeant oſtendere commiſſionem in quocumque loco Regni ſe conferant pro exequenda citatione, vel alia commiſſione, alias in caſu contrario carcerentur a Curia Baronali, & inquirantur; prout diximus in annotatione *formul. practic.Alguaz.lib.1.tit.1.cap.7. num.5.fol.18.*

63 Et tenor dictæ *pragm.* eſt, vz. §. 11. Per quanto a detta G. C. è pervenuto a notizia, che molti s'intromettono ad eſſercitare officio d'Algozini in detta G.C.non iſcritti, e matricolati nella nuova, ed ultima matricola, per ordine di detto Eccellente Signor Reggente fatta, ed alcuni in eſſercitar officio di Commiſſarj, ſeu Eſſecutori della G.C.predetta, *et quod pejus*, ſi conferiſcono in varie, e diverſe Provincie, Città, Terre, Caſtelle, e luoghi di queſto Regno, commettendo varie, e diverſe eſtorſioni, con grandiſſimo danno &c. Volendo detta G. C. ſopra di ciò opportunamente provvedere, per tenor del preſente Bando *S'ordina, e comanda a tutti, e qualſivogliano Algozini, Commiſſarj, ed Eſſecutori di detta G.C., quali ſi trovano tanto in queſta Città di Napoli, quanto fuori di quella in qualſivoglia luogo, che dalla pubblicazione del preſente bando per avanti*, & de cætero *niuno di loro ardiſca, nè preſuma in modo alcuno eſſercitare detti officj d'Algozino, Commiſſario, ed eſſecutore di detta G.C., non eſſendo ſcritto, o matricolato nella detta nuova, ed ultima matricola* &c. *ſenza eſpreſſa licenza* in ſcriptis obtenta *di detto Eccellente Reggente, rivocando, irritando* &c. *E quelli Algozini, che ſi ritroveranno deſcritti, e matricolati in detta nuova, ed ultima matricola non s'abbiano da partire in modo alcuno dalla Città di Napoli, per conferirſi ad eſſeguire fuori di quella in qualſivoglia luogo ſenz'eſpreſſa licenza* in ſcriptis obtenta *dal detto Reggente. Ed avanti che alcuni di eſſi Algozini* &c. *ſi parta, abbia da dare in potere del Percettore di detta G.C.particolar notamento del dì, che ſi parte, dove, ed in che luogo ha da andare ad eſſeguire, e quante commiſſioni porta, con dichiarazione de' nomi de' debitori, creditori, e quantità, e quel tanto, che averà* in commiſſis; *e datane notizia*, ut ſupra, *quello abbia ſolamente da eſſeguire, e non intromettſi, nè eccedere oltre la ſua commiſſione, e notamento dato*, ut ſupra; *e dopo il ſuo ritorno ſimilmente abbia da dare notamento in potere di detto Percettore* &c. *e farſene relazione al detto Signor Reggente, e non facciano il contrario alla pena di chi contraverrà alle coſe predette di remigare nelle Regie galere per anni tre continui, e non eſſendo abile per galera, d'andare relegato per ſei anni nell'Iſola, che s'averà da dichiarare, o altra pena ad arbitrio di detta G.C.*

E nel §. 12. *E di più* s'ordina, e dà piena, *et omnimoda* poteſtà a tutti, e qualſivogliano Principi, Duchi, Marcheſi, Conti, e Baroni di queſto Regno, Governatori di Provincie, e loro qualſivogliano Capitani, Luogotenenti, ed officiali, ne' luoghi, dove eſſi hanno giuriſdizione, ed a ciaſcuno di loro, che ritrovando qualſivoglia de' predetti Algozini, Commiſſarj, ed Eſſecutori nell'eſſercizio predetto, quello debbano richiedere, che abbia da moſtrare la ſua licenza antedetta, e ritrovando qualſivoglia de' predetti non aver ſimile licenza del detto Signor Reggente, e non avere in modo alcuno commiſſione, ovvero averla, ed eſſeguire quello, che in niun modo ſi comprende in ſua commiſſione, e licenza, lo poſſano, e debbano carcerare, con pigliar diligente informazione, e darne ſubito avviſo a detta G.C.; ma avendo commiſſione, e licenza, ſe in eſecuzione di quello, che in detta commiſſione, e licenza ſi contiene, o poteſſe comprenderſi, eccedeſſero, o altrimenti faceſſero quel che non debbono, debbano pigliare informazione diligente contro de' predetti, o alcuno di loro, ſenza procedere a carcerazione, e quella preſa ſubito inviarla a detta G.C. a tal che ſi poſſa procedere a loro debito caſtigo; vogliamo però, e dichiariamo, che quanto all'eſecuzione di coſe criminali tanto di citare, come di pigliare prigioni, non ſe gli dia impaccio alcuno, nè ſia tenuto manifeſtare il ſuo ordine, o licenza, avanti, che abbia fatto l'effetto; ma avendo citato e preſo, e fatto quello, che averà *in commiſſis*, allora, innanzi che eſtragga il carcerato, eſſendo ricercato di moſtrare la ſua commiſſione, o licenza, debba moſtrarla a chi ſpetta.

Deinde ſupervenit altera *pragm.*, quæ eſt 3. *ſub tit.de commiſ.* ad preces Civitatis, & Regni Neapolis anno 1585.a Duce Oſſuni inter gratias conceſſas, *ibi*: Per evitare l'eſtorſioni, e danni, che fanno tante perſone, che vanno inquietando il Regno ſotto nome di Commeſſarj Regj del S.C., Reg.Cam., Vic., Regia Zecca, ed altri Miniſtri Regj, di qualſivoglia Giudice, e Tribunale, così perſone militari, come non militari, debbiano moſtrare le loro commiſſioni, ed iſtruzioni, e che gli Officiali de' luoghi debbiano pigliare l'informazione, e mandarla.

Placet S.E.ut ſupplicatur. Exceptis in cauſſa criminali, ne exhibitione commiſſionis fiat præjudicium Regio Fiſco.

64 Citationes extra Neap.ad inſtantiam illorum, qui non ſunt Neapolitani, non fiant, niſi expreſſa cauſa privilegii fori, alias ſint nullæ.

Et ſi conſtat, quod perſona non habeat privilegium fori, quod ſe habere aſſeruit, incurrat in pœnam unciarum auri 25.*pragm.8.de citation.*edita anno 1605.ad inſtantiam Civitatis, & Regni.

Confirmatur *d.pragm.per pragm.81. de offic.S.R.C. §.6.*ut ſervetur tam in Vicaria, quam in S.C. & ultra nullitatem actorum additur pœna Actuariis privationis officii per triennium, ne quis extrahatur a domicilio ab extero non privilegiato.

Confert *pragm.10.de off.Jud.§.38.*de qua late *Capibl.tom.2.cap.49.*

Ad declarationem regulæ ſuperius *num.* 10. traditæ, quod de jure Regni non eſt neceſſaria citatio, quod fiat perſonaliter, ſed valida eſt, ſi fiat domi ſolitæ habitationis ex *conſtitutione citationis litteræ, & pragm.2.de ord.judic.*

Sciendum eſt, quod in judiciis executivis ſolent contrahentes paciſci, quod poſſit debitor citari in Curia Notarii deſignata, de qua citatione diximus, & formam dedimus in ſecundo tomo meæ Prax., ubi praxim dedimus de omnibus judiciis executivis; ideo

ideo in hoc tertio tomo, ubi agitur de Praxi Judicii Ordinarii, ne idem repetam, legentem remitto ad dictum ſecundum tomum *tit.1.cap.27.num.24.*

Et hic advertendum duco, quod

65 Depoſitum intimatum in Curia Notarii deſignata loco citationis, non ſubſtinetur, & currit intereſſe, ac ſi factum non eſſet, quando principalis debitor eſſet mortuus, vel creditum eſſet alteri ceſſum; *Dom. Marad. annot. ad ſing. Patris 247. num.7. fol. mihi 173. ad pragm.4. de Notariis ex Capan. diſcept.12. num.6. lib.1.*, ubi ſic deciſum refert.

CAP. VII.

De Relatione Citationis factæ.

SUMMARIUM.

Relatio debet fieri eodem, vel ſequenti die ſub pœna, &c. num.1.

Relationis forma citationis facta in Civitate, & relationis facta extra Civitatem, num.2.

Relatio quando fit a Nuncio ſcribere neſciente, quomodo fieri debet, num.3.

Relatio facta domi ſuæ ſolitæ habitationis valet in Regno, num.4.

Citatio facta domi abſque illa clauſula, ſuæ ſolitæ habitationis, quando valeat, & quando non, num.5.

Relatio per Alguzerium poteſt ſcribi die feſto illam eſſe factam die non feſtivo, num.6. *& vide* num.11.

Relatio citationis facta extra locum juridice requirit duo teſtes, num.7.

Nuntio creditur ſe citaſſe aliquem, licet citatus neget, num.8.

Relatio Nuntii, ſi non apparet ſcripta, eſt nullitas, num.9.

Contumacia an poſſit accuſari, antequam relatio Nuntii ſcribatur, num.10.

Relatio facta per Nuntium die feſto de citatione facta die juridico valet, num.11.

Citatio fieri poteſt de nocte, tribus tamen luminibus accenſis, num.12.

Nuntio dicenti ſe domi citaſſe, vel modo, & forma citaſſe, an valeat citatio, num.13.

Nuntius debet obſervare feſtum in loco, ubi exequitur citatio, & non in loco, quo expeditur, num.14.

Relatio fuiſſe citatum in hoſpitio, vel in Apotheca non valet, quia non eſt domus ſolitæ habitationis, num.15.

Relatio fuiſſe relictam chartellam, vel copiam citationis uxori, vel fuiſſe citatum feudatarium in loco feudi, & Clericum in loco beneficii requirentis reſidentiam, valet, num.16.

Relatio fuiſſe citatum domi ſolitæ habitationis valet, & ſufficit in Regno abſque præſentia teſtium in loco judicii, & cum præſentia duorum teſtium extra locum judicii, num.17.

Secuta citatione juris ordine ſervato, debet per Nuncium fieri relatio, ideo de relatione ſermonem facere fas eſt.

1 RElatio debet fieri eodem, vel ſequenti die citationis ſub pœna privationis officii; *prag.28. §.3. de off. S. R. C.*, *de Stefano in ſuo prax. Procurat. cap.8. circa principium.*

2 Relatio, vel eſt de citatione facta in Civitate, ubi expeditur citatio, vel eſt de citatione facta extra Civitatem; ſi prima, ſufficit ſic fieri vz. Ego N. N. ſerviens, vel Alguzerius M.C.V. refero tali die notificaſſe perſonaliter T.T. & in fidem, &c. vel domi ſuæ ſolitæ habitationis; ſed ſi fieri debebit relatio citationis factæ extra Civitatem, tunc debet dicere, notificaſſe T. T. perſonaliter, præſentibus pro teſtibus T.T., & T.T., alias de nullitate per Partem contrariam dici poterit, *pragm.2. de ord. Iud. Rugerius in ſua Tela tomo 1. num.39. ubi.* Si Nuntius in partibus ſcribere neſciverit, tunc debet ſcribi relatio, vel ab Actuario illius loci, vel ab aliquo Not. publico.

3 Quæ relatio ſi ſcribitur ab Actuario, debet ſe ſubſcribere non ſolum nomine proprio, & cognomine, ſed adhuc dicere eſſe Actuarium T. Terræ.

Si autem a Notario publico ſcripta fuerit, debet ſubſcribere ſuum nomen, & cognomen, & etiam ſolito ſigno ſignare, idem *Ruger. in ſupra citat. loco num.30.*

4 Citatio poteſt etiam fieri domi ſuæ ſolitæ habitationis, ſi Reus de perſona haberi non poteſt; ſed nuncius debet in relatione dicere, quod in Civitate non reperitur, *Sanfelic. in ſua prax. in tract. de ordine judic. fol. mihi 244. num.3. in ſecund. autem cit.* Quando fit extra Civitatem, ſufficit referre, ſe citaſſe Talem de T. domi ſuæ ſolitæ habitationis, præſentibus T.& T. teſtibus.

5 Venit nunc quæſtio, an relatio dicens, ſe citaſſe domi, inducat validitatem actus; & ideo videndus erit

Sanfel. ſect. 55. num.9., qui dicit, ſubſtineri citationem, cum citatus unam habet domum, ex *l. 2. ff. de liber. & poſth.* Et ſi per partem inſtatum fuerit de nullitate, ipſi incumbit onus probandi plures habere domos: *Bart. in l. ſi in rem ff. de rei vindicat. & in l. ſi quis ſervo §. inter duos ff. de legatis 2.* idem *Sanfel. loco cit. eodem num.*

Idem *Bart.* relatus per *de Franch. deciſ.322. nu.2. & 3.* ait pro invaliditate actus, cum relatio dixerit, citaſſe domi, non adjecta particula ſolitæ habitationis, ſed tantummodo, & forma ſibi commiſſis, ex *tex. in l.4. §. Prætor ait 3. col. verſ. ſed quod debet ff. de damn. infect.*

Bald. tamen relatus ab eodem *de Franch. in cit. loco* pro validitate ſentit, ex *text. in l. properandum §. ſi quidem col.3. verſ. nota etiam num.13. C. de judic.* ideo

Idem *de Franch. in cit. deciſ. num.5.* ſic diſtinguit: aut in commiſſione citationis per Judicem non eſt data certa forma, quomodo nuncius citare debet, & iſto caſu procedit *deciſ. Bart. in d. §. ait*; Aut data eſt certa forma, quomodo citare debeat, & tunc valet citatio, adeoque procedit *deciſ. Bald.*

6 Relatio, ſive Reſponſale citationis factæ per Alguzerium poteſt fieri etiam die feſtivo, ad finem ſcribendi, intimationem eſſe factam die non feſtivo, *Maranta in prax. par.6. actu 8. n.37. Carav. in ritu M. C. 247. Broya in cap.1. num.8. & 9.*

7 Relatio extra locum Judicii debet referri per Nuntium illam eſſe factam coram duobus Teſtibus, cum limitatione, ut dixi in retroſcripto *cap.3. num.29.* & dixi ſuperius.

8 Relationi factæ per Nuntium ſe citaſſe aliquem, adeo creditur, ut ſi citatus negat, præſumptio eſt contra citatum, *Panorm. Decius, Innoc.* & alii *in cap. cum parati 10. de appellat. Afflict. in conſtit. edictorum num.5.*

Imo etiam ſi poſt ſcriptam relationem ipſe Nuntius negaſſet, adhuc ſcriptæ relationi creditur potius, quam Nuntio neganti, ſecundum *Cancerium in c. ad audientiam de reſcript. Bald. in l. ſi quis decurio ff. de falſis, Troiſ. in Pragm.2. tit. de forma citandi Reum num.* 33. Ratio eſt, quia præſumitur nuntius ſubornatus.

9 Relatio Nuncii ſi non apparet ſcripta in proceſſu, judicium erit nullum etiam in caſu, quo actus citationis in veritate eſſet factus; *Barbat. ſup. pragm.*

da

Digitized by Google

de aſſiſtentia Gloſ.4. num. 36. ex Bartolo in l. multum intereſt ff.de condit.& in l.huc autem §.1.nu.2.ff.quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur. Afflict. in conſt. Regni citationis litera num.13.not.9.

10 Contumacia, ut poſſit incuſari, debet præcedere relatio nuncii,alias ſi relatio ſcribatur poſt ſcriptam contumaciam, eſt nullitas. *Scoppa ad Nicolinum fol.19.num.118.Petra rit.127.nu.32. Galiup.p.1.cap.4.num.1.*

Sed praxis contrarium ſervat ex *Prag. 6. de cit.*, ubi diſponitur haberi pro accuſata contumacia, & poſſe accuſari in tempore, licet poſt tempus veniat relatio a longinquis partibus Regni, & traditur formula *a de Luca ad Franch.dec.471.*

11 Relatio Nuncii facta die feriato ſe notificaſſe citationem die juridico, valida eſt, ex *Ritu M.C.82.* ubi *Caravita rit. 95.* & ita ſervari teſtatur in praxi *Campana reſol.17. & Petra ritu,ubi ſupra num.6. de Luca ad Franck.deciſ.560.in fine.*

12 Nuncius poteſt citare de nocte, tribus tamen luminibus accenſis, & in relatione ſic debet referre: *Gallup.p.2.cap.2.num.25.per text, in l.1.§.trio, ff.de ventr.inſpic.*

13 Si Nuncius dicat ſe domi citaſſe, & non addat ſolitæ habitationis, vel dicat citaſſe modo, & forma, non explicando formam, an relatio valeat, vide, quæ dixi in retroſcripto *cap.3. de citatione num. 45. & 46.*& quæ dixi hic ſuperius *num.5.*

14 Nuncius debet obſervare feſtum in loco, ubi exequitur citatio, & non in loco, a quo expeditur. ſi itaque eſt feſtum in loco, ubi citat, citatio eſt nulla, per *Rit.M.C.V.116.* & dixi in retroſcripto *cap.3.num.48.*

15 Relatio, quod quis fuit citatus in hoſpitio, non de perſona, ſed relicta chartella non valet, quia hoſpitium non eſt domus ſolitæ habitationis citati.

Idem dicitur de citato in Apoteca, quia in Regno citatio fieri ſolet,domi ſolitæ habitationis.

16 Verum ſi chartella relinquitur uxori in domicilio viri,feudatario in loco feudi.

Et Clerico in loco Beneficii, quando beneficium requirit reſidentiam, relatio erit valida, *Petr.rit.94.num.9.*

17 Et quod citatio in Regno poſſit fieri perſonaliter, vel domi ſolitæ habitationis, eſt conſtitutio Regni *citationis literæ,Pragm.2.de ord.judic.* Et in loco judicii fit relatio abſque præſentia unius teſtis, ex ſtylo, *Petr.d.rit.* ut ſup.dixi *in cap.3.de citatione num.10.*

C A P. VIII.

De Cumulatione Actionum.

S U M M A R I U M.

*Mutare modum agendi, mutare, ſive variare actionem, & cumulare actionem ſunt tres Termini inter ſe diverſi? & qui ſunt,*num.1.

*Cumulare actiones ante Terminum, & poſt Terminum, datur Regula & praxis,*num.2.

Articuli continentes actionem diverſam a primo libello non admittuntur; niſi notificentur Adverſario, num.3.

Articuli additi maxime in acceſſu ſuper faciem loci, debent notificari Adverſario, & aſſignatur ratio, num. 4.

Mutare actionem contra litem conteſtatam non eſt licitum, ſed Reus abſolvitur ab obſervatione Judicii, & actor condemnatur ad expenſas, cum limitatione, in Regno quomodo hoc ſit intelligendum? num.5.

*Reo licitum eſt plures exceptiones inter ſe omnino contrarias cumulare,*num.6.

*Actionum repugnantia, ſive contrarietas triplex eſt qua ſint declarantur,*num.7.

*Cumulatio exemplificatur pluribus modis, cum limitationibus,*num.8.

*Clauſula gradatim, conditionaliter, & ſucceſſive quid importet, & ubi juvat,*num.9.

*Cumulatio Actionum omnino incompatibilis, exemplificatur,*num.10.

Libellans cogitur facere ſpecificam declarationem, ſi intendit impugnare Teſtamentum ex defectu voluntatis, vel ex defectu ſollemnitatis, num.11.

*Exceptio cumulationis actionum ſi a parte non opponatur, an Judex ex officio reiicere debet dictam cumulationem,*num.12.

PRo declaratione præpoſitæ cumulationis actionum præſcindendi ſunt tres termini, qui inter ſe ſunt diverſi.

1 Aliud eſt mutare, ſive variare modum agendi,

Aliud eſt mutare,ſive variare actionem.

Aliud eſt cumulare actionem.

De his tribus terminis dixi in 2. *tom. mea praxis de judicio executivo vigore pacti tit.5. cap.1. nu.11. & ſeq. fol.78.*ubi vide.

Mutare enim, ſive variare modum agendi eſt, quando actor agit via ordinaria, & deinde relicta illa convolat ad viam executivam,ut dixi *loc. cit.*

Mutare, ſive variare actionem eſt, quando dimiſſa prima actione, ad aliam conſurgit, *Hodiern.contr.8.num.39.*

Cumulare actionem, eſt, quando ſimul intentat, & cumulat plures actiones nulla dimiſſa.Et pro clariori prædictorum intelligentia infraſcriptas formabimus regulas.

Prima regula eſt, quod ante conteſtationem litis licitum eſt actori libellum corrigere, & informem actionem reformare, & in melius accomodare, vel actionem in totum mutare, vel alia nova capita addere, & licitum eſt novas actiones cumulare; *Muſcat.1.parte gloſ.petitur num.50.*

2 Quæ regula intelligenda eſt, dummodo novæ actiones addantur, & cumulentur, quæ ex eadem cauſa, & ex eodem facto deſcendant, *Muſcat. loco cit.ex Caſtrenſi*, & aliis *in l.penult.C.de ſententiis,& interlocutoriis, & in l. unica C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.*

Imo actiones, quæ procedunt ex eodem fonte, licet non addantur, nec cumulentur, ſuper eis poteſt pronunciari, & ſic ſuper non petitis, quando non petita deſcendant ab eodem fonte cum petitis; *Capyc. deciſ. 10. num. 24.*

Ubi exemplificat *in l.Aquil.*, ut ſi peto damnum, poteſt ſequi condemnatio ad pœnam, cum ſit ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, *l. contra negantem C.ad l.aquiliam.*

Item ſi ago ex mutuo,& probarem de commodato poteſt ſequi condemnatio ad commodatum, licet petitio non fuit pro commodato,ſed pro mutuo.

Ideo in *deciſ.Affl.83.*quia fuit petita res,quæ præſtari non potuit, condemnatio facta fuit ad æſtimationem licet non petitam.

Et in *deciſ.Affl.23.*fuit petita res Eccleſiæ, & cum jam fuerit probatum, quod Eccleſia habebat cenſum dumtaxat ſuper illa re petita, fuit facta condemnatio ad cenſum non petitum.

Et in alia *deciſ. 372. Affl.* licet fuit facta petitio contra quoſdam hæredes Patris, tamen quia in proceſſu conſtabat eſſe hæredes Matris, fuerunt condemnati uti hæredes Matris, quæ ſimiliter erat obligata in inſtrumentis, & ſic ſententiæ prædictæ latæ fuerunt ſuper non petitis, & ſuper actionibus diverſis ab illis, quæ fuerunt intentatæ, ex eo, quia licet

Digitized by Google

cet ſint diverſa, dependent tamen ab eodem fonte cum petitis.

Secunda regula erit, quod quando, aut nova petita ſunt omnino diverſa, aut contra petita in primo libello; Tunc Judex non debet ſuper eis pronunciare, niſi datis defenſionibus, & inſtructo proceſſu ſuper novis, ideſt intimata parte ſuper novis petitis, ſive ſuper nova actione cumulata, & dato termino ſuper eis, *Muſcat.d.par.2. gloſ.petitur num.*55.

Hinc praxis quotidiana viget in his Tribunalibus Neapolitanis, ut ſi datus ſit terminus ſuper nova actione, ſive ſuper petitis in libello, ſi deinde aliud petatur, vel alia actio cumuletur, ſolet interloqui, ut terminus datus currat, etiam ſuper aliis hinc inde petitis.

Et in deciſione cauſſarum obſervatur, non pronunciari niſi ſuper aliis petitis, ſuper quibus fuit terminus compilatus; quod bene nota in praxi hanc diſtinctionem novæ petitionis dependentis ex eadem cauſſa, ex eodem fonte, & petitionis omnino ſeparatæ a cauſſa, & fonte primæ petitionis.

Ex hac ſumma ratione, quia ſi poſſet pronunciari ſuper novis petitis, ſuper quibus non fuit inſtructus proceſſus per citationem, & terminum probatorium, tollerentur reo defenſiones, quæ tolli non poſſunt, cum ſint de jure naturæ, dum reus fuit citatus, & ſe defendit adverſus petita, & non putabat ſuper aliis non dependentibus ab eis, nec in termino petitis; hinc concluditur, quod ſic currit regula, quod Judex contra petita, & ſuper non petita pronunciare non poteſt, *Vant. de nullit. rub. a qualibet ſententia num.*23.*&* 29.*Afflict. dec.*391. *&* 283.*in fine, & Boer. deciſ.*242. *num.*29. ubi allegat *dec.Aff.*60.

3 Hinc eſt, quod licet in articulis poſſit actor reformare libellum, & novam actionem penitus diverſam a prima cumulare, tamen ſi ex priori libello non poſſet reus inſtrui ad reſpondendum, & deliberandum ſuper novis petitis, quia ſunt penitus diverſa, aut ſi judicium non fuit legitimatum ſuper novis petitis, tunc poteſt reus opponere, quod articuli reducantur in vim ſimplicis petitionis, ut ſuas poſſit opponere exceptiones, & deliberare, & ſe defendere, & Judex debet interloqui, quod articuli reducantur in vim ſimplicis petitionis, & ſic debent notificari Adverſario.

Ubi vero judicium legitimatum non erit ſuper novis, reus poterit inſtrui ex primis petitis ſuper defenſionibus etiam reſpectu novæ petitionis cumulatæ in articulis, tunc interloqui debet, ut teſtes recipiantur etiam ſuper novis petitis in articulis, & copiæ articulorum cum decreto intimantur reo. Sic

4 faciunt cauti Advocati, maxime quando fit acceſſus ſuper faciem loci per Commiſſarium cauſſæ, ubi accidere ſolet, ut actor cumulare velit nova, quæ in prima petitione non fuerunt petita, deinde ſuper ipſis novis facit articulos additos, & inſtat ſuper illis recipi teſtes, dicti articuli ſunt notificandi adverſario, ut ſit communis terminus, & communis defenſio, ne ſuper illis remaneat indefenſus reus, aliter non poſſet ſuper illis pronunciari, niſi cum gravamine rei, ex traditis per *Muſcat.in ſua addit. ad gloſ.petitur,lit.B.in verbo dolo malo facere.*

Tertia Regula eſt, quod poſt litem conteſtatam ſuper una actione actori non licet amplius actio-

5 nem mutare, ſed debet reus abſolvi ab obſervantia judicii, & actor condemnari ad expenſas, & dici, quod agat alia via, per *textum in l.Rabius Marcellus ff.de pactis dotalibus, Afflict. deciſ.*60. *Urſil.ibi, & Ant.Corſetus ſing.*158.*in verſiculo Judex*, ubi declarat dictam *Afflicti deciſionem, & Muſcat.in gloſſa petit.par.*1.*num.*53.

Et ratio eſt, quia habens plures actiones, debet unam eligere, & electione facta ad aliam redire prohibuit *Imperator in l.fin.C.de codicil.* ubi agens jure directo non poterit deinde jure obliquo petere hæreditatem, ita *Cynus*, & nonnulli alii *DD.in d.l.fin.*

In Regno autem noſtro Neapolitano, ubi ſola facti veritate proceditur, admittitur ſemper cumulatio actionum, ut omni, qua poteſt via actor conſequatur id, quod ſibi debetur; teſte *Reg. Petru in rit.*288.*num.*149.poſt *Sanf.dec.*72.*num.*20.

Quæ concluſio limitatur, ubi actiones eſſent contrariæ, & omnino repugnantes inter ſe, ut mox inferius explicabimus. *Petr.loc.cit.*

6 Reo autem licitum eſt plures varias, & inter ſe omnino contrarias exceptiones opponere, & cumulare, ex *textu in l. cum de indebito ff. de fide inſtr. Petr.d.rit.*288.*num.*250.*Hodiern.contr.*18.*nu.*3. poſt *Afflict.deciſ.*134.*nu.*3.*de Marin. tom.*2.*reſol.*106.*n.*4. *Reg.Latro conſult.*114.*num.*9.& alii citati per *Petr.*

7 Et ut ſciatur praxis actionum repugnantium, quarum cumulatio eſt prohibita, ſcias quod triplex eſt actionum contrarietas, ſive repugnantia, originis, exercitii, & executionis.

Actiones origine contrariæ ſunt, quando origo unius impedit originem alterius; exemplificatur in teſtamento, quod allegatur falſum; non poteſt allegari inofficioſ. quia allegans falſum, negat teſtamentum. Allegans inoff. affirmat teſtamentum fuiſſe verum, ſed reſcindi debere, & ſic ex origine, ſeu nativitate contraria ſunt, eſſe factum, & non factum, ſeu falſum.

Exercitio contrariæ ſunt, quando ex pluribus actionibus una poteſt exerceri, ideſt quando per electionem unius altera amittitur, & exercitium unius impedit exercitium, ſive executionem alterius, quia facta executione in una ab alia remanet liberatus.

Executiones contrariæ ſunt, quando executio unius impedit executionem alterius, quia facta executione in una, ab alia liberatus remanet.

De actionibus contrariis, & prohibita actionum cumulatione DD. per juris ſubtilitates, ita intricate locuti ſunt, ut vix in praxi poſſit ex illa via eundi edici, & in Regno habemus ſollemnem *dec.Sanf.*72. *& contr.Hodiern.*18., & alios relatos per *Reg.Petra Rit.*268.*num.*149.qui tandem *num.*153.rejectis ſubtilitatibus concludit omne remitti arbitrio diſcreti Judicis, & ita *DD.* numero reſtringit in Praxi id, quod *Papienſis in ſua praxi tit.de forma libelli in actione hypothecaria in epith.num.*1.docuit, cum breviſſima diſtinctione; nempe:

Quando actiones ſunt ita contrariæ, & repugnantes inter ſe, ut lata ſententia in una, pariat exceptionem rei judicatæ in alia, tunc cumulari minime poſſint ſimul, ſed erit electioni locus, *ex text. in l.quod in hæredem §.eligere ff.de tribut., & l.cum filii §.verius ff.de legat.*2.

Quando ſententia lata in una exceptionem rei judicatæ non inducit in alia; tunc cumulatio plurium actionum fieri poteſt, *l. ſi idem ff. de jure omnium Judicum, l.hæredes, quod de pluribus ff.fam.erciſc.*

Sed mihi ſemper placuit illa clariſſima, & brevis explicatio ab *Oinotom.* tradita *lib.*4. *inſtit. de action. §.ſi minus tit.*6. *fol. mihi* 2827. *num.*15. ubi fundat regulam, omnes caſus comprehendentem.

8 Regula una erit, ut cumulatio ſit ſemper permiſſa, ſed dicta regula limitatur.

Primo, quandocumque actiones tales ſunt, ut ſententia abſolutoria lata in prima actione parere poſſit executionem rei judicatæ in ſecunda actione; tunc cumulatio actionum non admittitur. Exemplificatur caſus *in l.fundum* 16. *ff.de except.* Ubi ſi tu poſ-

Digitized by Google

ſides fundum Titianum, & Sempronianum, & ego intento contra te rei vindicationem, & dico Fundum Sempronianum eſſe meum, & proinde peto declarari me eſſe Dominum, & deinceps addo confeſſoriam actionem, & dico deberi mihi ſervitutem realem, ſcilicet viam a tuo fundo Titiano ad fundum Sempronianum; Et cumulo rei venditæ confeſſoriam actionem. Repellor, quia ſententia abſolutoria lata ſuper rei vindicatione parit exceptionem rei judicatæ ſuper confeſſoria. Quia ſi non ſim declaratus Dominus Semproniani, mihi non competit actio confeſſoria, & petere non poſſum ſervitutem viæ deberi a tuo fundo Titiano ad Sempronianum.

Obſtabit enim mihi exceptio rei judicatæ, quod fundus ſempronianus non eſt meus, & actio confeſſoria domino tantum competit, *l. 2. ff. ſi ſervitus vindicetur.*

Limitationem prædictam ſublimitat.

Primo, ſi de prima actione conſtat, ut *in cap. ſed neque, Novella de fidejuſſoribus*. Ubi conſtat, ut *in d.c. ſed neque*, quod fuerant accepti fidejuſſores, & res eorum erant obligatæ. Ita tamen, ut non poſſit timeri ſententia abſolutoria. Ideo ibi actio perſonalis ad debitum, & hypothecaria ad pignus accumulari poterat.

Secundo ſublimita, quando in ſecunda actione non per modum principalis actionis, ſed per modum exceptionis agitur, ut ſi petam fundum cum ſervitutibus.

Tertia ſublimitatio, quando cumulantur duæ actiones conditionaliter; peto fundum Sempronianum, qui eſt meus, & ſi obtineo, peto ſervitutem viæ per fundum Titianum, *arg. gloſ. in l. qui de inofficioſo 26. ſuper verbo exercere ff. de inoffic. teſtam.*

Secunda limitatio ad regulam, quando plures actus ad eamdem rem tales ſunt, ut electione unius alter tollatur, tunc non poſſunt ſimul cumulari, ſed neceſſe eſt unum eligere cæteris dimiſſis.

Exemplificatur in legatario, qui tres habet actiones ad conſequendum legatum, perſonalem actionem ex teſtamento, reivindicationem, & hypothecariam, *§. ſed olim 2. verſ. noſtra autem inſtit. de leg.*

Quæ tres actiones ſimul intentari, & cumulari non poſſunt, ſed legatarius unam ex eis eligere cogitur, *l. cum filius 76. §. variis 8. ff. de legatis 9.* De quibus tribus actionibus, vide, quæ ego ipſe dixi *in 2. tom. mea prax. de legatis cap. 2. num. 6.*

Tertia limitatio regulæ, quando una actio alteri eſt contraria.

Exemplificatur *in l. prima C. de furtis*. Ubi ſi mandato ſervi tui quis prædium comparavit pecunia tua, ſciens te nolle; competunt tibi duæ actiones, ſcilicet condictio, ſive actio furti, & actio mandati, quaſi ex contractu ſervi tui tibi acquiſita ſit actio conſequendi prædium.

Non poteris tamen utramque actionem cumulare, ſed eligendo unam reprobas aliam.

Quia agendo actione mandati comprobas factum a ſervo tuo.

Et agendo condictione furtiva non approbas contractum bonæ fidei, & æquitas non patitur, ut criminis cauſa proſequaris, & bonæ fidei contractum impleri poſtules.

Propterea quaſi tibi ipſi contrarius repelleris ab agendo, & quia proſequendo unam cenſeris renunciaſſe alteri, & eſt incompatibilis, ut utramque proſequaris.

Et demum concludit *Pinell. loco cit. in fin.* quod præter has tres limitationes cumulatio actionum permiſſa eſt, non ſolum ante conteſtationem, ut in prima regula ſuperius diximus; ſed etiam poſt conteſtationem. Dummodo poſt conteſtationem nova inſtantia porrigatur, juxta *Baldi* doctrinam *in l. edita C. de edendo*, ut ſuperius diximus *in 2. regula.*

Et ſi vis regulam faciliorem, tene menti, quod actiones, quæ tendunt ad eundem finem, & effectum licet ſint contrariæ, origine; non ſunt contrariæ, vel incompatibiles in effectu, ſed ſunt conformes, compatibiles, & concordes, & ſub hoc verbo compendio explicat hanc praxim de actione cumulanda *Jodocus Danhonderius in ſua praxi cap. 51. fol. 190.* & eſt exemplum in *dec. 31. Minad.* Ubi quis nullum petiit declarari teſtamentum, & ſi quod eſſet, legitimam petierat, a qua non excludebatur per validitatem teſtamenti. Et non obſtante contrarietate dictarum actionum, S.C. judicavit libellum procedere, & actorem non teneri eligere.

9 Et paſſim in noſtris Tribunalibus admittitur petitio ſimilis, cum clauſula *gradatim*, *conditionaliter*, & *ſucceſſive*. *Hodiern. contrav. 18. num. 12. & num. 52.* aſſignat rationem dictæ deciſionis, quia eligendo viam nullitatis, quamvis non obtinuiſſet tamquam incompetentem, non cenſebatur legitimæ renunciaſſe, ſed ad legitimæ petitionem redire. Propterea ad evitandum circuitum admittenda eſt petitio cum clauſula conditionali.

Unde non mirum, ſi ex unius incompetentis electione fiat tranſitus ad aliam competentem. *Camill. de Medic. conſ. 49. num. 24.*

Alia ratio ab *Hodierna* ibidem adducitur, quia petitio nullitatis, & legitimæ in caſu validitatis fuit incompatibilis, & non contraria, ſive non repugnans, quia per nullitatem teſtamenti non approbatur teſtamentum, & per legitimæ petitionem in caſu validitatis teſtamenti, neque approbatur teſtamentum. Dum legitima competebat de Jure naturæ, & non de Iure teſtamenti, nec de voluntate Teſtatoris.

10 Contractus, ſive repugnantia eſſet, ubi quis ageret pro legitima ex teſtamento a voluntate teſtatoris ſibi competente, & ageret pro nullitate teſtamenti, tunc iſta cumulatio eſſet prohibita, tanquam in ſe repugnans, & contraria omnino incompatibilis, & tenetur eligere cauſſam teſtati, vel inteſtati, ſcilicet, vel petere legitimam ex teſtamento, & ſic teſtamentum approbare, vel petere nullitatem teſtamenti, & legitimam dimittere. Quia proſequendo unum, cenſetur renunciaſſe alteri ex diametro contrariæ, & repugnanti.

Quando itaque actiones, licet contrariæ, ſive diverſæ tendunt tamen ad eundem effectum, & finem, admittitur cumulatio conditionaliter, & ſubordinate ad evitandum plura judicia, & inutile circuitum. Exempl. *text. in c. conſtituetus de in integr. reſtit.* Ubi petenti contractum nullum declarari, & ſi eſt validus, reſcindi ex capite læſionis, Papa conceſſit, ut ſi nullitati non eſſet deferendum, pronunciari deberet ſuper reſciſſione.

Et ratio fuit, quia nullitas, & reſciſſio tendunt ad eundem effectum ad delendum contractum, & per utramque actionem impugnatur contractus; *gloſ. in c. Abbas ſane in gloſſ. magna in fin. de ſent. & re judic. in 6. Hodiern. in d. controv. 18. num. 11. & 14.*

Quando itaque una actio intentata parit eumdem effectum, tunc cumulatio eſt permiſſa, ſecus ubi diverſum effectum producit.

Exemplum erit, quando quis impugnat teſtamentum, & allegat, eſſe invalidum ex defectu ſolemnitatis, & voluntatis, non ſuſtinetur libellus, ſed cogitur declarare, & ſpeciem nullitatis eligere.

Nam eligens nullitates juris, ſi deinde factum legitime decernitur; non per hoc impugnans teſtamentum illius commodo privatur.

At

Digitized by Google

At ſi vitium, ſive defectum voluntatis allegaret, tunc aliquid commodum reportare non poſſet ex teſtamento valido declarato, ſed tanquam indignus eo privatur, *l. poſt legatum*, *l. teſtamentum*, *ff. de his, quibus ut indignis*, *l. cum Polla C. eod. Hodiern. contr. 18. num. 72.*

11 Et propterea cogitur libellans facere ſpecificam declarationem, ſi intendit impugnare teſtamentum ex defectu voluntatis, vel ex defectu ſollemnitatis tantum, & ita deciſum anno 1649. refert dictus *Hodierna num. 79. d. contr. 18. in S.C.*

Quod ſi nullitas teſtamenti ſollemnitatem tantum reſpiceret, ut quia diceretur teſtamentum, non eſſe jure factum, & ſi vitium ſollemnitatis allegaretur; non autem voluntatis defectus, tali caſu poſſent actiones teſtati, & inteſtati licet contrariæ conditionaliter deduci, & ita libellus cumulationis admittendus eſſet abſque declaratione, ſive electione, ut *num. 78.*

Reus itaque poteſt obiicere, ut Actor declaret, qua actione experiri intendat, alias excludatur a judicii limine; *Petr. rit. 288. num. 151. & Angel. in l. Papinianus §. ſi quis initium ff. de inoffic. teſtament. Aretin. in l. naturaliter, §. nihil commune ff. de acqu. poſſeſ. Ant. de Virgil. de legit. perſon. cap. 28. n. 24.*

12 Hæc exceptio prohibitæ cumulationis actionum ſecundum aliquos opponi poterit ſemper. Imo etiam parte non opponente reiici debet cumulatio a Judice; *Sanfel. deciſ. 72. num. 33.* ex *Bart. Soc. Dec.* & aliis *in l. edita C. de edendo. Purpurat. nu. 310. Cagnol. n. 244.*

Imo ratione ſolius contrarietatis executionis abſque inſtantia partis, Judex debet libellum lacerare; *Sanfel. ibid. num. 34. & Salic. in d. l. edita C. de edendo nu. 10. Bar. in l. Mævius §. duobus nu. 19. ff. de leg. 2.*

Contrarium volunt alii, quod ſi hæc exceptio non opponeretur a parte, ad ulteriora procedendum eſt, cum in non petitis Judex mutus eſſe debet, *Reg. Petra rit. 288. num. 151. in fine, Pratus obſ. 67. nu. 58. Eſcob. de ratiocin. cap. 38. num. 9.*

Parte enim non contradicente, multa valent, quæ per contradictam invalida eſſent, *Petra ibid.* poſt *Franch. deciſ. 1. num. 10. tom. 1.*

Et quid ſi reus non inſtiterit libellum declarari, & alteram ex propoſitis actionibus eligi, quod libellus bene procederet, & validum eſſet judicium, fundat *Hodiern. contr. 18. num. 48. & Angel. in l. Papinian. §. ſi quis irritum, verſ. antep. ff. de inoff. teſtam.* ubi advertit reum, ut inſtet pro declaratione, & exceptione impeditivam cumulationem opponat, cum *Aretin. Rip.* & aliis ibi apud *Hod.*

Et pro regula generali docet in omnibus actionibus conditionalibus, & alternativis, & quando libellus eſſet obſcurus, ſi reus non inſtaret, ut declaretur, valeret proceſſus. *Hodiern. ibid. Caſar. Manente in deciſ. Mantuan. 11. num. 40.*

Alii volunt, quod exceptio cumulationis cum ſit dilatoria, quæ non perimit actionem, opponi non poſſit poſt litem conteſtatam in ſecundo judicio, *Sanfel. d. deciſ. 72. num. 21.* per *Text. in l. ſed & ſi ſuſceperit ff. de judic. & l. de accuſat. C. de accuſat. Bal. in d. l. edita C. de edendo in ſecunda lectura num. 81. verſ. ſed an exceptio. Marian. Soccin. in c. dilecti de libelli oblatione verſ. 6. quæro in verſ. 1. num. 28.*

Confert *deciſio Afflict.* ubi quia fuit dicta exceptio oppoſita poſt concluſum proceſſum, non fuit reus auditus in fortiori caſu, dum erat in judicio appellationis; unde ſibi imputet reus, qui non contradixit, & ſic declaratur *d. Afflict. deciſio per Hodiern. contr. 18. nu. 44.* Scriptura repugnantiam continens vitiatur, quia repugnantia fidem ſcripturæ abſtulit, *Petra rit. 288. num. 152.*

C A P. IX.

De Interrogatoriis inter Actorem, & Reum.

S U M M A R I U M.

Interrogatoria fiebant olim ab Actore contra Reum, quia ex illa reſponſione, Reus obligabatur, num. 1.

Actio hodie non oritur ex ſola reſponſione, niſi præcedat obligatio, vel a Jure reali oriatur, aut a lege nominatim detur, num. 2.

Interrogatoria hodie ante litem conteſtatam admittuntur, quæ negotium principale non concernunt, ſed an ſit hæres, & poſſideat, & ſic interrogationes circa præparatoria, & non circa deciſionem cauſſæ, num. 3.

Poſitiones non admittuntur, quando formantur per modum interrogatorii, & quando formantur ante conteſtationem, num. 4.

Actor, ut obtineat, tria requiruntur, num. 5.

Interrogationes præparatoria fieri poſſunt ante libellum, num. 6.

Actor interrogare poteſt, quo titulo Reus teneat, ſed quando? num. 7.

Vicinus poteſt interrogare novum poſſeſſorem, quo titulo rem conjunctam poſſideat, & quo pretio, ad finem agendi pro congruo, num. 8.

Creditor ad inſtantiam debitoris tenetur declarare quantitates receptas, num. 9.

Debitor tenetur facere antapocham ad beneficium creditoris, qualiter ſolverit tot, ut Creditor habeat probatam poſſeſſionem, quaſi exigendi, num. 10.

Creditoris hæres in liquidatione inſtrumenti ante omnia exprimere debet pro quanta quantitate præſentat inſtrumentum, num. 11.

Debitor in liquidatione inſtrumenti interrogatur, ſi illud habeat pro vero, num. 12.

Actor tenetur declarare libellum obſcurum, vel generalem, num. 13.

Debitor interrogari non poteſt, an debeat, vel non, & aſſignatur ratio, num. 14.

Creditor non tenetur jurare, quod ſumma in inſtrumento contenta ſit vera, quia habens inſtrumentum, habet actionem probatam, num. 15.

Interrogatoria non admittuntur quoad ſubſtantialia judicii, ſed circa præparatoria tantum, concernentia perſonam, & certitudinem ejus, quod petitur, num. 16.

Pragm. 6. de ordine judiciorum, & 8. eod. titulo, *in tribus differunt*, num. 17.

Pragm. 6. *loquitur, de interrogatoriis ante litem conteſtatam*, num. 18.

Pragm. 8. *loquitur de poſitionibus, quæ non proſunt ante conteſtationem litis, ſed poſt*, num. 19.

Interrogatoria poſt litem conteſtatam ad inſtantiam Partis fieri non poſſunt, ſed de ordine Iudicis in quacumque parte judicii fieri debent, num. 20.

Iudicis arbitrii eſt, tam ante, quam poſt conteſtationem admittere interrogatoria, in Regno, tam per conſtitutionem partis in judicio, *quam per c. Regni* conteſtantes, num. 21.

Interrogatoriis non reſpondetur per verbum credo, *vel* non credo, *ſed affirmative, vel negative,* ſum, *vel* non ſum *hæres,* teneo, *vel* non teneo bona, num. 22.

Poſitionibus reſpondetur per verbum credo, *vel* non credo, *verum poteſt interrogatus reſpondere, ſi vult, affirmando, vel negando*, num. 23.

Interrogatoria ante conteſtationem fiunt interrogando, at poſitiones poſt conteſtationem fieri non poſſunt interrogative, nec per modum excipiendi, ſed fieri debent poſitive, id eſt affirmando, alias non tenetur reſpon-

ſpondere , num. 24.

Qui reſpondet per verbum credo , *affirmat, & per verbum* non credo, *negat*, num. 25.

Tam actor ad inſtantiam Rei , quam Reus ad inſtantiam Actoris tenetur declarare, num. 26.

Hæres non tenetur declarare ex teſtamento, vel ab inteſtato; ſed ſufficit in genere declarare, quod ſit hæres in petitione hæreditatis. Sed in practica tenetur declarare in burgenſaticis, ſecus in feudalibus, n. 27.

Hæres hæredis primi Teſtatoris eſt hæres, tamen tenetur declarare, ſi ex ſua perſona, vel per intermediam perſonam ſuccedere velit, num. 28.

Reus in petitione hæreditatis , quomodo interrogari debet, num. 29.

Reus conventus petitione hæreditatis cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis , ſed in aliis non tenetur , num. 30.

Declaratio petita ſi non fiat, fit decretum, ut habeatur pro facta, ut deterius, & ita ſit tam ſuper poſitionibus, quam ſuper declarationibus poſt trinam declarationem, & idem, quando citatur ſuper recognitione apodiſſæ, cum limitationibus, num. 31.

Declarationes factæ probant reſpectu interrogantis tantum, non reſp. alterius, num. 32.

Declarans cum aliqua ſcriptura in judicio , & extra ſe hæredem , ſibi præjudicat , in caſu, quo poſſit eſſe hæres, cum declaratione, & limitatione, num. 33.

Confeſſus de homicidio non poteſt condemnari, ſi conſtat eum, de quo eſt confeſſus, vivere, num. 34.

Procurator faciens declarationem non præjudicat principali, niſi habeat mandatum ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic declarandum, num. 35.

Hæres non cogitur reſpondere , an ſit hæres , durante tempore ad conficiendum inventarium . Sed cogitur reſpondere, an bona teneat, num. 36.

Interrogationes licet non fiant poſt conteſtatam litem, tamen mortuo principali convento , Actor poſt conteſtationem poteſt interrogare, an ſit filius, an ſit hæres, & ex quota parte, & citare pro tranſlatione Judicii in ipſos hæredes, num. 37.

Actionem in rem habens , agit contra poſſeſſorem , non contra hæredem , & ſi poſſeſſor dolo poſſidere deſinit, intentat actionem in factum contra hæredem, n. 38.

Actor ſicut tenetur declarare libellum obſcurum , & generalem , ita Reus cogitur declarare exceptionem obſcuram, & generalem, num. 39.

Actor turbatus debet declarare modum turbationis num. 40.

Reus non tenetur declarare exceptiones in Jure conſiſtentes, nec quando interrogatio continet crimen, vel turpitudinem reſpondentis , nec quando conſiſtit in mero animo ſuo , nec in eo , quod eſt impertinens ad cauſam, num. 41.

Creditor ad inſtantiam debitoris jurans , quam partem debiti recipit, tunc debitor an teneatur ſolvere reſtantem ſummam, num. 42.

Interrogatoria, quæ admittenda ſunt ante conteſtationem, ampliantur , ut quis cogatur declarare circa uſum Teſtium , vel ſcripturarum; item declarare tempus in caſu præſcriptionis, & ſimilis; item declarare , qua actione agere intendit , quando actiones ſunt incompatibiles, num. 43.

Actor cogitur in poſſeſſorio reſpondere , an poſſideat rem, & aſſignatur ratio, num. 44.

Debitor exhibendo Apocham originalem ſolutionis factæ, tenetur declarare , ſi ſolutio facta fuit creditori viventi , vel ejus hæredibus , & aſſignatur ratio , num. 45.

1 INterrogatoria olim fiebant ab Actore contra Reum , & ex ſola ipſa interrogati reſponſione actio interroganti dabatur, quaſi confeſſione ſua obligaretur , *l. ſi quis in jure l. de ætate §. 1. & §. qui interrogatus, & l. ultima ff. de interrog. action.*

2 Hæ interrogationes in deſuetudinem abierunt, ex rationibus adductis per *Menoch. caſ. 51. num. 6. de arbitr. Judic. lib. 2.* ubi *num. 6.* dicit , quod actio hodie non oritur ex ſola reſponſione adverſarii , ut olim , neque oritur , niſi præcedat obligatio , vel niſi a jure reali oriatur , aut a lege nominatim detur , *l. licet §. ea obligatio ff. de proc.*

3 Ideo hodie ſolummodo conceditur ante litem conteſtatam facultas interrogandi adverſarium, ſed non circa probationes , & cauſſæ merita , quæ negotium principale concernunt, ſed ſolum circa præparatoria Judicii , ut de adverſarii perſona certior reddatur, ne fruſtra actor contra eum actionem moveat , an adverſarius ſit hæres , an poſſideat , quia alteri difficile eſt probare ſuum adverſarium eſſe hæredem , vel bonorum poſſeſſorem , vel quia ante conteſtationem debet eſſe certus adverſarius , cum quo erit lis conteſtanda , & ſic hodie ſolum licet interrogare ad judicium certum , & legitimum conſtituendum , & interrogationes facere circa probationes concernentes præparatoria , non deciſionem cauſſæ.

4 Quo fit , ut adverſarius non teneatur reſpondere ſuper principali negotio , ſi formentur poſitiones per modum interrogatorii , & non per modum poſitionis; quia ut pars cogatur reſpondere ſuper facto principali eſt neceſſe , ut fiat poſitio , & non interrogatio; ad hoc ut deſiderans confeſſionem Partis ipſe prius fateatur poſita, ut inferius melius dicemus; Quæ poſitiones fieri non poſſunt ante conteſtationem, ita ex *Bald. Jaſon.*, & aliis concludit *Marant. in p. 6. memb. 7. num. 6.*

5 Nam actor, ut obtineat, requiruntur tria.

Primo , ut actionem habeat , qua experiri poſſit, & circa hoc primum requiſitum interrogatio illi non proderit , quia ex reſponſo Adverſarii non oritur actio.

Secundo , ut adferat probationes ad ſuam actionem juſtificandam , quas debet habere aliunde , & non ex interrogatione Adverſarii ; *l. fruſtra* 8. *C. de probat.* ibi : *fruſtra veremini , ne ab eo , qui lite pulſatur, probatio exigatur.*

Tertio , ut agat contra eum , qui vel debet , vel rem detinet , & hæc interrogatio permittitur hodie, ne fruſtra cum eo litem agat , & ante conteſtationem probet illum eſſe ſuum Adverſarium , ne eluſorium fiat judicium, *Menoch. ubi ſupra.*

6 Et dictæ interrogationes præparatoriæ fiunt implorato Judicis officio , & fieri poſſunt ante porrectionem libelli , *Marant. p. 6. membr. 7. num. 1.* ex *gloſ. in rub. ff. de inter. act.*

7 Ex hac ratione conceditur etiam interrogare ſuper titulo : ut quo titulo teneat , quando eſt cauſſa dandæ certæ actionis , ut late *Menoch. d. caſ. 51. num. 12. Aff. de jure protom. §. 2. num. 36. in fin. fol. 43. at.* ex *text. in l. 1. C. de alien. judic.*

8 Hinc vicinus prius quam præſentet libellum pro jure congrui, poteſt interrogare, ut novus poſſeſſor declaret , quo titulo rem conjunctam poſſideat, qui ſi dixerit titulo emptionis , iterum petet , ut declaret juxtum pretium , & poteſt cogere tam emptorem, quam venditorem ad declarandum, & his præambulis pendentibus non imputabitur vicino , qui depoſitum non fecit ; *Tiraqu. de retract. conſangu. §. 5. col. 1. & Benedel. in conſtit. ſancimus verſ. ſolveris num. 121. fol. 157. & fol. 372. Afflict. de Jur. protomiſ. §. 2. num. 36. fol. 43. ater.* Et ratio eſt , quod duæ ſunt quæ ex parte conventi cauſant actionem actori, ſcilicet quod Conventus ſit emptor, & poſſeſſor.

9 Hinc orta eſt praxis , ut Creditor ad petitionem

de-

Digitized by Google

debitoris conventi teneatur ante omnia declarare quantitates receptas a debitore, & quantum vere conſequi debet, ut conſtituatur Judicium certum, & legitimum, & ut debitor conventus reddatur certus de quantitate per creditorem prætenſa, qui creditor cogitur declarare ex *Tex.in l.plures* 18.*C.de fid. inſtrum.*ubi ſtatuitur licere invicem debitori ſolventi petere Apocham de recepto a creditore.

10 Et è contra licere creditori petere a debitore antapocham, qualiter ſolverit tot pro ann. locatione, vel pro alia annua præſtatione, ut habeat creditor ſecuritatem probandi annuam præſtationem, & ſic habeat probatam quaſi poſſeſſionem exigendi.

Et ex hoc *tex.*videtur fundatum de jure communi cogi creditorem ad declarandas quantitates receptas, & ſummam vere conſequendam; *Ludov. decif.Lucenſ.*35.*Poſtius reſol.*147.*Andreol.controv.*177. *lib.*2.*Molegu.altercat.*5.*num.*26.

11 Et de jure Regni facit *rit.M.C.V.*288.ubi ſtatuitur, quod hæres creditoris defuncti in liquidatione inſtrumenti via rit.primo & ante omnia debet exprimere pro quanta quantitate præſentat inſtrumentum, *& in rit.*168. ſtatuitur, quod debet jurare creditor, ſi aliquid recepit de ſumma in inſtrumento contenta.

12 Et debitor interrogatur, ſi illud inſtrumentum habet pro vero, *d. rit.*168. & ratio eſt. quia Judex non debet vexare partes pro eo, quod fuit ſolutum, & judicium eſſet eluſorium ſuper partem ſolutam.

13 Item quia actor tenetur declarare libellum ſuæ actionis obſcurum, vel generalem, ut reus ſit certus ſuper quo litigat, & Judex ſit certus ſuper quo judicare debet, maxime in Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta judicatur.

14 Adverte tamen, quod non licet interrogare debitorem an debeat, vel non? ut contra *Nevis. conſ.*5. *n.*29.& contra *gl. in l. ubicumque in* 2.*exemplo ff.de interrog.action.*concludit *Menoch. caſ.*51 *n.*11.

Quia hec interrogatio non concernit probationes circa conditionem Adverſarii, ſed concernit negotium principale, ut acquirat actionem, quam forſan non habet: vel ut juſtificet eam; quas probationes aliunde habere debet, & non poterit ex ore adverſarii extorquere, nam arma non ſunt ſumenda de domo Rei.

15 Et è contra creditor habens inſtrumentum pro ſe, jurare non tenetur, quod ſumma in eo contenta ſit debita; *Anich.de Prævent.Inſtrum.cap.*1. *qu.*4.*n.*154. *Petra rit.*169. *nu.*19. Dum de credito liquet per inſtrumentum, ceſſat juramentum, *c.* 2. *de probat. l. manifeſt. ff.de jur.Moleg.in Alterc.c.*4.*num.*18.

Publicum enim inſtrumentum dicitur probatio probata, *l.cum pactum C.de probat.*

Dummodo inſtrumentum valide, & recte perfectum ſit; *Petra* ubi ſupra ex *text. in l.* 4. *§. condemnatum ff.de re Judic. Gram.dec.*27.*nu.*4.

16 Interrogatoria itaque ad effectum fundandi intentionem actoris, quoad actionem movendam, & quoad ſubſtantialia illius Judicii hodie non admittuntur, ſed tantum illa, quæ circa præparatoria judicii verſantur. An Adverſarius poſſideat, quo titulo, an ſit hæres, & ſimilia reſpicientia perſonam Rei, non vero actionem, & intentionem, & ſic è contra circa concernentia perſonam actoris, & certitudinem ejus, quod petitur, ut reus deliberet, & ſic circa ea præparatoria, non circa deciſionem.

Hæc practica ſic interrogandi ſumpta eſt ex dictis *DD.in l.fin. ff.de rei vindicat.*ut dicit *Rov. in Prag.* 6.*de ordin.judic.num.*2. quæ Pragmatica eſt conforma cum *Rit. M.C.* 300. incipiente, *Item ſervat ipſa Curia hanc practicam.*

17 Et in Regno ultra *d.Ritum* 300. *M.C.V.* habemus duas *Pragmaticas.*; una incipit, *ſi reus exceptionet*, quæ eſt 6. *ſub tit.de ord. judicior.* in qua ſtatuitur, ut reus ad Inſtantiam actoris teneatur declarare, ſi hæres eſt, & ſi teneat, & poſſideat bona, quando realiter agitur, vel alias ſimiles interrogationes facere, & ſi hoc; declarare recuſaverit, decernitur haberi pro facta dicta declaratio, ut deterius erit ipſi contumaci, & proceditur in cauſſa ad ulteriora, *Rovit. in d.Pragm. Gallup.part.*2. *cap.*19. *num.*15.*Muſcat.in gl.hæreditaria part.*3.Vel a Judice datur Curator hæreditati jacenti, cum quo procedi poſſit, *Gallup.p.*1.*cap.*6. *num.*32. & nos late *in tit.de hæreditate jacente.*

Altera Pragmatica, incipit, *quinta die*, quæ eſt *octava de ordin.judicior.*, & loquitur de depoſitione facienda ſuper poſitionibus, vel articulis per verbum credo, & non credo.

Dicta *Prag.* 6. loquitur circa interrogatoria præparatoria judiciorum. At; dicta *Pragm.* 8. loquitur circa poſitiones ſpectantes ad deciſiones judiciorum, ſeu probationes, *Sanfel. ſect.*45.*n.*22.

Inter has Pragmaticas notantur tres differentiæ per *Muſcat.*, *ut infra in d.gl.in ſua addit.*

18 Prima, quia dictæ declarationes, an ſit hæres, an bona teneat, & omnes aliæ ſimiles declarationes, quæ expoſcuntur juxta dictam *Prag.* 6. *de ord. judic.*ad finem deliberandi, & præparandi judicium, ne fiat eluſorium, non poſſunt peti, nec fieri, niſi ante litis conteſtationem, & ſic ante terminum; *Capyc.deciſ.*97.*in fin. Urſill.ad Affl.dec.*7.*nu.*10. *Muſcat.*, *& Menoch. ubi ſup. Sanfel. ſect.*46. *num.*21. & habetur *in Pragm.* 7. *de ord.judic.*ibi: *Poſt prædictas reſponſiones*, &c. *Terminus ad probandum ipſo jure intelligitur ſtatutus.*

19 Reſponſiones vero ſuper poſitionibus, vel articulis juxta *Pragm.* 8. poſſunt peti, & fieri poſt conteſtationem uſque ad concluſionem, ut diximus in *titulo de poſitionibus*, & citati Authores ubi ſupra, & habetur ex ordine ipſarum Pragmaticarum, dum *Prag.* 6. mandat reſponderi interrogatoriis, & *Prag.* 7. mandat, ut poſt reſponſiones factas ſit ſtatutus Terminus probatorius, & *Prag.*8. mandat, ut poſt dilationem, ideſt poſt Terminum producantur poſitiones, ſive articuli.

„ Ne mente excidat, quod ſupra jam obſervavi-
„ mus, poſſe hodie peti ſuper poſitionibus depoſitio-
„ nem tam ante, quam poſt litem conteſtatam, nec
„ curſum judicii impediri, etiam ſi dicta depoſitio pe-
„ tatur ante terminum, ut clare diſponitur *§.*1.*num.*
„ 22.pluries adductæ *Conſtit.*

Et ſi interrogationes per partes fieri poſſunt, uſque ad litis conteſtationem. Poſt vero litem conteſtatam debent fieri poſitiones; *Urſil. ad Affl.dec.* 10.

20 Verum adverte, quod licet ſit parti præcluſa via petendi declarationem poſt Terminum, non eſt præcluſa Judici, ordine cujus fieri poſſunt quæcumque declarationes in quacumque parte judicii, tam ante, quam poſt; *l.ubicumque ff. de interrogat.action.Sanfel. ſect.*25.*num.*21.& ſic ad inſtigationem partis poteſt Judex quandocumque interrogare; *de Franch.dec.*263.*a num.*9.Addentes ibi, & maxime in Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur, & Judex ad ſuam inſtructionem facere poteſt omnes diligentias.

Secunda differentia eſt, quia declarationes juxta *Pragm.*6.ante Terminum fieri non poſſunt, niſi parte petente ex *d.Prag.*quicquid ſit aliter de jure communi; *Muſcat. d.gl. hæreditaria in fin.* Imo *num.*11. concludit, etiam de jure cõmuni non poſſe Judicem ex officio petere declarationes, ſed eas fieri Parte petente; cui concluſioni adverſantur dicta per nos ſupra, nempe quod Judici numquam præcluditur via, & ex officio poteſt interrogare.

Digitized by Google

21 Imo quod ſemper ſit in arbitrio Judicis, tam ad petitionem Partis, quam ex officio, an, & quando declarationes, vel interrogationes exigere, facit doctrina *Bart.in l.a.num.2. ff.de petit. hæredit. Muſcat.in d.gl.hæreditaria num.7.*

Et in Regno habemus conſtitutionem *Partes in judicio*, ubi expreſſe hoc deciditur, maxime quia in Regno proceditur ſola facti veritate inſpecta, *gl. in Clem. ſæpe, verbo interrogatio, de Luca ad Franch. deciſ.263.in fine.*

Nec obſtant Auctores ſupra allegati, & ſignanter *Capyc. deciſ. 97. in fin.* ubi fuit deciſum, quod faciat poſitiones, dum eſt conteſtata lis, & non teneatur reſpondere per modum interrogationis, quia dum eſt reſponſum in arbitrium Judicis, mirum non eſt, quod utroque modo practicari poſſit, ut bene advertit *de Franch. d.deciſ. 363. num. 12. in medio*: ibi: *Utraque opinio ſubſtineri poteſt, æquior tamen eſt, quod declarationes fiant, ut Partes ſciant ſuper quo litigent, vel ut Judex magis certam poſſit ferre ſententiam.*

Concluſio itaque erit, quod ubi interrogatio Adverſarii videretur neceſſaria pro certitudine ſententiæ, & ne eluſorium fiat judicium ob incertitudinem, vel obſcuritatem, tunc Judicis partes erunt pro interrogatione in quacumque parte judicii, alias ſe regulabit juxta *deciſ. Capyc.* ut ſupra dixi.

Concluditur ergo, non indiſtincte poſt litem conteſtatam fieri poſſe, ut concludit *Caravit. rit. 300. num.5. in fin. Petr. rit.339.num.5.* ubi, & fieri ante conteſtationem eſſe conſilium, & cautelam, ſed non neceſſitatem, ſecundum *gl. Aret. & Jaſonem a d. Caravita* citatos.

Sed tantum remittitur Judicis diſcretioni, & arbitrio tam ante, quam poſt conteſtationem jubere ea declarari, quæ dumtaxat ad ipſius Rei inſtantiam, & deliberationem neceſſaria videbuntur; & hæc concluſio procedit non ſolum de jure communi, ut dixit *Bart. in l.2.nu.2. ff.de petit.hæreditatis, & in l.defenſor ff.de inter. action. §. illud*: ibi: *ſi valde intereſſe comperorit, plenius reſpondere jubeat*, ſed etiam de jure Regni ex *Conſtit. Regni Partes in judicio*: ibi: *Prout juris ratio, & æquitas Judicem moverit*, ut perpulchre advertit *Muſcat. in p 3. gl. hæreditaria num.7.*, & etiam per *c. deteſtantes*, ut procedatur ſola facti veritate inſpecta.

Reſponſiones vero ſuper poſitionibus poſt Terminum ex *d. Pragm.* 8. Judex poterit ex officio eas exigere.

22 Tertia differentia eſt, quia ad illas interrogationes præparatorias judicii debet interrogatus reſpondere non per verbum *credo*, & *non credo*, ſed affirmative, vel negative, ſimpliciter *ſum*, vel *non ſum hæres; teneo*, vel *non teneo bona hæreditaria.*

23 Super poſitionibus vero interrogatus non tenetur reſpondere affirmative, vel negative ſimpliciter, ſed per verbum *credo*, vel *non credo*, ut late *Muſcatell. in gloſ. hæreditaria part. 3. in ſua addit.lit.A.per totam, & in gloſ. legatiores* ei poteſt reſpondere ſi vult, affirmando, vel negando.

24 Quartam adde differentiam, quia in his præparatoriis, quæ fiunt ante conteſtationem, an ſit hæres, an poſſideat, petitur reſponderi per modum interrogatorium, & interrogatus cogitur reſpondere ſimpliciter affirmando, vel negando, ut ſupra.

At poſitiones poſt conteſtationem non poſſunt fieri interrogative, neque per modum excipiendi, ſed poſitive, ſcilicet affirmando, quod talis res ſic ſe habet, alias interrogatus non tenetur reſpondere, & ratio aſſignatur per nos *in tit. de poſitionib.* ex *Poſtio. Marant.* & aliis.

25 Verum corollarie nota, quod idem operatur in judicio verbum credo, prolatum, ac verbum præciſum, ideſt affirmativum, *Gallup.in prælud. num. 23.* ex *Bald.in l.fin.C.de arbitr.judic.*

26 Corollarie etiam nota, quod tam actor ad inſtantiam rei, quam reus ad inſtantiam actoris tenetur declarare, *Sanfel. ſect.45. num.6. Capyc.dec.66. Muſcatell.gl.hæreditaria num.6.*

Ea ratione, ne actor, & reus ad imparia judicentur.

27 Hæres in petitione hæreditatis non tenetur deſignare ſpecifice in libello, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed ſufficit in genere ſi actor dicat eſſe hæredem, ſpecificatione illa omiſſa, quia petitio hæreditatis eſt in rem univerſalis; ergo in ea univerſalis petitio admittitur cauſa non expreſſa, ut notatur *in l.1. ff.de edend.* poſt *gl.magiſtr.ibi.* & opinio eſt *Bart.* communiter recepta *in l. 3. ff. de petit. hæredit. Oinot.inſtit. §.actionum lib.4. de action. & §. actionum tit.6.num.12. de petit. hæred. fol.714.*, neque actor tenetur libello exprimere, quo jure ſit hæres, an jure novo, vel veteri civili, vel prætorio, niſi interſit Rei conventi, ut quia ſtatutum, vel conſuetudo circa ſucceſſionem aliud diſponit contra jus commune.

Sed practicatur, quod actor ſemper tenetur declarare ad inſtantiam Rei conventi in burgenſaticis, ſecus vero in feudalibus, ut late teſtatur *Muſcatell. in gloſ.hæreditaria part.3.num.2.* ubi omnino vide.

28 Hæres an ſit ab inteſtato, vel teſtamento, cogitur declarare actor, ſi reus, vel Judex cupiant certificari de qualitate ſucceſſionis, per *tex. in l.ſi defenſor §.illud ff.de interrog.action. Oinot.ubi ſupra*, & ſi ante me fuiſſent mille ſucceſſores, ego qui ſum hæres ultimi, poſſum dicere me hæredem illius, & petere hæreditatem ipſius, ex regula, quod hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres, *l.fin.Cod.de hæred. inſtit.*

Poterit tamen Judex ad inſtantiam partis interrogare, ſi ejus intereſt, an ſit hæres mediate, vel immediate, & ſic an ex ſua perſona, vel per interpoſitam perſonam ſuccedere velit, ut eſt *tex. & ibi Bar.in l.ſi defenſor §. illud ff.de interrog. action.*, & *Jaſon hic n.189.Oinot.ubi ſupra n.5.*

29 Et reus primo debet interrogari in petitione hæreditatis, an poſſideat, quod ſi negat, amplius non eſt interrogandus, cum ſciat actor eum hac actione non teneri, convictus tamen de mendacio, privatur commodo poſſeſſionis, ſecundum *Bald. in Legi num.12.* per *gloſ.in l.fin. ff.de reivindic.*

Si vero reſpondeat ſe poſſidere, & deinceps interrogabitur, an poſſideat, ut hæres, & ſi reſpondet, quod ſic, ulterius non interrogatur, cum actor ſciat ſibi competere hanc actionem contra eum.

Si vero negat, iterum interrogari poteſt, qualiter poſſideat, & ſi non vult dicere ulterius, non debet interrogari.

Apparet enim tunc poſſidere pro poſſeſſore, ita ut actio noſtra contra eum locum habeat.

Si vero dicat ſe poſſidere juſto titulo, ulterius interrogetur, a quo habuerit titulum, ut ſciatur, an valeat, vel non, *Oinot.lib.4.de action. & §. action. tit.6. n.34.de petit. hæred. fol. 172. & Argel. ibid.nu.76. verſ.ex prædict. ſumas cautelam.*

30 Ubi nota, quod conventus petitione hæreditatis cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.

In cæteris ſecus, ex vulgata theorica in jure noſtro, poſſeſſorem non teneri oſtendere titulum poſſeſſionis ſuæ, *Legi 15.C.de petition.hæredit.ibi: cogi poſſeſſorem ab eo, qui expetit titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, incivile eſt, præter eum, qui dicere cogitur utrum pro poſſeſſore, an pro hærede poſſideat.*

31 Declaratio petita per actorem, ut fiat, an reus ſit hæ-

Digitized by Google

hæres, & bona hæreditaria poſſideat, vel aliæ ſimiles declarationes, & è contra per Reum adverſus actorem, ſi non fiat, interponitur decretum, ut habeatur ſacta prout deterius contra non declarantem, & ut utilius ad beneficium petentis, ut *Prag.6. de ord. judic. incip. ſi reus*, *Rov. ibi*, *& Gallup. par. 2. cap. 19. num. 15.* quæ Pragmatica conſona eſt diſpoſitioni juris canon., & juris civilis Roman. ut *in c. ſi poſt quæſitum de confeſſ. in 6.*, *& l. ſi filius, qui abſtinuit ſe ff. de interrogat. action.*, *& l. de ætate, qui tacuit ff. eodem, Motill. in grad. citat. num. 25.*

Et ita quoque, quando principalis non reſpondet ſuper poſitionibus, ut late diximus *tit. de poſitionib.* ubi ſunt differentiæ inter depoſitionem ſuper poſitionibus, & illam ſuper interrogationibus.

Tunc itaque habetur pro confeſſo, ſi ter citatus non fecerit petitam declarationem.

Quæ concluſio limitatur, quando principalis, vel Procurator examinandus eſt præſens in Judicio, quia tunc ſufficit unica citatio, & citatus abſque rationabili cauſa declarare recuſaverit, tunc abſque alia citatione fit decretum, quod habeatur pro confeſſo; & ita intelligendam eſſe dictam Pragmaticam voluit *Maſcat. in gl. hæreditaria p. 3. num. 8. ex tex. & Bart. in l. de ætate §. qui tacuit, ff. de interrogat. act. c. 1. de conf. ff.*

Et alligatur ratio, quia monitio Judicis in præſentem habet vim trinæ citationis, ut *in c. 1. de mut. petit. & ibi Abb. num. 5.*

Secundo limitatur, quoties principalis haberet juxtam cauſſam, vel impedimentum non faciendi dictam declarationem, ex allegatis, ubi ſupra.

Tertio, quando in tertia citatione non fuerit perſonaliter citatus, etiamſi in primis duabus citationibus fuiſſet perſonaliter citatus. ita *Caravit. rit. 220.*

Et idem ſervandum in citando debitorem apodixarium, & idem, quando citatur ad deponendum ſuper articulis, ſeu poſitionibus, ut tenet quoque *Maſcat. in gl. legaliores p. 1. a num. 16.*

Sed de hac tertia limitatione non' eſſet habenda ratio, maxime in Regno ex *Pragm. 2. de ord. judic. & conſtit. Regn. citationis litera*, quæ hoc non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus, nam ſimpliciter ſtatuunt in Regno fieri contumacem citatum domi, etiam ſi ad ejus notitiam non venerit citatio.

Et licet *Petra* videtur dubitare *in d. rit. 120.* quod ſaltem alterum ex tribus præceptis notificandum ſit de perſona.

Tamen *de Luca ad Franch. obſer. 502. num. 4.* relatis omnibus concludit ſufficere citationem domi iteratæ factam, prout ſufficit citatio bis domi facta pro excommunicatione infligenda, quæ majoris præjudicii eſt.

Et idem *de Franch. num. 2.* dicit, quod ſi occultatur debitor apodixarius, ſufficit domi.

Et idem *Motill.* concludit demum in practica non ſervari, dum inculcantur decreta.

Et idem *Petra* dicit de anno 1650. fuiſſe deciſum per Sacr. Conſ. dictam nullitatem non obſtare, & vide, quæ dico *in cap. 17. n. 31. de poſition.*

Debet itaque citari tribus citationibus, & in tertia citatione ad videndum proviſionem faciendam, quod habeatur pro confeſſo, prout deterius, & quarto facere dictum decretum confeſſi; *Maſcat. p. 3. gloſ. hæreditaria num. 10.*

Verum poterit in progreſſu Judicii contrarium probari, & ei ſuccurrendum eſt, teſte *Gizzarell. deciſ. 49. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99. num. 16. Motill. de grad. citat. num. 135.*

32 Iſtæ declarationes probant in judicio reſpectu interrogatoris tantum, ſed non probant reſpectu alterius; *Sanfel. ſect. 45. num. 3. & 19. ex l. fin. ff. de interrog. action.*

Et ratio aſſignatur, quia cum interrogante videtur, quaſi celebraſſe contractum, *l. de ætate §. qui interrogatus, ff. de interrog. action. Sanfel. ubi ſupra. Rovit. in d. Pragm. 6. de ord. judic. Gizzar. dec. 48. & Melo, & Mari ad d. Gizzarell.* ibi, qui *num. 8.* ſubjungit, quod nec ſibi præjudicat reſpectu ejuſdem actoris in diverſa cauſa.

33 Sed hoc intelligendum eſt cum grano ſalis, nam ſive in judicio, ſive extrajudicialiter in aliqua ſcriptura quis declaraſſet ſe ſimul cum Petro eſſe hæredem Caii; tunc ſi poſſet eſſe hæres, præjudicat ſibi talis confeſſio, non ſolum in judicio cum eodem Petro; verum etiam quoad alios, non vi confeſſionis, ſed aditionis, & ex quaſi contractu.

Si vero non poteſt eſſe hæres, puta, quia abſtinuit, vel repudiavit, tunc præjudicat ſibi reſpectu illius tantum, cum quo confeſſus eſt tam in uno, quam in alio judicio, inter eaſdem perſonas, quod deinceps agitaretur; *l. cum precum C. de lib. cauſ. de Franch. dec. 60. & 694. Rov. in Prag. 6. de ord. judic.* quæ incipit *ſi reus exceptiones ex gloſ. in d. l. fin. ff. de interrog. act.* facit etiam *tit. Res inter alios acta.*

Hæc omnia *Motill. de grad. citat. num. 36. Staib. reſol. 26. & reſol. 86.*

Quod limitatur hoc ultimum eſſe intelligendum, quando ex proceſſu non conſtat Judici, quod re vera ille, qui confeſſus eſt, non ſit hæres, quia in dubio ſtatur ejus confeſſioni, etiam ſi falſum reſponſum dederit, nam ſtatur contra ſe; *Sanfel. deciſ. 45. n. 7. ex l. de ætate §. 1. & 3. ff. de interrog. act. l. 4. ff. de confeſſis.*

Sed ubi ex actis conſtat, quod vere non ſit hæres, tunc etiam quoad interrogantem non habetur pro hærede, nec debet eum Judex condemnare, quia ſuprapoſita regula ſtatuitur, ut in dubio contra ſe habeat locum, dummodo Jus, & natura non repugnat, *d. l. 4. ff. de confeſſis*, *& l. confeſſionibus*, *& l. ſi is §. in totum ff. de interrog. act. Sanfel. loc. cit.*

34 Non enim condemnatur confeſſus de homicidio, ſi conſtat eum, de quo confeſſus eſt vivere. Ita *de Luca ad Franch. dec. 694. num. 4. Ruin. conſ. 3. vol. 2. & Bart. in l. abſentem ff. de pœnis, Staib. reſol. 26. num. 26. & reſol. 66. num. 27. & num. 31.* & hæc eſt limitatio *d. l. fin. ff. de interrog. action.* quæ procedit in eo, qui non poteſt eſſe hæres; ſcil. quando ſe abſtinuerit, vel quando repudiaverit hæreditatem, ac in judicio erat dubium, ſecus quando ex actis conſtat, *de Luca ad Franch. in fin. Staib. ubi ſupra.*

35 Procurator etiam ſi habeat ſpeciale mandatum ad faciendas quaſcumque declarationes. non præjudicat principali, ſi non habeat mandatum ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic declarandum, *l. ſed an, & ipſos ff. de confeſſis*, ubi *Bart.* & alii *DD. Sard. deciſ. 229. num. 28. Roſa conſult. 56. num. 14. De Luca ad Franch. deciſ. 529. nu. 30.* Ita etiam ſuper poſitionibus, & *Caravit. rit. 83. Urſill. dec. 147. n. 7.* & nos latius *in tit. de poſitionibus*, & *tit. de declaratione circa uſum.*

36 Nota, quod hæres durante tempore conficiendi inventarium, gaudet beneficio temporis ad deliberandum, & propterea non cogitur reſpondere, an ſit hæres.

Verum ſi interrogetur, an bona hæreditaria teneat, & poſſideat, quia convenitur, ut poſſeſſor, & non ut hæres, cogitur in hoc reſpondere, ut poſt *Caravit. rit. 300. in fin.* concludit *Maſcat. in d. gloſ. hæreditaria in addit.* quam practicam approbat *Sanfel. ſect. 45. nu. 20.*

37 Nota etiam, quod licet interrogationes prædictæ non poſſint fieri ad inſtantiam partis poſt litem conteſtatam, ut ſuperius dictum eſt, tamen mortuo principali convento poteſt actor interrogare poſt litem conteſtatam, ſi ſit filius, & an ſit hæres conventi, & ex quota parte, & eos citari ad videndum translationem ju-

judicii in ipſos, & deinde interponitur decretum; quod tranſlato judicio in ipſos hæredes, cum ipſis procedatur; *Caravit.r.234.num.6.* & ita ſervari teſtatur *Sanf.d.ſect.45.num.20.*

38 Et ſi ante litem conteſtatam moriatur Reus, & actio ſit in rem, tunc iterum fieri debet libellus novus contra novum poſſeſſorem, etiam quod poſſideat, & non ut hæres defuncti conveniatur, quia actio in rem non datur contra hæredem, ſed contra poſſeſſorem.

Et ſi ante conteſtationem poſſeſſor dolo malo fundum poſſidere deſinit, hæres cogi non poteſt ſuſcipere actionem, ſed ſi vis contra hæredem agere, debes intentare actionem in factum contra eum, per quam reſtituere tibi cogetur, quantum locupletior ex ea re factus fuerit, *Lcum autem fundi poſſeſſor 73. ff. de rei vendicat. Sanfel.ubi ſupra.*

39 Actor tenetur declarare libellum ſuæ actionis obſcurum, vel generalem, & hoc ratione ambiguitatis, & indefinitatis, ut Reus ſit certus ſuper quo litiget.

Et è contra poteſt Reus cogi declarare exceptionem obſcure, & generaliter oppoſitam ad tollendas ambiguitates. Ideo cauti Procuratores opponunt exceptionem ad jus tantum reſtrictum, puta carentiæ, & incompetentiæ actionis, vel factum aliter ſe habere, quia ſic, & ſic, alias ſi opponerent carentiam, & incompetentiam actionis, ſic generaliter, poſſent cogi ad declarandum, ut late *Rovit. in d.pragm.6. de ord. Judic. a num.7. de Luc. ad Franch. deciſ.263.num.1.* quia actor tenetur libellum clarum porrigere, & non obſcure, ut reus ſe defendere poſſit, & poſſit deliberare, & ita quoque claram exceptionem debet opponere Reus.

40 Hinc fit, quod ſi actor dixerit ſe turbatum in ſua poſſeſſione, & non expreſſerit modum turbationis, cogitur Reo opponente declarare modum turbationis, *Folkr.ad Marant. par.4.diſt.7.nu.35.* poſt *Afflict. in conſtit. dilationes ex Bart.in l.1. §.hoc interdictum ff.uti poſſidetis.*

41 Exceptiones vero in jure conſiſtentes non tenetur reus declarare, *Rovit.in d.Prag.6. de ord.judic.*

Nec cogitur reſpondere, quando interrogatio contineret crimen, vel turpitudinem reſpondentis, *Marant.par.6.membr.7.num.7.ex tex.in l.qui juraſſe §.ſi pater ff de Jur.jur.*

Nec tenetur reſpondere, quando interrogatur de eo, quod conſiſtit in mero animo ſuo non declarato facto, neque verbis, puta de propoſito in mente retento, *Marant.ubi ſupra num.14 ex Bald. & Paul. de Caſtro in l.potuit qu.9.C.de jure deliber.*

Neque tenetur reſpondere, in eo, quod eſt impertinens ad cauſſam, *Marant.ubi ſupra num.15.ex Gloſ. & DD. in cap. ſi poſt præſtitum de confeſſis lib.6.*

42 Dubium inſurgit, an creditor poſtquam juravit ad inſtantiam debitoris, ſummam vere conſequendam, & aliquam partem debiti recepit, videtur debitor tacite confiteri illud, quod Adverſarius juravit, & quod teneatur ad ſolutionem quantitatis, pro qua juratum fuit, *Text. eſt in l. non erit §.dato ff. de jur. jur.* ibi: *Dato jure jurando non aliud quæritur, quam an juratum ſit, remiſſa quæſtione an debeatur, quaſi ſatis probatum ſit jure jurando.*

Concordat *Tex.in l.generaliter §.juramento, C.eod.*

Tanta enim fides tribuitur juranti ſuper his, quæ controvertuntur, ut nihil ſit ulterius quærendum, *l.poſt rem judicatam, ff. de re judic. l. 1. C. de rebus creditis, c. ſi quis presbyterorum* juncta *gloſ. 2. p.4. Maſcard.de prob.concl.952.n.4.Cacher. dec.60.n.2.*

Nec admittuntur probationes, vel Articuli in contrarium, *Molegn. alter.5. num.10. ex Jaſon.in l.ſi duo Patroni §.idem Julianus il 2.num.6. ff.de jur.jurand. Faber in ſua C.de jur.jurand. defin.24.num.6. verſic. quamquam.*

Et ratio eſt, nam antequam deferatur juramentum litis deciſorium, probationes admittuntur, *Moleg.ubi ſupra.*

Poſt enim delatum, relaxandum eſt mandatum de exequendo, ne ejus exceptio juramento jam extincta denuo reviviſcat, *l.2. ff.de jur.jurand. & d.§.dato, Menoch.conſ.47. Burſat.conſ.285. in 3.* quia de conſenſu partium videtur judicium terminatum Juramento; *Molegn.ubi ſupra.*

Quia petens juramentum ab altera parte tenetur illi credere, cum non debuiſſet petere, ſi noluiſſet jurantis religioni acquieſcere, & propterea non admittitur probatio in contrarium in eo, ſuper quo juratum eſt ad inſtantiam partis, *Troyſ.ad Prag.2.de Bajulis num.4. per d.tex.in l.non erit.* Tale enim juramentum ad petitionem partis in judicio datum pro veritate habetur, *l.1. & 2. ff.de jur. jur. Bald.Caſtr.in l.3. ff.eod.*

Adeo hoc eſt verum, quod neque de perjurio poterit puniri, prætextu pejerationis, *l.1. & 2.C.de rebus credit. l. de perjur.C.de crim. ſtellionat. Boer. deciſ. 305.num.4.in fine, Ciar.in §.perjurium, num.12.Farinac.de falſit.qu.160.num.55. Fab.def.11. Ricc.p.3. reſol.247. Molegn.alter c.5.n.5.*

Licet, quod criminaliter puniri poſſit, teneat *Capol.in l ſi quis major C.de tranſact. Marant.p.6.actu 9.num.23. Ann.ſing.604.Caſtr remed.96.num.3.Iſern. in c.1.§.ſimiliter de conſ.rer.feud.* & declarat, puniri crim. quando ſcienter juravit, & juramentum alteri fuit nocivum.

Tamen non poſſe crim. puniri, tenet *Molegnan. altercat.5.num.25.Ricc.reſol.247.p.3.Boer.deciſ.304.n.4.in fine Clarus in §.perjurium num.12. Farin.de falſ. qu.160.num.55.*

Sed adverte, ne erres dictos DD. loqui de juramento litis deciſorio; Tu cogita.

43 Dicta regula de Interrogat. admittendis ampliatur, quod in Regno cogitur producens teſtes, vel ſcripturas reſpondere ad interrogationem partis, an uti velit, & ſic tenebitur facere declarationem circa uſum ad finem redarguendi de falſo, & Judex ad poſtulationem partis tenebitur interrogare, per *l. ubicumque de interrogat.act. Capyc.deciſ.67. nu.3.* & de hoc latius dicemus ſuo loco de declaratione circa uſum. ,, *ubi & quid ex nov.Conſtit.*

Tenetur etiam ad petitionem rei conventi declarare tempus ad effectum fundandi exceptionem præſcriptionis, vel ſimilis, & ita practicari in S.C. Neap. teſte *Urſill.ad Afflict. deciſ.250. num.7.* ex doctrina *Roman.conſ.191. & Scaccia in c.ſignificaſti de libelli ablat.in 4. fallent.* & aliis ibi citatis.

Cogitur etiam actor ad petitionem Rei conventi declarare, qua actione agere intendit, alias excludatur a limine judicii, *Joſeph Roſa conſult.23. Hodiern. controv.18.Virgil.de legat.perſon.c.28.num.24. Petra ritu 288. num. 250.* ubi ſic deciſum refert in cauſſa D.Sebaſtiani Aled.cum D. Auguſtino Eſſoda. Cum dictus D. Sebaſtianus petiiſſet declarare nullam quandam tranſactionem ex cauſſa fideicommiſſi, & ſimul inſtitiſſet pro executione contentorum in ipſa tranſactione impartiri Terminum ſuper omnibus hinc inde prætenſis, opponente D. Auguſtino, fuit prolatum Decretum die 23.Junii 1686. *quod ſuſpenſo decreto D. Sebaſtianus Aled. eligat Actionem, quam proſequi intendit in Judicio moto, & in gradu reclamationis fuit confirmatum.*

Quia dictæ actiones erant incompatibiles, & inter ſe contrariæ.

44 Cogitur etiam conventus in judicio poſſeſſorio per remedium *c. reintegr. qu. 3.* reſpondere interrogationi actoris, ſi vel ne poſſideat rem, & ſi reſpondens acceptat, quod ſic, ſibi præjudicat, licet poſtea

ve-

Digitized by Google

verus poſſeſſor ſit alius. Adeo quod dictus conventus debet condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis una cum expenſis, citra præjudicium jurium Domini deinde nominati, & veri poſſeſſoris; *Afflict. decis. 126. Menoch. rem. 14. recuper. num. 489. & ſeq.* & ego dixi *in cap. de except. nominat. in Dominum.*

Et ſi interrogatus negat poſſidere, & deinde convincatur, tunc in pœnam mendacii amittit poſſeſſionem, citra præjudicium proprietatis, *Afflict. dec. 18. Menoch. d. rem. 14. recuper. num. 289. & ſeq.* & ego dico *in d. cap. de except. nominat. in Dominum.*

45 Cogitur etiam debitor, qui dicit ſolviſſe exhibendo apocham originalem penes ſe exiſtentem, & ſibi fuiſſe reſtitutam a creditore, quod declaret, ſi ſolverit creditori viventi, vel ejus hæredibus, & factis binis præceptis, quod alias habeatur declaratio facta, prout deterius.

Fit præceptum, quod ſolvat, nihil obſtante præſumptione ſolutionis ob apocham penes debitorem, *ad text. in l. 2. §. 1. ff. de pactis, l. creditricem C. de remiſſ. pign. l. 3. ff. de liber. leg. Franch. dec. 361.*

Et hoc, quando eſt aliqua ſuſpicio, quod reſtituta ſit apocha clam in fraudem, & præjudicium creditoris, vel in fraudem creditorum ejus. *Petr. rit. 281. nu. 37. in fin.*

C A P. X.

De Juramento Calumniæ.

S U M M A R I U M.

Calumniæ juramentum tam Actor, quam Reus, antiquitus tenebantur præſtare uſque ad tempus Marantæ; ſed receſſit ab Aula tempore Caravit., & Muſcat. Nec amplius ſervatur, etiam ſi a parte petatur, & ratio aſſignatur, num. 1.

1 Antiquitus poſt litis conteſtationem, tam Actor, quam Reus tenebantur jurare de calumnia, ideſt Actor calumnioſe non agere, ſed juſta petere, & Reus calumnioſam dilationem, & exceptionem non opponere, quæ praxis de calumnia jurandi orta fuit ex *tex. in c. cum cauſſam in fin. de juramento calumniæ, c. dudum il ſecond. de electione*; Et tempore *Marantæ* erat in uſu.

Sed tempore *Caravit. & Muſcatell.* receſſit ab Aula, & propterea oppoſita dicta exceptione hodie nulla habetur de ea ratio, ut teſtatur *Motill. in ſua prax. de grad. citat. nu. 224. verſic. advertatur fol. mihi 32., & Tapia Jus Regni tit. de jurament. calumniæ in cap. ſi exceptio, & Rovit. in prag. 6. de ordine judicior.*

Et licet aliqui teneant, quod quando petatur a parte Judex concedere debeat, & ſi non præſtetur, proceſſus ſit nullus, ita *Novar. in pragm. 4. de ordin. judic. colum. 4.* poſt *Caravit. rit. 283. num. 3. 4. & 36.*

Tamen dicti Auctores refelluntur, & in Regno dictum juramentum tamquam ſolemnitas judiciaria, quæ non reſpicit ſubſtantiam, & veritatem negotii, intelligitur ſublata, per *cap. deteſtantes.*

Tum etiam, quia per *Conſtitutionem Regni, ſi exceptio*, eſt in Judicis arbitrio reiicere exceptiones malitioſe oppoſitas; ideo Judex poterit reiicere, etiam ſi pars petierit, ut late contra *Carav. & Novar.* concludit *Scopp. ad N col. fol. mihi 32. ſuper num. 56. in num. 30. & 40. & Afflict. ſuper dicta conſtitutione ſi exceptio*, maxime quia per *cap. deteſtantes* proviſum fuit Judicem reiicere poſſe exceptiones malitioſe oppoſitas, quæ ad cauſam pro totali ipſius veritate non faciunt. *Muſcatell. gloſ. contendere n. 18. p. 2.*

Sed vera ratio meo judicio fuit per Conſtitutionem Regni *Advocatos*, quia anno 1612. per Comitem de Lemos fuit edita Pragmatica, vulgo dicta delli 28. *capi*, quæ eſt 4. *de dilationibus*, ubi in ultimo capite ſancitur, v3.

E perchè gli Avvocati, e Procuratori ſi aſtenghino di lor calunnie, vogliamo, che i Dottori in mano del Vicecancelliero in tempo ſi dottoreranno, e i Procuratori in mano del Preſidente, quando ſi matricoleranno, debbiano dare il giuramento di non dare calunnie, nè dilazione.

Et proinde poſt dictam Conſtitutionem, & dictam Pragmaticam ſuperfluum videtur repetere juramentum calumniæ in quolibet judicio. Nota bene, quia non reperies apud alios hanc advertentiam.

Et licet adſit *pragm. 21. de off. S. R. C. fol. 1053.* in qua eſt inſertus tenor conſtitutionis Regni incip. *Advocatos*, & adſit *pragm. 80. eod. tit. de off. S. R. C. fol. 4084.* confirmantes, ut Advocati anno quolibet renovent juramentum, tamen jam diu non ſervatum eſt, nec ſervatur, ut notatum eſt in margine dictæ pragmaticæ, & teſtatur *Franc. de Petris conſil. 1. num. 37., & Conſtantius ſuper dicta pragm. 4. de dilation. num. 21. in fine*, & nos ſic videmus paſſim ſervari.

Et vide, quæ latius ego ipſe dico in *cap. de offic. Procur.*

C A P. XI.

De Litis Conteſtatione.

S U M M A R I U M.

Conteſtatio eſt principium judicii, nam quæ antea fiunt, ſunt præparatoria ad judicium, num. 1.

Conteſtatio litis quid ſit, & quando inducitur, & quid in Regno, num. 2.

Conteſtationis effectus quid ſit? num. 3.

Conteſtatio litis non eſt neceſſaria in Regno, ſed terminus ad probandum, habet vim conteſtationis, nu. 4.

In cauſſis ſummariiſſimis, vel magis ſummariis, in quibus non impartitur terminus, intelligitur facta conteſtatio, cum producuntur oppoſitiones Rei, nu. 5.

1 Conteſtatio eſt principium judicii, quia antea procedunt judicii præparatoria, ſive quæ proœmialia dicuntur ad litem incipiendam, nam ante conteſtationem non dicitur lis.

Poſt vero conteſtationem judicialia dicuntur, ut colligitur ex *l. Sempronio 33. §. ultimo ff. de uſu, & uſufruct. l. 3. §. Julian. ff. de liberis exhibend. Motill. de gradu term. num. 2. Doctores in l. properandum 2. C. de judic.*

2 Litis conteſtatio eſt principalis negotii apud competentem Judicem facta narratio, & ad ea ſecuta reſponſio, *c. 1. de litis conteſt. c. dudum il 2. de elect. c. prout de dolo, & contum. c. ad cauſam de juram. calumniæ, Ant. Barra cent. 1. obſ. 88. n. 5.*

Conteſtatio litis tunc inducitur, cum actor petit, reus autem negat, & licet alii dicant conteſtationem fieri etiam per confeſſionem Rei conventi, quod falſum eſt, quia certamen eſſe non poteſt, niſi inter duos diſſentientes. Tunc enim lis dicitur conteſtari, cum per litigantium oppoſitionem Judex in cauſſa cognoſcere cœperit, *l. 1. ubi DD. C. de litis conteſt. Canoniſtæ omnes in c. 1. eod.*

Et quando Reus confitetur, tunc non eſt cauſſa, nec lis, juxta illud *Ovidii lib. 2. de pont.*

Non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei.

Conteſtatio litis in Regno noſtro, ubi de plano proceditur, non requiritur, ut de jure communi requirebatur antiquitus, nam datio termini ad probandum hodie vicem conteſtationis ſuſtinet, *Sanfel. in prax. ſect. 46. num. 5. Muſcatell. gloſ. termini nu. 2.*

quia in Regno ſummarie proceditur, *Motill.de grad. term.num.*7.

3 Conteſtatio litis, quæ in Regno conſiſtit in datione termini plures producit effectus.

Primo, ut actio perpetuetur, & non præſcribatur; *text. in l. omnes* 26. *l. ſciendum* 18. *ff.de act. & oblig. l.unica C. ex delicto defuncti, l. ſicut C. de præſcript.*30.&c.

Secundus effectus eſt, ut uſuræ promiſſæ in contractu ſtricti juris, ubi certus dies non ſit appoſitus, non debeantur, niſi a die litis, *l.*1. *&* 4.*C.de uſuris.*

Tertius effectus eſt, ut poſt litem conteſtatam, dilationis exceptiones obiicere non licet, niſi incontinenti, ut diximus in *cap.de ter.& cap.dilatorias.*

Quartus eſt principium inſtantiæ, & litis, quia a conteſtatione incipit currere, & durat biennio in criminalibus, & triennio in civilibus, *l. properandum* 2.*C.de judic.* nam poſt notificatum terminum probatorium incipit currere inſtantia cauſæ, quæ nihil aliud ſonat, niſi ſpatium temporis, quo durat vita litis cœptæ; nam poſt biennium in crim. & trien. in civil. dicta inſtantia moritur, ſive perimit; ideo tunc datur perempta inſtantia, ideſt mortua, *Motill. de grad.ter.num.*8.

4 Conteſtatio litis in Regno non eſt neceſſaria, ut omnes DD. concluduint, ideo conceſſio termini ad probandum, habet vim litis conteſtationis, & quæ ante terminum ſiunt, aut incontinenti poſt terminum intimatum videntur fieri ante litis conteſtationem; *Carleval.lib.*1. *tit.*2. *diſp.*4. *num.*9. ubi multos allegat, dummodo non ſit ad citationem teſtium, & articulorum præſentationem proceſſum, ut diximus in exceptione de compromiſſo, & de exceptione declaratoria.

5 Et in cauſſis, quæ ſunt magis ſummariæ, in quibus non impartitur terminus, tunc intelligitur facta conteſtatio, quando incipit de meritis cauſſæ tractari, *Motill.de grad.term.num.*7. *&* 10.

Sive tunc lis conteſtatur in ſummariis, cum producuntur oppoſitiones rei adverſus executionem petitam per creditorem, & reus ſe executioni opponit, ut teſtatur *Carleval.tit.*3. *diſp.*4. *num.*31., ubi reiicit illos tenentes, quod ex ſola productione inſtrumenti liquidi fiat conteſtatio, quia vera concluſio eſt, quod requiratur citatio, & reſponſio, vel contumacia, ut dicatur conteſtata lis in executivis.

C A P. XII.

De Termino Probatorio.

S U M M A R I U M.

Terminus juris ad probandum incumbentia eſt dierum 20.*de jure Regni, ſecus de jure communi, & qua praxis ſervatur,*num.1.

*Terminus ſi petatur reduci ad terminum juris, quid agendum?*num.2.

*Termino elapſo, ſi neutra pars probaverit, quando non poteſt prorogari,*num.3.

*Termini omnes ſunt communes etiam adverſario non petenti, etiam in primo, & ſecundo beneficio, etiam in termino repulſa,*num.4.

*Terminus probatorius in Regno occupat locum conteſtationis, & quid in ſummariis,*num.5.

*Terminus an requiratur, ubi ſimplex juris articulus vertitur, & adducitur pulchra allegatio Domini Alexandri Aurificchi, qui in juriſprudentia, & morum probitate nemini eſt ſecundus,*num.6.

Terminus neceſſarius eſt, ubi cauſa conſiſtit in quæſtione facti, alias eſt nullitas, & alii diſtinguunt ſi partes acquieſcunt; vel ſi terminum non petant, & ratio aſſignatur, num.7.

Terminus petitus non poteſt a Judice denegari, alias eſt nullitas, niſi conſtet de veritate abſque Termino, n.8.

*Terminus, an poſſit impartiri manu Judicis neutra Parte petente,*num.9.

*Terminus reo opponente, an poſſit a Judice impartiri ad ſecundas dilationes,*num.10.

*Actus ordinarius non valet, niſi fiat per Partis inſtantiam,*num.11.

Pragmatica 7. *de ordine judiciorum non ſervatur, & reiicitur opinio Muſcatelli,*num.12.

Terminus ad probandum hodie per Judicem impartitur, & Parti notificatur, & opin. Muſcat. Prag. & Ritus M. C. non ſervatur in M.C.V. & quid ſervatur in Curiis Eccleſiaſticis, & in aliis Curiis Regni, nu.13.

*Terminus beneficiorum, & repulſarum, & nominationis Teſtium conceditur abſque alia clauſula,*nu.14.

*Procurator non poteſt renunciare termino probatorio, nec petere terminum non neceſſarium abſque ſpeciali mandato,*num.15.

Terminus non currit, niſi Judex declaret, quod currat, quando eſt oppoſita exceptio contra Terminum, rejecto Muſcatelli in gloſ. defendendum, & conciliantur opiniones, & defenditur Muſcatel. num.16.

Terminus non currit, ſi ſit petita depoſitio principalis. num.17.

*Depoſitio principalis quare offertur in calce Termini, & declarantur opiniones contrariæ,*num.18.

*Exceptio, quando reſervatur ad merita cauſæ, tunc alius terminus impartiendus eſt Reo ad ſe defendendum,*num.19.

*Terminus currit a die, quo fuit elargitus, in Curiis, ubi non ſit electio Examinatoris; ſed in S. C., & in aliis Curiis, ubi ſit electio Examinatoris, a dicto die electionis Examinatoris,*num.20.

*Dies Termini an, & quando computatur in Termino, de jure communi, & de jure Regni,*num.21.

*Termini, quando currunt de momento ad momentum, etiam in die feſtivo?*num.22.

*Terminus non debet prius incipere, quam quis poſſit adimplere,*num.23.

*Terminus infra dies tot, vel uſque ad diem talem, vel abſque ullo præpoſitione, quomodo intelligitur, & quomodo exemplificatur,*num.24.

*Terminus quando conceditur ad probandum, vel ad aliquid agendum, ſi appellatur, terminus currit in præjudicium Appellantis, cum conciliatione, & diſtinctione opinionum,*num.25.

*Terminus non currit pendente judicio nullitatis, quando fuit dictum de nullitate,*num.26.

*Cautela traditur ad evitandas contumacias, dum allegatur abſentia citati,*num.27.

Appellans a decreto termini nominationem facere non poteſt, ſi pendente appellatione lapſi ſint quinque dies ad nominandum conceſſi; & hoc quomodo intelligatur cum limitatione num.28.

*Terminus datus ad probandum pendente termino petito ad laudandum in Authorem,*num.29.

*Succumbens in exceptione oppoſita, ſuccumbit etiam in curſu termini ei dati,*num.30.

*Inventarii diſcuſſionis exceptio eſt modificativa, quæ impedit executionem decreti infra triginta dies, ſed terminus triginta dierum currit a primo decreto, ſi ſuccumbit in appellatione, reclamatione, & in integrum reſtitutione,*num.31.

*Dilatione pendente ipſo jure nullum eſt, quod pendente dilatione fit,*num.32.

*Sequeſtrum fieri non poteſt pendente termino, ideo cauti Judices apponunt clauſulam in decreto termini, ſalva proviſione facienda ſuper petito ſequeſtro in qualibet parte judicii, & hac clauſula ſervatur in cæteris,*num.33.

1 Ter-

Digitized by Google

1 TErminus juris ad probandum incumbentia regulariter eſt dierum viginti de Jure Regni, attenta *Pragm. 7. de ordin. judic.*, quæ incipit *poſt prædictas*; ibi: *terminus ipſo jure viginti dierum ad probandum ſtatutus intelligitur. Nec poſſit ſine juſta cauſa, vel ſine expreſſu ambarum partium voluntate prorogari.* Et cetera, quæ in *cit. Pragm.* ſequuntur.

Licet aliter ſit de jure communi, ut in *l. per intervallum* 69. *ff. de judic.* ibi: *per intervallum non minus decem dierum*, ſcilicet, debet eſſe dilatio, *eſt Judici arbitraria, l. 1. C. de dilat.*

Et per *Ritum M.C.V.* 69. ſtatuitur, ut detur terminus juxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam, ex *Petr. d. rit. 69. n. 2.* ideo praxis inolevit, ut ad Judicis arbitrium præfigatur, juxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam, *Caravit. ibid. nu. 4. Muſcat. gl. defendendum p. 5. num.* 8. Sed arbitrium iſtud ad ſummum excedere non poteſt tres menſes, ſi nominatio teſtium ſit in eadem Provincia, & novem menſes ultra marinam, ut diximus in capite de nominatione teſtium, & docet *Scop. ad Nicol. fol. mibi* 30. *n.* 140.

2 Terminus datus, ſi a parte petatur, ut reducatur ad terminum juris, qui eſt 20. dierum, ut ſupra, tenetur ad hoc Judex decretum interponere; etiam prolungando, prout Judici videbitur, & ita eſt intelligendus *Scaglion. in Rit. 306. in verb. Term.* penes *Nicol. fol. mibi 28. num. 47. ex Pragm. 7. de ord. jud.*

Et quod ſit arbitrium Judicis majorem, vel minorem dilationem concedere, ex *Ritu* 69. concludit *Conſil. de Roſa in prax. civil. cap. 6. diſtinct. 1. num. 10. fol. mibi* 248.

3 Terminus vero, ubi lapſus ſit, & neutra pars probaverit, non poterit actor ad terminum reintegrari, nec poteſt prorogari, alias Judex punitur pœna duarum unciarum, ut *Prag. 7. de ord. judic.*, dum terminus communis non niſi ſemel concedendus ſit in Regno, prorogatur tamen, quando ante lapſum proteſtatus ſit de brevitate, vel quando ex juſto impedimento non poſſit probare, late *Scop. ad Nicol. fol. 30. num. 170. Affl. in conſt. in pecuniariis num. 22. Gallup. p. 2. c. 18. num. 15. Metill. de grad. term. num. 6.* & prorogatio non debet eſſe latior primo termino, ſed brevior, *Petr. rit. 123. n. 35.* Terminus intelligitur communis utrique parti conceſſus, ut expreſſe diſponitur *in Ritu M.C.V.* 90.

Et ſi per Examinatorem, vel Magiſtrum actorum ſteterit, quominus teſtes intra terminum examinentur, debet Judex reſtituere terminum partibus culpa Examinatoris decurſum, & culpans punitur pœna arbitraria, *Prag. 10. de ord. judic. anni* 1477.

4 Ea eſt regula generalis, quod termini omnes ſint communes etiam Adverſario non petenti; *Rovit. in Prag. 7. de ordin. judic. num. 22. Caravit, & Petr. in d. Ritu 90. Scop. ad Nicol. fo. mibi 30. num.* 250.

Unde Terminus primi, & ſecundi beneficii perſonis privilegiatis conceſſus eſt communis adverſario, etiam non privilegiato, cum limitatione, ut dicimus *in cap. de primo & ſecundo beneficio.*

Terminus repulſæ adhuc eſt communis utrique parti, ut *in cap. de repulſa.*

5 Terminus probatorius, qui datur in Judicio poſt principalem petitionem, occupat locum conteſtationis litis in Regno, ubi non datur conteſtatio litis, quia in omnibus cauſſis ſummarie proceditur, per *c. deteſt. Pragm. 7. de ord. Jud.* quæ incipit *poſt prædictas*, & communiter omnes DD. & Practici, & in cauſſis, in quibus non impartitur terminus, lis intelligitur conteſtari tunc, cum incipit de meritis cauſſæ tractari. *Metill. de primo termino num. 7. & 10.* ut dixi in preced. *cap. de litis conteſtatione.*

6 Terminus an requiratur in cauſſa, ubi ſimplex juris articulus vertitur? Duæ fuerunt per DD. opiniones.

Prima opinio eſt, quod Terminus ad probandum ſemper eſt de ſubſtantialibus, & ſemper quod omittitur, proceſſus eſt nullus; *Muſcat. in l. 2. p. 3. gl. probandum num. 65. Innoc. in cap. cum veniſſet de teſtib. Reg. de Pont. conſ. 62. num. 7. lib. 2. Mut. dec. 99. num. 33. Capibl. in Pragm. 8. de Baron. num. 5. de Franch. deciſ. 221. & 226. in fin. Ann. ſing. 470.* qui refert fuiſſe datum terminum ſuper mero juris articulo, an legato feudo debeatur æſtimatio, & *Capyc. deciſ. 10. & Gratian. diſcept. for. cap. 536. num. 19.* tenent in articulo juris intricato, qui æquiparatur quæſtioni facti altiorem indaginem requirenti.

Secunda DD. opinio eſt, quod Terminus non requiritur in cauſſa, quæ conſiſtit in mero juris articulo, in quo ſcilicet non dubitatur circa factum, ſed ſolum articulus juris dubitatur, quia eſt intricatus, & hæc ſecunda opinio fundatur *Authen. ejuſdem Innoc. in c. cum inter ex Bald. in c. conſtitutum de elect.* cum cæteris adductis per *Ann. ſi. num ad ſingul. 470. De Marin. reſol. 66. num. 6.* ſubjungens *num.* 8. quod ex *rit.* 99. in Regno regulariter abſque termino expediri non poteſt cauſſa, niſi eſſet ſimplex juris articulus, & *Capyc. Galeat. lib. 2. contr. 44. num. 17.* & deciſum refert *Reg. Salernit. deciſ. 37.* & ita deciſum de anno 1640. refert *Sanfelic. tom. 1. deciſ.* 17. terminum fuiſſe denegatum, & ita denegatum anno 1641., & in fine dicit in hoc verſari arbitrium Judicis, idemque deciſum refert *de Franch. dec. 221. num. 12. & 262. circa finem, Rovit. in Pragm. 4. de ord. Judic. num. 9. & Pragm. 7. num. 12. Maſtrill. deciſ. 217. Ricc. collect. 2457. verſ. quod non procedit, Carleval. lib. 1. tit. 2. diſput. 5. num.* 15.

Per la Magnif. Caterina Roſella, con lo Magnif. Dottor Lionardo Ricci ſuo Marito, e Magn. Dottor Franceſco Ricci ſuo figliaſtro. Circa la ſupplica, che ſi ſpediſca la cauſa ſenza termine.

LA Magnif. Caterina Roſella ha preſentato ſupplica nel S.C. nella cauſa vertente col Dottor Franceſco Ricci ſuo Figliaſtro, affine di procederſi alla deciſione, ſenza termine, ſtantechè detta cauſa conſiſte in articolo legale ſolamente, ſecondo in ſimili caſi è ſtato ſempre praticato in eſſo S.C. ed altri Tribunali di queſto Regno.

La ragione di tal pratica ci viene avviſata da *Sanfelic. dec. 17. num. 2.* ivi: *Quia quando illud, quod in judicio deducitur, ſunt jura, quæ conſtare poſſunt ſine probationibus facti, tunc ne partes fatigentur laboribus, & expenſis, ſtatim de illo judicandum eſt, cum jura ſint nota, & liceat ſupplere de jure, hanc rationem affert Innoc. in cap. cum inter de elect. & idem fundat Reg. Galeot. lib. 2. controv. 44. n. 17.*

Queſte ſono parole del detto *Reg. Sanfel. d. deciſ.* 17. dove atteſta ſenza termine eſſerſi proceduto alla ſpedizione della cauſa tra l'Ill. Conte di Converſano, e Monte de' Caraccioli.

E nella cauſa del Fiſco con li Cittadini di Sorrento, che avendo oppoſta l'eccezione della Prammatica *edita Thori*, volevano, ſi procedeſſe con termine, ma fu denegato.

E per lo Patrone della giuriſdizione Civile, nella prelazione della Criminale, che ſi vendeva, fu deciſo, ſenza termine doverſi procedere alla ſpedizione della cauſa, *Sanfel. d. dec.* 17.

E l'Univerſità di Caccahono fu ammeſſa alla prelazione dell'affitto ſenza termine, *Petr. rit. 69. n.* 15.

Dello ſteſſo modo ſenza termine deve eſſere ammeſſo alla prelazione delle ragioni cedute da Coſtantinopoli ſopra le caſe, ch'eſſa Caterina poſſiede, come erede, e creditrice graduata, e diſcuſſa, giacchè queſto, che ſi deduce, è articolo legale, che non ha biſogno di altra pruova, ſe non che lo ſteſſo ſtru-

mento, nel quale fonda la pretenſione il Figliaſtro, ed in quello ſteſſo ſi fonda la coſtituzione Anaſtaſiana.

Così parimente dallo ſteſſo ſtrumento di tranſazione naſce l'articolo legale, ſenza biſogno di altra pruova, che li Signori Governadori di Coſtantinopoli non ebbero altro animo, ſe non che di traſferire le loro ragioni a beneficio di detta mag. Caterina, con chi verteva la lite, mediante la tranſazione fatta ſopra dette liti.

Onde non incumbe ad eſſa Caterina di provare per fatto, che la tranſazione ſia fatta dal marito, e figliaſtro, ſopra la lite vertente tra detta Caterina, e detto Collegio di Coſtantinopoli, mentre le ſteſſe Parti contraenti han detto contratto fondato, per evitare la lite, che verteva tra detta Caterina, e Coſtantinopoli, e ſi vede fatta la nota de' crediti litigioſi.

Così parimente gli altri due articoli legali, rappreſentati nella Nota ſtampata, che ſiccome il Prelato non può acquiſtare ceſſione contro la ſua Chieſa, nè il Tutore, o Curatore contro il ſuo minore, così il Marito, Figliaſtro, che tenevano ſotto di ſe il patrocinio, ed amminiſtrazione di detta Caterina, e di detta lite, non potevano acquiſtare detta ceſſione contro eſſa Caterina, o acquiſtata, *tenentur actione mandati*, di traſferirla.

Queſti quattro motivi riportati nella Nota ſtampata, ſono tutti, e quattro puri articoli legali, che non hanno biſogno di termine a provare coſa alcuna di fatto.

E 'l *Reggente de Marinis lib.1.reſol.66.n.6.* parlando, che dove non neceſſitano pruove di fatto, deveſi la cauſa ſpedire ſenza termine, avvertiſce le parole del *teſto in cap. ſæpe de appell.* ibi: *Cum frequenter juris quæſtio moveatur, cujus apud nos probationes neceſſaria in contrarium non exiſtunt.*

E qual pruova può ſtimarſi neceſſaria per decidere ogn'uno di queſti quattro articoli, motivati a beneficio di detta magnifica Caterina, giacchè *habemus inſtrumentum, ex ventre quorum venit ſolum decidendus articulus legalis, per jura, quæ ſunt nota Dominis Judicantibus.*

Tanto più, che nel noſtro Regno ogni cauſa ſi può decidere ſenza termine, quando però *in actis*, coſta la verità, e non vi è fatto dubbioſo, per lo *cap. deteſtantes*, ibi: *Dummodo alias debito modo ſuper negotio liqueat de pura ſubſtantia veritatis*, così conchiude *de Mar. ad Revert. dec. 283. nu. 2.* dopo *Afflitto dec. 283. num. 5. verſ. de illa nullitate.*

Se dunque *debito modo ſuper negotio liquet de pura ſubſtantia veritatis*, non ſi deve trattenere la ſpedizione della cauſa in dare termine probatorio, *ne partes fatigentur diutius laboribus, & expenſis.*

Maggiormente, che il S. C. ave maggior preeminenza d'ogni altro Tribunale nel Regno, e con la ſua ſolita equità, *& tamquam Pater*, ſuole pigliare gli eſpedienti di breviare le liti; tanto più, che queſta è lite tra Moglie, e Marito; tra Padre, e Figlio, ſi ſupplica perciò la pietà d'eſſi Signori Supremi Giudicanti a terminar queſto litigio, che ha durato ormai due anni; con procedere alla ſpedizione ſenza termine,

Napoli 16. Gennajo 1712.

Aleſſandro Aurificchio.

7 Terminus autem, ubi ſimplex juris articulus non eſt, ſed cauſſa conſiſtit in quæſtione facti, quia facta ſunt probanda, tunc indiſtincte conceſſio termini ad probandum eſt de jure communi neceſſaria, adeo ut ejus omiſſio ſententiam nullam faciat, *Affl. in conſt. Regni cauſas alias n.8. & dec.283.*

Et ſic eſſe etiam de jure Regni per *rit. M. C. V. 69.* concludit *Reg. de Marin. lib.1. reſol.65. nu.8.* ubi concludit, quod in Regno per dictum *rit.69.* cauſſæ non expediuntur abſque termino, niſi eſſet articulus juris.

Alii in Regno diſtinguunt, quod ſi partes inſtant terminum impartiri, Judex non poterit cauſſam expedire abſque termino, ſed tunc omnino concedi debet, alioquin omnia acta ſubſequentia nulla forent.

At ubi partes acquieſcunt, & patiuntur cauſſam expediri, Termino unquam non petito, tunc ſine Termino proceſſus procul dubio valet, quia parti imputandum eſt, quæ non petiit Terminum; & tacite cenſetur illi renunciaſſe.

Termino enim probatorio partes poſſunt tacite, & expreſſe renunciare, & etiam per Procuratorem, cum ſpeciali tamen mandato, ita diſtinguit *de Marin. tom.1. d. reſol.65. num. ſupra citato, & rit.69. Carav. ibidem, & Petra in d. rit. num.22.* nam abſque ſpeciali mandato Procurator non poteſt prorogare Juriſdictionem, & conſequenter non poteſt renunciare termino, quia renunciatio termini eſt prorogatio juriſdictionis, *De Marin. loc. cit.*

Et ratio eſt, nam licet facta ſint probanda, tamen non eſt de ſubſtantia judicii, ut probatio fiat prævia datione Termini ad probandum, quia abſque termino impartito teſtes recipi poſſunt, citata tamen parte adverſa ad videndum illorum juramenta, & actus Termini licet ſit de ſolemnitate ſubſtantialis, talis tamen ſolemnitas obolevit, teſte *Rovit. in Pragm. 7. de ord. Judic.* relata a *Scop. ad Nicol. fol. mihi 28. num. 46. lit. Q. & a Motill. in fin. num. 4.*

Et ego addo aliam rationem, nam in Regno proceditur ſola facti veritate inſpecta, propterea non erit curandum, quod Terminus non ſit impartitus, quando debito modo de veritate conſtet ex partium aſſertionibus, & probationibus, cum Terminus ad alium finem non deſideratur, & inventus fuit, niſi ad finem litis breviandæ.

Hanc diſtinctionem comprobat *Motill. in praxi civili de gradu termini num.4.* qui advertit eſſe cavendum a Coda non ſic diſtinguente in compendio Judicii ordinarii *cap. 4. in quaſt.* incipiente, *Dum cauſſa*, qui allegat *Capyc. deciſ.4. Sanfel. in prax. fol. 40. num.6. Affl. deciſ.283. num.4. & in conſtitutione Pacis cultum* poſt *num.46. & in conſt. cauſſas nu.8. de Franch. deciſ.223. nu.12. in fin.* hanc diſtinctionem comprobat etiam de jure communi, *Caſtrenſ. in l.1. C. de dilat.* per eum *Text.* ibi: *ſpatium poſtulatum dari conveniat, Rovit. Pragm.7. num.4. de ord. Jud. Riccius collect.2457. De Ponte conſ.59. lib.1. nu.1. Capyc. Latr. dec.189. n.2. lib.1. Viſcon. conc. Jur. verb. Terminus ſi eſt petitus*, quos ſequitur *Scop. ad Nicol. fol. mihi 28. ſuper num.46.*

8 Terminus itaque ubi fuerit petitus, & a Judice denegatus, non ſolum acta ſequentia, & ſententia erunt nulla, ut ſupra concluſum eſt, ſed a dicta denegatione Termini poteſt appellari; *Benintend. deciſ.4.* penes *Ricc. part.4. deciſ.51.*

Et ubi Terminus non fuit impartitus, intantum erit validus Proceſſus, & ſententia, inquantum fuerint factæ probationes, quæ fieri poſſunt abſque Termino, alias Judex non poterit cauſſam expedire ſine Termino, & ſine probationibus, quia omnia acta eſſent nulla, ut late *Muſcatell. in part.3. gl. probandum num.66. lib.2.*

9 Terminus probatorius, an poſſit impartiri motu Judicis, neutra parte petente, repugnantes ſententiæ reperiuntur.

Prima affirmativa eſt, ex *Bart. in l.1. C. de dilat. Capyc. deciſ.83. Ricc. collect.1207. Motill. in grad. termini nu.5.* ex doctrina *Bald.* in mente tenenda poſt *gloſ. in cap. licet cauſſam nu.14. verſ. unio ad apparatum extr. de probat. Scop. ad Nicol. fol.28. ſuper num.46.*

ex

Digitized by Google

ex *Prat. in addit. ad Muſcat.* & ex *dict. Muſcat. in gl. defendendum ſuper num.* 6. licet potius contrarium concludit *Muſcat.* ut dicemus inferius.

Secunda eſt negativa, nam probatoria dilatio neceſſe facienda eſt, vel præſente, vel citata parte, *l. fin. ff. de feriis Ricc. p. 4. deciſ. 289. num. 16. ex Bart. in d. l.* 1., ubi hoc adnotavit, quod ſimiles dilationes ſine cognitione cauſſæ non dantur, & peti debent.

Et de jure Regni eſt *rit. M.C.V.* 158. per quem ſtatuitur, ut commiſſio audientiæ teſtium, publicatio, concluſio, & alii actus fiant ex partium conſenſu, quibus diſcordantibus, curia provideat, ut juris.

Terminus itaque probatorius in cauſa non datur ex officio, ſed ad Partis inſtantiam, & eſt communis opinio, ut refert *Borr. dec. 234.* penes *Muſcat. in gl. defendendum p. 5. in ſua addit. lit. B.* & ratio eſt, quia dare terminum eſt mere officium mercenarium, quod non datur, niſi petenti, ut per *DD. in l. imperium ff. de juriſd. omn. judic. Muſcat. in d. Gloſ. defendendum num. 6.*

10 Ubi limitat in caſu, quo reus oppugnaret non procedi ad ulteriora propter exceptiones oppoſitas, prætendens eas ſubſiſtere, & non fuiſſe adimpletas, nam tunc Judex ſi ei videbitur, etiam actore non inſtante pro termino, poterit ex ſuo motu ipſum ſtatuere ad reſecandas calumnioſas dilationes.

Cæterum ſi nulla ſit inter Partes altercatio, & nec reus, nec actor inſteterit pro termino, tunc non debet impartiri terminus, niſi petatur, & ita concludit *Muſcat.* unde falſe fuit allegatus *Scop.* pro ſententia affirmativa, ut ſupra.

11 Imo omnis actus ordinarius non valet, niſi fiat ad partis inſtantiam, diximus *in cap. de citat.*, & habetur in *d. Rit.* 258.

12 Sed ego non recedo a prima opinione, ponderatis verbis *d. Rit.* 69. per quem ſtatuitur in Regno, ut in primis detur terminus; itaque ex officio impartiri poterit, neutra Parte petente, maxime quia licet *Prag. 7. de ordin. judic.* hodie non ſervetur, tamen viget, quia omnia jura Regni noſtri tendunt ad celerem cauſſarum expeditionem, & per *d. Pragm.* fuit ordinatum, ut ipſo jure terminus intelligatur datus, & prima opinio ſervatur in Regno, rejecto *Muſcat.* hac tamen diſtinctione, quod

Terminus ad probandum incumbentia ipſo jure intelligebatur datus utrique Parti antiquitus per *Prag. 7. de ord. judic.*, quæ incipit, *poſt prædictas*.

Hodie tamen non ipſo jure elargitus intelligitur, ſed oportet, ut per Judicem concedatur, juxta *Ritum M.C.V.* 79. incipientem: *In primis detur terminus*; ita deciſum in Supremo Collaterali Conſilio, refert *Ricc. collect. 2457. verſ. Nota tamen.*

Et vide *Conſil. Pratum lib. 3. diſcept. for. nu.* 10. ubi concludit omiſſionem termini, tamquam actus ſubſtantialis, vitiare proceſſum, dum vim habet conteſtationis litis in Regno.

13 Terminus itaque ad probandum hodie non ſolum eſt per Judicem impartiendus, ſed Parti notificandus, ut elicitur ex *d. Rit.*, & notat *Novar. dec. 190. & Petr. d. rit. 6. num. 2.* quos ſequitur, & citat *Scopp. ad Nicol. fol. 30. num. 270.*

Et opinio *Muſcat.*, quod terminus non debet ex officio dari, ſed ad inſtantiam petentis poterit habere locum in Curiis Eccleſiaſticis, ubi nec *pragm.* nec *Ritus M.C.V.* ſervatur.

Nota demum, quod notoria praxis eſt in M. C. V. ut abſque inſtantia Partis, fiat decretum termini, juxta tradita per *Motill. de grad. term. num. 4.*

Sed in S.C., in Regia Camera Summariæ fit prius monitio ad publicandum, & ſic quoque ad concludendum, & deinde, ſi nihil opponitur, fit decretum Publicationis, & concluſionis, & in aliis Curiis Regni, pars petit terminum, & in calce petitionis fit, *intimetur Parti*, & elapſo biduo, ſi nil a citato opponitur, fit decretum publicationis, & ſic ſervatur etiam in actu concluſionis.

Quid ſervandum ex *nov. Conſtit.* inferius ſuo loco indicabimus.

14 Terminus beneficiorum, & repulſarum, & nominationis teſtium non conceditur, cum clauſula ſi ea indigeat, vel cum aliqua alia clauſula, *Pragm. 62. de off. S.R.C.*

15 Termino probatorio renunciare non poteſt Procurator abſque mandato ſpeciali, & propterea dicta renunciatione non obſtante, poteſt opponi exceptio compromiſſi, & omnis alia exceptio dilatoria, *de Marin. lib. 1. reſp. 66. n. 6. Scop. ad Nicol. fol. mihi 30. n. 280.*

Neque terminum non neceſſarium petere poteſt Procurator, ut deciſum refert *Scop. ad Gratian. obſer. 79. num. 9.*

16 Termino conceſſo ad probandas aliquas exceptiones, ſi actor ſe opponat, dicendo non debere admitti tanquam frivolas, non currit dictus terminus, niſi prius Judex declaret eſſe admittendas, *Loffred. conſ. 12. num. 35. Capyc. deciſ. 83. num. 3.* penes *Gallup. part. 2. c. 5. num. 13.* ubi ampliat ad omnem terminum, *& Dominus Maradei ibid.*

Et niſi interponatur denuo decretum, quod terminus alias datus currat ab hodie, vel a tali die, vel a die conſignationis citationis ad teſtes; *Scop. ad Nicol. fol. mihi 30. n. 230.* ubi reiicit *Muſcat. in gloſ. defendendum p. 5. num. 12.* volentem non requiri decretum, niſi poſt eliſam oppoſitionem, adhuc pars pugnaret, ne dilatio curraret; nam practicatur indiſtincte, ut poſt oppoſitionem eliſam interponatur decretum, ut currat a tali die, alias non currit, idem *Scopp. fol. 30. Caravit., & Petr. rit. 69. num. 10. Sanfel. fol. 47. ſub nu. 8. D. Altim. ad Rovit. dec. 18. nu. 9.* & ſic deciſum refert *Thor. in 1. p. compend. verb. Terminus, Ric. collect. 2457.*

Sed dictæ contrariæ opiniones poſſunt conciliari, quod verum ſit, ut indiſtincte practicetur interponi Judicis decretum, quod terminus alias datur currat ab hodie, & per hujuſmodi decretum tolluntur jurgia, tamen vera eſt etiam *Muſcatell. Practica*, ut poſt eliſam oppoſitionem, abſque decreto Iudicis, quod terminus currat, validum ſit teſtium examen, & ita intelligendus eſt *Muſcat.* qui non meretur reprehendi, dum bene dixit, & ejus dictum eſt clarum, & in praxi amplectendum ad evitandas nullitates examinis.

17 Item ſi ſit petita depoſitio principalis; tunc neque currit terminus, donec adverſarius offerat deponere, & donec Iudex interloquatur, quod terminus currat a tali die in antea; *Caravit. rit. 69. num. 5. in fin. Muſcatell. part. 5. gloſ. defendendum num. 10. & 12. Nicolin. fol. 50. num. 6.*

18 Ideo ad hanc dilationem vitandam actor in calce termini ſtatim offerat ſuam depoſitionem, antequam a reo petatur, & antequam notificetur terminus una cum dicta oblatione deponendi, & ſic terminus currit, quia tunc adverſarius non poteſt dicere, peto, ſed dicere accepto oblatam depoſitionem.

Regula enim eſt, quod nullus terminus currit, donec diſputetur de eo, quod expedit, unde ſi pendente obſtaculo proceditur ad ulteriora, parte reluctante, ſi deinde tollitur obſtaculum, iſta interim facta non ſunt valida, & hoc eſſe mente tenendum dicit *Motil. in grad. term. num. 12.*, quia ſæpe accidit; & allegat *Felin. conſ. 2. num. 4.*

Et hic adverte, quod eſt cavendum *a Gizz. ad Capyc. Latr. obſer. 86. Sarn.* & aliis, *Gallup. p. 2. cap. 19. Rovit. in Pragm. 8. de ord. judic. Thor. tom. 2. verbo depoſitio principalis, & verbo expenſis num. 1.*

Qui inquiunt depoſitionem eſſe offerendam in calce

te termini, licet non petatur, alias non currere terminum, nam veritas eſt in contrarium; quando depoſitio non petitur ab adverſario, tunc terminus currit, licet non offeratur, ut ſupra dictum eſt & ideo ad tollendum impedimentum, quod poterit oriri, ſi petatur a reo, debet offerri, antequam petatur, & ſic non impeditur curſus, ita *Morill. de grad. term. n.15. fol. mihi 33.* quem laudat *D. Scop. ad Sarn. fol.4. n.34. & Dominus Murad. ad Gallup. p.2. cap.19.*

Nam quando actor non offert, antequam petatur; ſi deinde ſit petita depoſitio, licet offeratur, tunc non currit terminus, niſi interloquatur, quod terminus datus currit a tali die; *Nicol. fol. mihi 50. n.99. Carav. rit.69. num.5. in fin.* juncto *Muſcatell. par.6. Gloſ. defendendum num.10.*

Et demum adverte, quod ubi fuerint præſentatæ poſitiones, non ſufficit, quod ſit oblata depoſitio, ſed terminus tunc non currit, niſi deponatur ſuper poſitionibus, & depoſitionem videat ponens, ut ſciat ſi, vel ne ſit ab onere probationis relevatus, quibus peractis, currit terminus, & non prius; *de Franch. dec. 326. n.6.* & nos *in tit. de poſit.*, ubi te remitto, etenim quæ erant ex *nov. Conſtit.* obſervanda illuc leguntur.

19 At ſi providetur, quod exceptio oppoſita reſervetur ad merita cauſæ, tunc alius terminus impartiendus eſt reo ad ſe defendendum; ita deciſum refert *Thor. in 3. p. compend. verb. terminus fol.324. column.4.* quem ſequitur *Altimar. ad Rovit. dec.18. num.9.*

20 Electione Examinatoris non facta, terminus datus ad probandum non currit, niſi a die electionis examinatoris Parti notificatæ; *Prat. ad Muſcatel. gloſ. juramo. in princ. Morill. in gradu elect. examinat n.4. & 5.*

Quod intelligendum in Sac. Conſ., & quando in aliis Curiis inferioribus Judex, vel Partes velint ob aliquam cauſam committere examen recipiendum per Actuarium, vel Scribam, aut alium; cum regulariter in dictis Curiis inferioribus non ſit dicta Examinatoris electio, ſed coram Judice recipiuntur teſtes; ſed quando electio ſit, ut ſupra, tunc ſimiliter currit terminus a die electionis, & a die, quo parti conſignatur commiſſio, de qua re vide, quæ diximus in nominatione ſimplici intra Regnum *cap.15.*

At ſi non committitur examen, tunc currit terminus a die, quo fuit conſignata citatio pro examinandis teſtibus, & ita ſervatur.

21 Terminus ubi infra tot dies aſſignatur, quæritur a quo die incipit currere, an ſcilicet dies termini computetur in ipſo termino.

De iure communi varia dixerunt DD. cum variis diſtinctionibus.

Et de iure Regni quoque reperiuntur duæ Conſtitutiones invicem contrariæ, nempe *Conſtitutio*, quæ incipit *Dilationes in judiciis*; ubi *gloſ. in verbo Tridie*, in qua habetur, quod dies termini non computatur in termino.

Altera *Conſtitutio*, quæ incipit *In civilibus cauſis*, ubi *Affl. in 5. notab.* notat, quod terminus dictæ Conſtitutionis eſt expreſſus, quod dies termini computetur in termino; Et *Iſernia* dicit per hanc Conſtitutionem novam fuiſſe correctam illam, quæ incipit *dilationes*. Imo *Afflict. num. 8.* increpat, quod dicta *Conſtitutio* eſt contra Procuratores ignorantes, qui dicunt, quod dies termini non computatur in termino.

At quicquid ſit de jure communi, & de jure Conſtitutionis, ſervatur in omnibus Curiis Regni *Ritus M.C.V. 110., & 123.*, ubi ſtatuitur, quod dies, quo fuit intimata citatio, & ſic notificatus terminus, non computetur in termino.

Quod hodie ſervatur, omiſſis tot diſtinctionibus de jure communi non ſolum in citationibus, de quibus loquitur Ritus prædictus, ſed etiam in quibuſcumque decretis, & proviſionibus, quæ per Curiam aſſignando terminum expediuntur, & etiam in termino præfixo per ſtatutum, ut concludit *Caravit. in d. Rit.116. Morill. de grad. citat. n.22., & n.234. in fine*, & ita videmus in viridi obſervantia per omnes Curias Regni laicas, & Eccleſiaſticas practicari.

Et licet *Troutacinq. lib.2. var. reſol. tit. de dilat. cap.1. ſub nu.3.*, & alii, quos citat, & ſequitur *D. Conſ. Petr. d. rit.119.* diſſentiant a *Carav.*, quod obſervantia prædicta in Regno, ut dies termini non computetur in termino, non naſcatur a *dict. rit.*, ut putavit *Carav.* dum in dictis ritibus non perpenderunt dictionem, *poſtea* in dictis ritibus appoſitam, ſubdens, quod ubi citatio caret illa dictione *poſt citationem*, remanet ſub diſpoſitione juris communis.

At meo rudi judicio *Carav.* non meretur reprehendi, quia dicta clauſula ſemper cenſetur appoſita, ut citatus compareat die decima quinta, ſubintelligo *poſt citationem*, nam antequam fuerit citatus, non poterit intelligi ille terminus currere, & formula citationis ſemper regulariter ſit cum dicta dictione, *comparent prima die poſt*, &c., & ſi non apponatur, intelligitur appoſita, aliter citatus, ut compareat prima die, &c. abſque illa dictione, *poſtea*, cogeretur comparere illa prima die, qua ſit citatio, quod abſurdum eſſet, ut pro prima die intelligeretur dies ipſa citationis. Cum verus intellectus ſit de prima die, poſtquam fuit citatus, & ita adaptatur ſenſus dictorum rituum bene a *Carav.* intellectus.

22 Termini in negotiis præſcripti, ſive a Judice, ſive a lege, aut ſtatuto præſcripti, licet computentur, ut tempora ſint continua, ut etiam dies feriati, & feſtivi computentur, & currant de momento ad momentum, *l.3. §. minore ff. de minoribus*, cum regulariter tempora ſint continua, *Auth. hodie C. de appell.*, *gloſ. in rubr. de diverſ. temp. præſcript.*

Ut in compromiſſo dicit *Angelus*, quod tempus computatur de momento ad momentum, quem ſequitur *Surd. dec.189. num.1., & dec.203. num.6.*

Maxime quando terminus præfigitur per dictionem *infra*, ut quando ſtatuitur v. g. infra ſex dies, &c. & per talem dictionem, quæ includit tantum ſua extrema, & cætera excludit, tempus currit de momento ad momentum, *Bu. d. in conſ.458. n.7. lib.3. Tiraq. de retract. lign. §.1. gloſ.11. n.39. Rota Rom. deciſ. 75. n.3. lib.2. Bar. deciſ.32. n.2. Gratian. tom.4. diſcep. for. cap.725. num.13. deciſ.161. num.19. lib.1.*

Veruntamen omnia prædicta locum habent in termino conventionali, *Surd. deciſ.189. n.27. & deciſ. 203. nu.14.*, & etiam in termino *deciſ. Sarfel.52.* ubi conceſſa dilatione ad pacem obtinendam, illa elapſa, non fuit auditus inquiſitus, allegans impedimentum carceris, quia etiam in vinculis pacem impetrare poterat, ut ipſe notat *num. 3.*, & ideo terminus illi præſcriptus computatus fuit continuus, dicto impedimento allegato non obſtante.

Secus autem in tempore legali, ut *d. Surd. ubi ſupra*, quia in tempore legali tempus eſt utile quoad initium, & finem, ſed continuum quoad proceſſum, ideſt quoad medium tantum, itaut ſi primus dies termini ſit feſtus, non computatur, & etiam ſi ultimus dies termini ſit feſtus neque computatur, ita deciſum refert *Hodier. contr. forenſ.47. nu.19. & 29.* junctis aliis, quia

23 Terminus ad aliquod faciendum non debet prius incipere, quam quis poſſit illud facere. Idem *Hodiern. ubi ſupra nu.24.* ubi allegat *Creſcent. in deciſ. 5. de probat. Rot. Rom. apud Capuz. in deciſ.73. p.2. nu.1.*

Sed hic nota pulchram differentiam, vel limitationem.

24 Terminus conceptus cum præpoſitione *infra dies tot*, ſi finitur in die feſto, tunc intelligitur finitus in die ſequenti, ſecus quando eſt cum præpoſitione

uſque

Digitized by Google

uſque ad, quia tunc intelligitur finitus terminus die antecedenti, quo regitur Curia.

Et quando abſque ulla præpoſitione, terminus finitur in die feſto, tunc nulla erit citatio.

Exemplum primi eſt, ſi dicatur *infra dies quinque*, vel *hinc ad quinque dies*, & dies quintus erit feſtus, tunc die ſequenti durat terminus, & ſic extenditur uſque ad ſextum diem, qui dies ſextus, ſi erit feſtus itidem in alio ſequenti die ſeptimo, & ſic in infinitum extenditur.

Exemplum ſecundi eſt, quando dicitur *uſque ad diem quintum*, *qui eſt dies Jovis menſis Maii*, & d. dies quintus menſis prædicti erit feſtus in illo loco, tunc tenet citatio, quia intelligitur, ut compareat ad illum ultimum diem, quo regitur Curia ante diem Jovis, quia *uſque* ſtat excluſive.

Exemplum tertii eſt, quando dicitur *compareat die quinto menſis Maii*, qui dies erit feſtus, tunc citatio nulla erit, & non cogitur comparere, *Carav. rit.*80. cui conſonat *ritus* 274. *&* 276. *ad text. in l. dies C.de feriis, Muſcatel. Gloſ. in* [illegible], & eſt *ritus* 221. qui ſic intelligitur *a Caravit.*, *& Marant. per Bart. in l. ex quocumque col. penul. n.*4. *per l.*1. *§. illud C.de temporal. appellat. & in c. cum dilecti de dol. & contumac. Hoſtienſ. in c. expoſiti de dilat.*

Si vero termini ſunt compatibiles, ut quia ultima dies non erit feriata, tunc illa clauſula uſque ad dies quinque intelligitur incluſive, ut quintus dies intelligatur incluſus, adeo quod in quinto die accuſantur tunc contumaciæ, & non in antecedenti, nec in ſequenti, & ita intelligendus eſt *Sanfel. ſect.* 4. *nu.*4. *&* 47. *n.*6. *in ſua prax.* ubi allegat *Bald. in uſib. feudorum cap.* 1. *§. & quia diximus de his, qui feudum dare poſſunt, verſ. extra nota, quod in dilati on.*

Unde bene hic advertant tyrones, ne decipiantur, ex d. doctrina *Sanfel. Bald. & ſequacium.*

25 Termino conceſſo ad probandum, vel ad aliquod agendum, ſi appelletur a decreto dicti termini, & appellans ſuccubuerit, terminus currit in præjudicium appellantis, etiam pendente appellatione, a die, quo fuit conceſſus, & non poteſt dicere appellans terminum dierum decem currere a die, quo Iudex appellationis confirmavit decretum, ſed ſtante lapſu termini proceditur ad ulteriora in cauſa, non amplius audita parte ſuper lapſu termini, ut deciſum refert *de Marin. tom.* 1. *reſol. cap.*330. *per totum*, & indiſtincte hoc procedere dixit *ad Revert. obſerv.*577. *n.*3. ſed *de Luc. ad Franch. obſerv.*327. *num.*10. impugnat contra *Reg. de Marin.*, limitando hanc concluſionem non procedere ſic indiſtincte, ut ipſe dixit, ſed quod terminus non currat, ſi ſuccumbens habuit juſtam cauſam litigandi, ita ex *Peguer. dec.*34. *lib.*2. *Theſ. deciſ.* 287. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.*4. *gl.*18. *p.*4. *n.*114. *& dec.*134. *num.*3. qui ita pluries judicatum refert.

Et ita etiam in beneficiis, quæ privilegiatis in Regno conceduntur, quod ſi appellaverint a publicationis decreto, & pendente appellatione labuntur tempora conceſſa ad petendum primum, & ſecundum beneficium, tunc ſi confirmatur decretum publicationis, tunc tempus computatur a die, in qua fuit facta publicatio, & non a die confirmationis, & ſi ſunt lapſa tempora, decernitur non eſſe locum petitis beneficiis, ex quo tempora non largiuntur, & ſimiliter ſic deciſum refert *de Marin. ubi ſupra.*

Et eſt ſolemnis deciſio S.R.C. apud *Rovit. in d. Prag.* 16. *de ordin. jud. a num.*2., & altera deciſio referente *Rovit. dec.*18. ubi *Altim. Giz. ad Latrum deciſ.*96. *n.* 15. *Petr. rit.*260. *num.*48.

Et hanc diſtinctionem videtur approbare *Reg. Rovit. nu.*7., ubi pro ratione deciſionis, affert impedimentum fuiſſe datum a reclamante per calumnioſam reclamationem, quæ propria ſibi opitulari non debebat. Ubi itaque non erit calumnioſa, ſed rationabilis, ita ut non poſſit imputari culpa in reclamando, tunc terminus non currit, pendente reclamatione, & idem *Rovit. nu.*5. *in fine in d. dec.*18., videtur hoc idem confirmare, ubi dicit ſi principali poteſt imputari culpa in conſtitutione Procuratoris invalida, tunc terminus datus ad comparendum, ſi labatur pendente contradictorio ſuper validitate procurationis, labitur in damnum citati, & hanc diſtinctionem probat *Altim. in d. dec.*19. *ad n.*1. ex obſervantia Senat. Panormitani, relati per *Anton. de Amato reſol.* 35., & vide, quæ dico *in cap. de primo, & ſecundo beneficio.*

26 Verum ſi fuerit dictum de nullitate, pendente judicio ipſius nullitatis, nullus terminus currit, *arg. tex. in l. contra majores C. de ineff. teſtam.*, ubi habetur, quod infra quinquennium poteſt dici de inofficioſo teſtamento, tamen ſi dictum ſit de nullitate dicti teſtamenti non currit dictum tempus quinquennii, *& Joan. Arnon. in caut.*20. dicit, ſi dictum ſit de nullitate ſententiæ, pendente dicto judicio nullitatis non currit terminus dierum decem datus ad appellandum, etiam ſi ſuccumbit in nullitate propoſita, & ſequitur *Scial. in Prax. for. cap.*10. *nu.*11. Imo nullitate pendente non poteſt ad ulteriora procedi.

27 Adde *Vivium dec.*361. *nu.*1., ubi dicit, quod ad evitandum contumacias, dum allegatur abſentia citati, cautela eſt, ut etiam dicatur de nullitate, & brevitate termini, quia dicta nullitate pendente peremptorium non currit, & evitatur contumacia.

28 Ita pariter, ſi appellatum fuerit a decreto termini, & facto verbo fuerit confirmatus, & fuerit dictum, quod terminus alias datus currat ab hodie, appellans non poteſt facere nominationem teſtium, ſi interim ſint lapſi quinque dies per *Pragm.*4. *num.* 9. *de dilat.* conceſſi ad nominandum decurrendi poſt termini intimationem, quia computatur tempus a primo decreto termini, ut deciſum refert *Gallup. p.*1. *cap.*24. *nu.*2. *Thor. par.*3. *in compend. verb. nominatio teſtium D. Altim. ad Rovit. deciſ.*18. *num.*8.

Limitatur dicta regula, ubi in primo termino appellans proteſtatus fuerit, quod terminus non currat reſpectu nominationis faciendæ, idem *Thor. ubi ſupra* deciſum refert in cauſa Ill. Principis Hoſtiliani cum Ill. Marchione Polignani.

Sed *Thor.* impugnatur a *Dom. Altim.* dicens fuiſſe conceſſam nominationem in dicta deciſione, non ex eo, quia aderat proteſtatio, ne terminus curreret, ut cenſuit *Thor.*, ſed quia dato termino in cauſa fuit
29 per aliam partem petitus terminus ad laudandum Auctorem, & pendente termino ad laudandum non poterat currere terminus datus ad probandum.

30 Et generalis regula eſt, quod ſuccumbens in exceptione oppoſita, cenſetur ſuccubuiſſe in curſu termini ei dati; *Bar. in l. contra majores C. de inoff. teſt. Rov. dec.*18. *de Franch. dec.*327. *n.*3. *&* 4. *de Marin. reſolut.* 330. *n.*3. *lib.*1. Et ita deciſum refert *Giz. ad Latr. dec.* 96. *n.*15. ipſo Gizzio patrocinante anno 1642.

31 Et *d. Latr. nu.*9. refert, quod facto primo præcepto de ſolvendo tertias, alias providebitur ſuper petita reſciſſione, & deinde facto ſecundo præcepto, quod fuit confirmatum loco reſtitutionis in integrum per conventos petitæ; fuit a prædictis conventis oppoſita exceptio diſcuſſionis inventarii, quæ eſt modificativa, quæ impedit exequutionem decreti infra triginta dies; & *d. Lat.* concludit, quod dum ſuccubuerint conventi in reclamatione, & reſtitutione in integrum, tempus dierum triginta cucurrit non a die ſecundi decreti, ſed a primo decreto, juxta tradita per *Rov. dec.*18. de qua nos diximus *in c. de primo, & ſecundo benef. & de fer.*, ubi vide, & dixi *ſup. num.*25.

32 Di-

Digitized by Google

32 Dilatione pendente officium Judicis conquieſcit; *Bald. in l. ſive pars C.de dilat.*, & dies feriati, & non feriati in dilatione computantur, ſed numquid erit ipſo jure nullum, id quod interim pendente dilatione, & contra dilationem fit, dic quod ſic, ut *in l. 1. C.eodem*, & ibi *Dinus* per *text.in l.ſive pars 3.C.de dilat.c. ſignificantis 66.de appellationibus.*

33 Hinc fit, quod pendente termino ſequeſtrum fieri non poteſt; *Rovit.deciſ.44. ſub num.10.*

Cauti Judices apponunt clauſulam in decreto termini, ſalva proviſione facienda ſuper petito ſequeſtro in qualibet parte Judicii, & vigore hujus clauſulæ poteſt facere ſequeſtrum.

Teſte *Franc.Maria Prato diſcept.26.num.29.lib.2.* ubi dicit Judicem non poſſe procedere ad interlocutoriam, niſi in eodem termino expreſſe facultatem interim procedendi reſervavit, *& de Franch. dec. 8. num. 7.* ſic ſervari etiam in criminalibus, ibi: *ſit tamen cautus Fiſci patronus, ut ſuſpenſionem ab officio proponat ante terminum datum inquiſito ad ſe defendendum, quia eo dato, & pendente, officium Judicis conquieſcit in hoc, ſicut in cæteris.*

C A P. XIII.

De Electione Examinatoris.

S U M M A R I U M.

E*Xamen teſtium in S.R.C. non poteſt recipi per alios, ſed recipitur per examinatores, qui quadraginta ſunt deſtinati, & eliguntur mediante buſſula, data prius liſta ſuſpectorum*, num.1.

Examinatorum buſſula in S. C. quomodo fit, & prætermiſſa buſſula, acta ſubſequentia eſſent nulla, & declaratur praxis S.C., R.C., & aliarum Curiarum, num.2.

Suſpectio Examinatoris quando allegari poſſit, & datur formula, num.3.

Terminus ad probandum a die, quo intimatur electio Examinatoris, currit in S.C. ſecus in aliis Curiis, n.4.

Examinator electus alium ſubſtituere non poteſt abſque ambarum partium conſenſu, alias acta ſunt nulla, n.5.

Electio Examinatoris, citatio teſtium, & requiſitoria Partis ad videndum juramenta unico actu notificari poſſunt, num.6.

Compendio di tutti i privilegj a beneficio degli Eſaminatori del Sacro Regio Conſiglio, num.7., *ubi quid immutatum ex nov.Conſtit.adducitur.*

Commiſſio examinis fieri non poteſt Officialibus locorum in S.C., niſi renunciatio fiat ab Examinatoribus in S.C. deſtinatis, quæ conceſſio limitatur in aliquibus caſibus, num.8.

Examen in S.C. quando poteſt committi Officialibus locorum, & quando non, num.9. „ *cum obſervatione* „ *ſecundum allatam Conſtit.*

A peritorum ſententia quando poteſt appellari, vel haberi recurſus, num.10.

1 EXamen teſtium in Sac.Reg.Conſ. non poteſt per alios recipi, ſed recipitur per Examinatores deſtinatos, qui ſunt numero 40., ut *Pragm.15. & 18. de officio Sac. Reg. Conſ.*, ubi elapſo biduo a die notificati termini eligitur Examinator unus ex dictis 40. *Prag.7. de dilationibus §.10.*

Electio prædicta fit data prius liſta ſuſpectorum, in qua non omnes 40. poſſunt ſuſpecti allegari, quia eſſet calumnia potius, quam defenſio; *Anna ſing. 176.Motill.de grad.term.num.36.*, & non ſuſpecti includuntur in quadam buſſula, & cujus nomen primo è buſſula eruitur, ille Examinator remanet electus, & accipiet teſtes in cauſa, *Pragm.6. de offic.judic.Rovit.in d.Pragm.num.3.*

2 Et buſſula in S.Conſ. fit bis in hebdomada, ſcilicet die Mercurii, & Sabbati, ſecundum emanata die 27. Februarii 1616.inſerta *in vol.2. Prag.11.de offic.S.R.C. Motill.de gradu elect.examinatoris n.1. fol. mihi 36.*

Et ſi prætermiſſa buſſula ad ulteriora procederetur, acta ſubſequentia eſſent nulla, *Pratus ad Muſcatel. gloſ. juramenta*, terminus enim currit, prout in principio dixi, a die, quo notificatur electio, ut *Motill.de grad.elect.Examinatoris num.4.*

In aliis Curiis in M.C.V., & in R.Cam.Sum.per Iudicem cauſæ eligitur Actuarius, vel Scriba cauſæ, vel alius, ſimiliter prævia liſta ſuſpectorum, *Pratus ad Muſcat.gloſ. juramenta, cap.1.in princip. Scopp.ad Nicol. fol.mihi 45.num.190.*

Et in Curiis inferioribus, ubi non eſt multitudo cauſſarum teſtes recipiuntur coram ipſo Iudice, & raro committitur Notariis, vel Scribis, & quando fit nominatio, committitur Officiali propinquiori, ſi Officialis loci fuerit ſuſpectus.

3 Et ſuſpicio Examinatorum proponi, ſive allegari permittitur infra biduum poſt notificatum terminum, & non ultra, nec amplius ordinatur per decretum, ut ſuſpectio proponatur, prout diſponitur *in Pragm.68.de offic. S.R.C.edita anno* 1593. quia hoc receſſit ab aula, ſtante *Prag.4.de dilat.num.10.edita anno* 1612. hoc prohibente, ſed ſuſpectio proponitur in calce termini, & elapſo biduo non poteſt recuſari, qui eligitur ad examinandum ex capite reſtitutionis in integrum, ut in *d. Prag.4. de dilat.*, & ad eam allegandam infra biduum ſufficit juramentum, *Ann. ſing.489.Motill.de grad. term.num.36.*

Et Examinator, poſtquam eſt electus, non poteſt uti ſuſpectus recuſari, niſi caſu, quo ſuſpectio illa ſupervenerit poſt electionem factam; *Caravit. rit. 147.num.14.*

Unde in cauſa Magnificæ Zuſiæ de Iudicematteo cum Magnifico Vito Antonio de Ajutolo Montis Curvini cum fuiſſet ad inſtantiam dictæ Zuſiæ commiſſa Audientia teſtium Curiæ Montis Curvini, & poſt biduum tempore, quo fuerunt intimatæ d.commiſſiones, fuit allegata ſuſpecta dicta Curia per dictum Vitum Antonium, fuit interpoſitum decretum tenoris v3.

Die 25.menſis Iulii 1698. Neap. per Dominum Militem U.J.D.Amatum Danium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Viſis actis, ac retroſcripta replicatione facta pro parte Magnifici Viti Antonii de Ajutolo fuit proviſum, ſtante quod ſuſpectio allegata Officialium Curiæ Montis Curvini, quibus fuit commiſſa Audientia teſtium examinandorum ad inſtantiam retroſcriptæ Magnificæ Zuſiæ de Iudicematteo in calce retroſcripti decreti, non fuit allegata in calce termini, in quo fuit facta prædicta nominatio teſtium, proviſiones per præfatum Dominum cauſæ Commiſſarium expeditæ ſub die ſeptima currentis menſis Iulii currentis anni pro examinandis teſtibus in cauſa prædicta, exequantur, & executioni demandentur, juxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, hoc ſuum, &c.

Amatus Danius. *Flavius Coraſius Act.*

At quandoque licet ſuſpectio non eſſet in calce termini infra biduum legitime allegata, juxta diſpoſitum *in Pragm.4.de dilat. nu.*10. ſolet Pars eſſe contenta, ut committatur alii Curiæ viciniori de illis non ſuſpectis ad evitandas dilationes, quas poſſet dari ille, qui allegavit ſuſpectionem, dum ſolet objicere, ut ſuſpendatur contrario imperio decretum prædictum, vel a dicto decreto reclamare, ſeu adducere ſupplicationem, & impedire curſum cauſæ, fit decretum v3.

Die, &c. Viſis actis, ac retroſcripta replicatione facta pro parte Magnifici Petri Antonii de Ajutolo fuit proviſum, quod literæ commiſſionales per præfatum

Digitized by Google

ſatum Dominum cauſæ Commiſſarium expedita ſub die ſeptima cadentis menſis Julii inſtantis anni 1698. commiſſa Magnifico Gubernatori, & toti Curiæ inſolidum Civitatis Montis Corvini ad inſtantiam retroſcripta Magnifica Zuſia de Judicemattéo, ſtante ſuſpectione allegata pro parte ſupradicti Magnif. Petri Antonii de Ajutolo in Officiales, & Curiam Civitatis prædictæ, enunciata litera commiſſionales d. die quo ſupra expeditæ pro examinandis teſtibus prædictis, exequantur, & debitæ executioni demandentur per Curiam Straticotalem Civitatis Salerni, & Curiam Terræ Olibani, eorumque Officiales, & Actuarios inſolidum, juxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, hoc ſuum, & intimetur.

Form. citationis ad teſtes cum inſerto tenore commiſſionum ſupradictarum.

CAROLUS SECUNDUS DEI GRATIA REX, &c.

T. de T. Capitaneus Curiæ Terræ Olibani, & Commiſſarius ad infra deſtinatus per S. R. C. ſive Dominum cauſæ Commiſſarium, ſervientibus noſtris, ſive alterius Curiæ inſolidum, &c. ſignificamus, qualiter fuerint nobis præſentatæ infraſcriptæ literæ commiſſionales, tenoris ſequentis, vz. *Et inſeruntur dictæ literæ commiſſionales, &c.*

Quibus quidem literis commiſſionalibus hic inſertis ſupra caput receptis, omni qua decet reverentia, volentes eiſdem obedire, ut tenemur, vobis jam dictis inſolidum committimus, & Regia, qua in his fungimur auctoritate, mandamus, quatenus ad omnem inſtantiam ſupradicti T. de T. ſive alterius ejus nomine, peremptorie mandetis infraſcriptis teſtibus, quod ſub pœna unciarum auri 25. per quemlibet Fiſco Regio, in caſu contrario, &c. prima die juridica, hora prima cauſarum, vel infra tot dies, vel ſecunda, vel tertia die juridica, quæ computatur dies undecima currentis menſis Septembris, hora vigeſima, vel circiter, dicta die perſonaliter compareant coram nobis in T. Terra, in loco noſtræ reſidentiæ depoſituri, vel perhibituri coram nobis, & cujuslibet ipſorum teſtimonium veritatis, ſuper articulis coram nobis præſentatis in lite, & cauſa vertente in dicto S. R. C. inter ipſum T. actorem ex una, & T. reum conventum ex altera, de, & ſuper, ut in actis. Nec non moneatis, & requiratis T. de T. ex adverſo principalem, ſive T. ejus Procuratorem, quatenus dicta eadem die, cum continuatione dierum, & horarum ſequentium (& deinde ſingulis diebus, & horis) legitime compareant coram nobis in T. loco noſtræ ſolitæ reſidentiæ ad videndum juramenta teſtium dictorum examinandorum in cauſa ipſa, alias, &c. Mandantes, &c. data in T. Civitate, die, &c.

Nomina Teſtium ſunt, vz.

T. de T.
T. de T. } Teſtimonj.
T. de T.

Alii teſtes additi.

T. de T. T. de T. T. de T.

Nomina ex Adverſo Principalium ad videndum juramenta teſtium, vz.

T. de T., & T. de T.

4 Electione Examinatoris non facta, terminus datus ad probandum non currit, terminus enim non currit, niſi a die electionis Examinatoris Parti notificatæ; *Frat. ad Muſcatell. gloſ. juramentum, Motill. in grad. election. examinatoris num. 4. & 5.*

Quod intelligendum eſt in S. C.; & quando in aliis Curiis inferioribus Judex, vel partes volunt ob aliquam cauſam committere examen recipiendum per Actuarium, vel Scribam, aut alium, ut ſupra dictum eſt (cum regulariter in dictis Curiis inferioribus non fiat dicta electio, ſed Judex recipit teſtes) tunc ſimiliter currit terminus a die notificatæ electionis.

Si non committitur, currit a die, quo fuit conſignata citatio ad teſtes examinandos, & ita ſervatur.

5 Examinator electus non poteſt alium ſubſtituere etiam habentem idem officium, alioquin acta eſſent nulla. Quod limita, ubi de conſenſu ambarum partium a ſubſtituto Examinatore de facto recepta invenirentur; teſte *Rovit. Pragm. 9. de ord. Jud.*

6 Electio, & requiſitoria ſimul notificari poterit, ut de examinatore, & teſtium juramento conſcius fiat, nam a die notificatæ electionis currit terminus, & ideo cautela erit notificare ſimul, & ſemel requiſitoriam, quæ fit in calce dictæ electionis; *Motill. de grad. elect. exam. n. 3., & 4.*, imo poteſt etiam citatio ad teſtes unico actu expediri, & notificari ſimul eodem die, quo incipit currere terminus; *Motil. ubi ſup. nu. 5.* & nos diximus *in cap. de audientia teſtium abſent.*

7 Compendio di Prammatiche, ed ordini del Collaterale, e Decreti del S. R. C. per li Privilegj a beneficio degli Eſſaminatori del S. R. C.

Prammatica 49.

Maſtrod'atti del S. C. non poſſono fare eſſaminare, *niſi per approbatos S. C. per Dominum Præſidentem*, che ſono gli Eſſaminatori, *ut fol.* 8.

Prammatica 58.

Scrivani del S. C. non poſſono eſſaminare nelle cauſe in detto S. C. ſotto pena d'once 25., e privazione dell officio, ma ſolamente gli Eſſaminatori, *ut f.* 9.

Prammatica 59.

Maſtrid'atti del S. C., che non facciano eſſaminare per altre perſone le cauſe di detto S. C., eccetto da gli Eſſaminatori, deputati per lo Signor Preſidente in quel tempo, *fol.* 9.

Prammatica 68.

Si dividano tutte le cauſe di detto S. C per buſſola, e li Maſtrid'atti, paſſato il termine del decreto, abbiano da portare a ſpartire dette cauſe. E ſi dà il modo di fare la buſſola, *ut fol.* 10.

Prammatica 74.

In tutte le cauſe del S. C. tanto dentro Napoli, quanto fuora, ſi abbiano da eſſaminare per l'Eſſaminatore eletto *per buſſulam.*

Verum nelle cauſe *infra ſummam* di docati mille non ſi paghi a detto Eſſaminatore, nè acceſſo, nè receſſo, *ut fol.* 12.

Prammatica 75.

Si proibiſce alli Scrivani di detto S. C. eſſaminare, altrimente ſiano nulli, quando non ſono fatti da eſſi Eſſaminatori, *ut fol.* 13. come più diffuſamente può vederſi nel *tom.* 3. delle *Pramm.* ſotto al *Titolo de offic. S. R. C. Tit. CXII. fol. mihi* 49.

DECRETI.

Per l'Iluſtre Marcheſe di S. Angelo Preſidente del S. C. a 27. Febbrajo 1616, fu interpoſto decreto ſopra ſei capi.

E l'ultimo proibiſce ſotto pena di privazione de' loro officj, ed altre riſerbate a S. E., che niuna cauſa del S. C. *etiam minima, etiam* ſe foſſe commeſſa dalli Signori Conſiglieri, non la debbiano eſſaminare gli attitanti del detto S. C. ut *fol.* 21.

A 13. Gennajo 1621. per detto Signor Preſidente fu decretato, che gli Eſſaminatori, così dentro Napoli, quanto fuori debbiano eſſaminare in tutte le cauſe del S. C., ma infra docati mille, non ſi paga acceſſo, ut *fol.* 22.

Decreto del Signor Preſidente de Ponte, che eſſendo l'Eſſaminatore impedito d'andare fuori Napoli poſſa cedere ad altro Eſſaminatore, che ſarà per andare in quelle parti, qual ceſſione ſi faccia per decreto del Signor Preſidente, ut *fol.* 22.

A Febbrajo 1628. ſi dà memoriale dagli Eſſaminatori a S. E. per l'oſſervanza di dette Prammatiche, or-

dini, e decreti, e precedente commeſſa di S. E. dal Signor Preſidente Urſino fu decretato, che niuno Scrivano del S. C. poſſa eſſaminare in cauſa anche minima, ſotto la pena nel decreto del Signor Marcheſe di S.Angelo contenuta, ut *fol.*24.

Per conferma di dette Prammatiche, ordini, e decreti vi è il privilegio di S.M., ut *fol.*25.

Ed altro decreto di detto Sig. Preſidente Urſino a 22.Maggio 1626.per l'oſſervanza predetta.

De officio Sacri Regii Conſilii.

*Pragm.*15.Regis Ferdinandi Primi mandat, ut examen teſtium fiat per Conſiliarium, una cum ſuo Actorum Notario.

Et ſi teſtes a loco judicii abfuerint, arbitrio dicti Conſiliarii relinquitur, ut Audientia teſtium committat Ordinariis locorum, vel alium non ſuſpectum deſtinet.

*Pragm.*58. edita ſub die 6. Julii 1555. mandat, ut Scribæ attitantes cauſas in Sacro Conſilio, non examinent, etiam de voluntate ambarum partium, etiam ſi fuerint examinatores, qui ut Scribæ attitant cauſam prædictam, ſub pena unc.aur.25., & privationis officii.

*Pragm.*68.edita ſub die 29.Novembris 1503. ordina alli Maſtrod'atti del Sacro Conſeglio, che dopo fatto decreto, *detur liſta examinatorum ſuſpectorum*, e paſſato, che ſarà il termine prefiſſo in detto decreto, debbiano portare in caſa del Signor Preſidente detta ſcrittura, acciò ſi noti in libro, e ſi conſervi.

E ſi facci una buſſola colli nomi di tutti gli Eſaminatori.

Un altra buſſola, dove ſi hanno da ponere le cauſe.

Ed ogni Mercordì ſi debbiano cavare per ſorte le cauſe, e perſone, cioè quelle, che non ſono ſtate allegate per ſoſpette.

E ſi pongono quelli eſaminatori alla buſſola, che ſi trovano in Napoli.

E quelli, che ſono fuori, ſi poneranno in buſſula, quando torneranno.

L'eſaminatore uſcito in buſſola, non ſi debbia più buſſolare, ſino, che non ſarà finita la buſſula.

*Pragm.*74.edita ſub die 31.Octobris 1598.per Comitem de Olivares.

Mandat, quod examinatores S. C. valeant examinare teſtes intus, & extra Civitatem in omnibus cauſis vertentibus in S.C.

Verum in cauſis infra ſummam ducatorum mille non ſolvatur illis acceſſus, nec receſſus.

Carta ſcritta da ſua Maeſtà all'Eccellentiſſimo Conte de Lemos Viceré del Regno d'Aranjvos a 26.Maggio 1612.regiſtrata in palat.Neap.16. *fol.*254. con la quale s'ordina, che ſi dia eſecuzione a tutte le Prammatiche, decreti, ed ordini pubblicati a beneficio degli Eſaminatori del S. C.

Decreto dell'Illuſtre Reggente Marc'Antonio de Ponte Marcheſe di S. Angiolo Preſidente del S. R. C. pubblicato a 27.Febbraio 1616., nel quale ſi diſſe.

Primo, quod diviſio cauſarum inter examinatores S. C. fiat cum buſſula in domo ipſius Illuſtris Præſidentis.

Per quattuor ex eis in qualibet hebdomada, incipiendo a ſenioribus.

In qua buſſula debeant etiam dividi cauſæ ſummariæ, ubi dicitur *capiatur ſummaria informatio*.

In quibus omnibus cauſis, nullus examinator audeat examinare, niſi ei per buſſulam tetegit, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio pro uno anno.

Secundo, dicta diviſio cauſarum per buſſulam fiat in die Mercurii, & Sabbati, ſub pœna privationis officii.

Tertio, chartulæ, ſeu buſſulæ, in quibus notantur cauſæ, & nomina Examinatorum, ponantur publice ſuper Banca, ut ab omnibus videantur.

Quarto, quod actus electionis ſcribatur in pede termini dati in originali, & non in folio albo ſeparato, nec in copiis, ſub prohibitione Hebdomadariis prædictis, quod aliter non dividant cauſas in dictis foliis albis.

Quinto, in cauſis examinandis extra Neapolim quando unus examinator erit impeditus, & renunciabit, tunc cauſa prædicta dividi debeat per buſſulam, nec debeat committi alteri, ſub prætextu, quod ſit de proximo diſceſſurus, vel reperitur in partibus.

Sexto, Examinatores, quando ſunt diſceſſuri pro examinando in partibus, teneantur propriis manibus notare cauſam, pro qua diſcedunt, cujus momenti cauſa ſit, ad inſtantiam quorum diſcedunt, & in qua Banca vertitur lis.

Et dicta notatio fiat in libro, qui conſervatur ſimul cum aliis libris buſſulæ, & hoc ſub pœna falſi, & privationis officii.

Quæ prohibitio habeat locum etiam cum Scribis, qui non faciant ſimilia decreta, ſub eadem pœna falſi, & privationis.

Septimo, & ultimo, quod Scribæ actitantes cauſas in S. C. ſe abſtineant in examinando in qualibet cauſa, etiam minima ſibi commiſſa, ſub pœna privationis, & alia ad arbitrium S. E., ultra nullitatem examinis facti a Scribis prædictis.

Altro decreto di detto Signor Preſidente de Ponte in data de' 23.Giugno 1621.

Quod obſervetur *Pragm.* 74., ut Examinatores examinent in omnibus cauſis in dicto S.C., intus, & extra Civitatem.

Et in cauſis infra ſummam ducatorum mille, non ſolvatur ipſis acceſſus, nec receſſus.

Et *d.Pragm.* omnino obſervetur a Magnificis Regiis Conſiliariis.

Et Scribæ non faciant decreta contra formam *d. Prag.* ſub pœna ad arbitrium dicti Dom. Præſidentis.

E detto decreto fu notificato alli Maſtrod'atti, e Scrivani a 2.Febbrajo 1621.

Altro decreto di detto Illuſtre Reggente Marc'Antonio de Ponte a 13.Gennajo 1621.

Quod licitum ſit Examinatori electo per buxulam in partibus, qui reperitur impeditus cedere cauſam prædictam alteri Examinatori, qui erit acceſſurus ad loca in partibus.

Verum ceſſio prædicta fiat per decretum Domini Præſidentis.

Altro decreto del ſpettabile Regg. D. Pietro Giordano Orſino Preſidente in data de' 17.Marzo 1658.

Quod pro executione ordinis S.E., nullus Scriba Sac.Conſ. examinet in cauſis vertentibus in d.S.C.

Etiam in illis, in quibus dicitur capiatur ſummaria informatio, etiam quod eis committatur per Magnificos Conſiliarios.

Sed examinatores debeant examinare prævia buxula, & ſtatutis diebus facienda, ſub pœnis ut ſupra.

Privilegio ſpedito da Sua Maeſtà all'Eſaminatore.

PHILIPPUS DEI GRATIA REX, &c.

Tenore præſentium, &c. Te Paulum Avelonum examinatorem cauſarum in S.C.Caſtri Capuani Neapoli facimus, &c.

Itaut tanquam unus ex dictis Examinatoribus valeas examinare, & nemo alius.

Juxta decreta dicti noſtri S. C., & ordines Collateralis Conſilii, & Pragmaticas dicti Regni.

Et jubemus, quatenus forma præſentium per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, &c.

Te pro examinatore reputent.

Datum apud Sanctum Laurentium die 17. Septembris 1616.

Et Regnorum noſtrorum anno decimonono in privilegiorum Neapolis 26. *fol.*12.

Altro decreto del Signor Preſidente Orſino a 9. Decembre 1631.

Pri-

Primo, quod actus electionis examinatoris debeant ſubſcribi a Conſervatore Buxulæ propriis manibus, dicendo, poſita eſt in libro.

Secundo, quod non fiat diviſio extra buxulam, pro quavis cauſa cujuſvis momenti, niſi in diebus Mercurii, & Sabbati, coram quatuor hebdomadariis.

Et in qualibet electione ille, qui tenet onus dividendi, prius ſe ſubſcribat, ſub pœna unciarum duarum.

Tertio, Scribæ nullatenus recipiant actus electionis, niſi electio fiat modo quo ſupra, ſub pœna unciarum duarum.

Quarto, Examinatores non examinent, niſi electio fuerit ſubſcripta tam per conſervatorem, quam per hebdomadarium, ſub pena unciarum duarum, ut ſup.

Ordine del Regio Collateral Conſiglio de' 14. Giugno 1632. Quod omnes pragmaticæ, ordines, decreta, & privilegia expedita Regiis Examinatoribus S.R.C. imprimantur in uno volumine.

Quod decretum conſervatur penes Joſephum Lombardum Regium Scribam a mandatis.

Altro decreto del Sig. Reg. D. Diego Bernardo Zoſia Preſidente del S. C. a 5. Novembre 1658. Quod Scribæ non committant, nec committere faciant examen in partibus, niſi auditis examinatoribus.

Nec procedant ad receptionem teſtium in cauſis dicti Sacri Conſilii.

Etiam in cauſis delegationis; ſed fiat per examinatores prævia buſſula.

Un'altro decreto di detto Sig. Preſidente Zoſia in data de' 15. Gennajo 1657., con cui ſi ordina l'oſſervanza di tutte le coſe predette ſotto pena di doc. 20.

E con altro decreto di detto Sign. Preſidente Zoſia, ſu provveduto, quod pro executione Regiæ Pragmaticæ, & ordinum Spectabilium Præſidentium Sacri Conſilii, ac decreti per ipſum Dominum Illuſtrem Marchionem lati ſub die 15. Januarii 1657. cum effectu omnes Scribæ dicti Sacri Conſilii, minime ſe intromittant in examinandis.

E ripete l'iſteſſo contenuto nel decreto, ut ſupra, e ſoggiunge, v3.

Nihilominus Magnificus Secretarius S. Conſ. exigat penam ducat. 20. in dicto decreto contentam a Joſepho Naſtalio Scriba Sacri Conſilii in banca Lombardi, qui proceſſit ad receptionem teſtium, contra formam ordinum, & decreti prædicti, hoc ſuum, &c. veris expoſitis, &c. D. B. Zoſia R. P.

Queſto reaſſunto è eſtratto dalla libraria di Luc' Antonio di Fuſco del 1662., che tengono ſtampato li Magnifici Eſaminatori.

Ultimamente dallo Spettabile Reggente D. Felice Lanzina Ulloa Preſidente del Sacro Conſiglio ſi è fatto altro decreto, in data di 8. Febbrajo 1700. ſtampato per Carlo Porſile Stampatore della Regia Corte del tenore ſequente v3.

Nel quale ſi proibiſce commettere l'eſame in partibus.

Nè li Maſtrod'atti, o Scrivani del Sacro Conſiglio poſſano eſcuſarſi, che così loro è ſtato ordinato dal Signor Commeſſario della cauſa.

E queſto non ſolo ſotto pena di nullità dell'eſame, ma ſotto pena di doc. 20., delli quali ſe ne debbia dare la quarta parte al denunciante, anco in cauſe minime, e ſummarie, &c. anco ſe vi ſia il conſenſo delle Parti.

Il tenore di detto decreto è.

CAROLUS SECUNDUS DEI GRATIA REX, &c.
Spectabilis D. Felix Lanzina, y Ulloa Regiam Cancellariam Regens, Præſidens S.R.C. Viceque Protonotarius.
Die 8. Menſis Februarii 1700. Neap.

Per Spectabilem Regentem D. Felicem Lanzinam de Ulloa S. R. C. Præſidentem, Viceque Protonotarium, viſis memorialibus porrecto S. Excell. a Regiis Examinatoribus S. R. C. & per præfatam Excell., eiuſque Collaterale Conſ. remiſſo dicto Spectabili Præſidenti, decretis latis per Ill. Marchionem Matonti, tunc temporis S.R.C. Præſidentem ſub diebus 15. Januarii 1657. 5. Junii 1658. 30. Julii 1667. & decreto præfati Spectabilis Regentis ſub die 5. menſis Junii 1677. pro exequutione Regiarum Pragmaticarum, & ſignanter contentarum ſub tit. de Off. S.R.C. 56. 57. 58. 68. 74. & 77. aliorumque decretorum latorum per præfatos Spectabiles Præſidentes, quibus fuit ſancitum, atque decretum, non poſſe ullo modo per Actorum Magiſtros, & Scribas, ſive quoſvis alios Actitantes cauſarum vertentium, tam in dicto S.C. quam coram quibuſvis Delegatis committi, nec committi facere examina dictarum cauſarum in partibus, niſi auditis Regiis Examinatoribus dicti S. C. nec per ipſos procedi poſſe ad receptionem Teſtium in dictis cauſis, ſub pœnis in dictis Pragmaticis, decretiſque contentis, fuit proviſum, & decretum, quod dicti Actorum Magiſtri, Scribæ, quivisve alii Actitantes non audeant ab hodie in antea, & in futurum examinare Teſtes, nec Principalium depoſitiones recipere in omnibus cauſis in dicto S.C. vertentibus, & coram Magnificis Delegatis motis, & movendis pro quavis cauſa tam intus hanc Civitatem, quam in cauſis, in quibus fieret Teſtium nominatio in partibus, licet minimis, ſummariis, & Delegationum, etiam ſi intercesſerit conſenſus Partium litigantium, & caveant deinceps ſub quovis prætextu, vel quæſito colore, etiam ſi partes aſſenſerint, committere in partibus examina prædictarum cauſarum, niſi prius auditis ipſis Regiis Examinatoribus, & ſignanter, cui cauſa tetigit per ſortem, contra formam dictarum Regiarum Pragmaticarum, & decretorum, ſub penis in iiſdem Regiis Pragmaticis, decretiſque contentis, a quibus ſe excuſare nequeant, etiamſi produxerint fuiſſe ipſis ordinatum a Magnificis Commiſſariis dictarum cauſarum, ſed teneantur, ac debeant omnes cauſas prædictas tradere Regio Examinatori pro tempore hebdomadario pro eligendo Examinatore in dictis cauſis, prævia Regia buſſula, nedum ſub pena nullitatis examinum, verum etiam ſub pena duc. viginti pro qualibet vice, cujus penæ lucretur quartam partem perſona denuncians contrevenientes præſenti decreto; citra tamen præjudicium penarum forte incurſarum per tráſgreſſores pro præterito huc uſque; & ut plena notitia præſentis decreti habeatur, cauſamque ignorantiæ allegare nequeant, liceat præſens decretum depromere Typo, & affigere in omnibus locis, ubi opportunius videbitur, hoc ſuum, &c.

ULLOA REG., ET PRÆS.

Figliola Segret.

In Napoli, Per Carlo Porſile Stampatore della Regia Corte 1700.

,, Pluries adducta Regis noſtri Conſtitutione etiam
,, aliquid circa hoc eſt proviſum, quo derogatum, &
,, immutatum eſt pluribus ex prædictis decretis, &
,, proviſionibus antehac factis; ideo non omittendum.
,, Verba Conſtitutionis leguntur *nu. V. §. III.* atque hæc
,, ſunt: *In quanto alla Commeſſa dell'eſame de' Teſtimo-*
,, *nj in Regno, vogliamo, che il Commeſſario della cau-*
,, *ſa, ſenz'aver biſogno della rinuncia de' Regj Eſami-*
,, *natori del S. R. C., poſſa commetter detto eſame a*
,, *chi ſtimerà più proprio, nelle cauſe, che importa-*
,, *no la ſomma di ducati tre mila a baſſo. E reſti pa-*
,, *rimente in arbitrio del Commeſſario nelle cauſe, che*
,, *eccedono la detta ſomma di ducati tre mila, qualo-*
,, *ra l'Eſaminatore eletto non voglia uſcire ad eſamina-*
,, *re, di commettere ad altri l'eſame, ſenza che il det-*
,, *to Eſaminatore eletto poſſa pretendere altro ſotto*

,, *qualſiſia preteſto. E per le cauſe in queſta Città, e*
,, *Caſali, e per tutto il Regno, nelle quali ſi faccia l'*
,, *acceſſo de' Miniſtri, poſſa il Giudice far eſaminare i*
,, *Teſtimonj dallo Scrivano della cauſa; e nell'altre, nel-*
,, *le quali devranno eſaminarſi dagli Eſaminatori, non*
,, *poſſano queſti eſigger più di carlini due per Teſtimonio,*

8 Propterea in S.C. non poteſt committi examen Officialibus locorum, niſi præcedat renunciatio prædictorum examinatorum, *prag.49. §.8.§.9.74.& 75.de off.Sac.Reg.Conſ.* & ſic practicatur.

9 Limitatur hæc concluſio in cauſis infra ſummam ducatorum 590., ut advertit *Franciſcus de Conſtantio in pragm.4.de dilation.num.9.& Prat.diſcept.43.nu.57.lib.3.& ex dictis pragmaticis ubi ſupra.*

Limitatur ſecundo, ubi actor eſſet Neapolitanus; quantumvis cauſa excederet ducatos mille, tunc non debet fieri examen per Examinatorem S.C., ſed illud committitur Officialibus locorum, & hoc eſt ſpeciale privilegium Neapolitanorum inter eorum privilegia, *cap.35. pag.36., & cap. 69., pag. 47. de Mar. ad Gizzarell.deciſ.27.nu.11. Conſtant. ad dictam pragmaticam 4.de dilation.num 9.*

Verum ſi Neapolitanus nolit dicto privilegio uti, non poteſt altera pars obtinere, ut committatur Officialibus locorum, abſque renunciatione Examinatorum. *Conſtant.loc.cit.ex Marotta diſcept.23.lib.1.*

Limitatur tertio, quando examen eſt faciendum extra Regnum, tunc non fit per examinatores S. C. ſed committitur Ordinariis locorum. *Miaad. deciſ. 7.Conſtant.loc.cit.*

Limitatur quarto in cauſis pauperum, in his enim examen poteſt committi Ordinariis locorum abſque renunciatione Examinatorum; *de Mar. ad Gizzarell. dicta deciſ.27.num.10.Conſtant.loc.cit.*

,, Hæc omnia modo ceſſare videntur, juxta allatam
,, *Conſtitutionem*, ſecundum quam hodie practicatur
,, committi examen in cauſis infra ſummam ducato-
,, rum trium mille cuilibet Domino cauſæ Commiſſa-
,, rio videatur, abſque ulla præcedente renunciatione
,, Examinatoris; & ſic quoad reliqua in *Conſtitutione*
,, allata contenta, prout vidimus.

10 A Peritorum ſententia quando admittitur appellatio, vel recurſus, vide *in cap.32.in fine.* ,, ubi & ali-
,, quid ex *nov.Conſtit.* obſervabimus.

C A P. XIV.

De Teſtium præſentium receptione.

S U M M A R I U M.

Requiſitoria quid ſit, & ſine ea examen teſtium eſt nullum etiam in cauſa ſummaria, cum ſuis limitationibus, num 1.

Requiſitoria antiquitus fiebat cum comminatione pœnæ, ſed hoc receſſit ab Aula, neque fit atteſtatio de teſtibus receptis in præſentia Partis, num.2.

Citatus ad V. J. T. ſi proteſtatur, quod aſſignetur hora, & locus, & in citatione non deſignatur, examen eſt invalidum, num.3.

Pro citato ad V. J. T. domi, ab alio poteſt allegari abſentia, & terminus peti ad denunciandum, alias ſine dicta proteſtatione proceditur ad examen in contumaciam, num.4.

Citatus ad V. J. T. poteſt ſubſtituere alium, & tunc alia requiſitoria ad citandum ſubſtitutum requiritur, & ſi dictus ſubſtitutus non reperitur, facta relatione per duos Nuncios proceditur ad examen, nu.5.

Examen an erit validum abſque citatione Partis ad V. J. T & fidibus privatis an credere debeat Judex? num 6.

Citatio non eſt neceſſaria, quando citatus non poſſet actum impedire, nec aliquid in contrarium allegare, ibid.

Quia Procurator non poteſt per ſuam confeſſionem præjudicare Domino, *l.ſed an, & ipſos ff.de confeſſis*, ubi *Bart.Surd.deciſ.*229.*num.*18.*Caſtill.dec.*111.*num.*17.*Gratian.diſcept.forenſ.*3. *num.*8. *Roſa conſult.*56. *num.*14.*de Luca ad Franch.dec.*529.*num.*3. *Urſill. ad Afflict.dec.*148.*in fine*, qui tamen intelligendi ſunt cum mandato ſpeciali ad deponendum, ſecus in mandato ſpecialiſſimo, ut declarat, & advertit *Roſ.ad de Marin. ubi ſup* & ſic explicatur *ritus M. C.Vicar.* 70. *&* 93. qui non ſunt contrarii.

20 Et quando non habet mandatum ad reſpondendum, & principalis eſſet abſens. Tunc poterit fieri præceptum procuratori, ut infra dies tot procuret mandatum ſpeciale ad deponendum, alias termino elapſo, habeatur pro facta; ita *Scop. ad Nicolin. fol.*51. *num.* 150.

Poſitionibus Procurator cogitur reſpondere, non ſecus, ac poteſt compelli Principalis; ſi tamen habet ſpeciale, & ſufficiens mandatum, alias ſecus. *Poſt. de manut.poſſ.obſerv.*85.*num.*22.*ex Duran. dec.*227. *nu.* 4. *Cancerius variar. reſol. p.*2.*cap.*44. *num.*3. *Veſtrius cap.*14. *lib.*5.*nu.*19. Et ſi dictus procurator cum mandato ſpeciali nollet reſpondere, tunc factis tribus præceptis, fit decretum, quod depoſitio habeatur pro facta, ut deterius, *Motil.fol.*40.*de grad.cit.teſt.nu.*28.

Et poſt factam reſponſionem ab habente ſpeciale mandatum, cogi poteſt ad reſpondendum etiam ipſe principalis veluti inſtructior, *Poſtius ubi ſupra num.* 56. & ita etiam ſentit *Marcian. de jurament. par.*2.*ar.* 2.*num.*405. Quod intelligit dictus *Poſtius* procedere, ubi mandatum Procuratoris non fuiſſet individuum, ſeu ſpecialiſſimum ad ſic reſpondendum, & ipſe principalis copiam poſitionum non vidiſſet.

Adde, quod ſi recuſat deponere, pro confeſſo habetur, non obſtante, quod procurator depoſuit; *Rov. dec.*34.*Carav.ritu* 79. *&* 93. *num.* 3. intellige ſemper cum diſtinctione, ut ſupra, facta per *Rovit. & Reg. de Marin.loc.cit.*

21 Poſitiones, & articuli promiſcue aliquando nominantur; nihilominus, ſi conſtet eos eſſe tamquam poſitiones, de illis judicandum eſt, ſicut de poſitionibus; *Poſt.de manut. obſ.*63. *num.*30. *ex Gramm. dec.* 277.*num.*4.

Ut ſunt, quando articulant per verba v3. Item *pone, e vuole provare*, quia tunc per illud verbum (*Pone*, articulans dicitur confiteri articulatum, & licet ſint articuli, judicantur ſicut poſitiones, ut ſupra.*

Procuratores cauti, & Advocati in articulis dicunt ſolum: *Item vuole provare*, abſque verbo, *ponit.Scop. ad Nicol.fol.mihi* 48.*n.*70. *Motil.fol.*41.*de grad.citat. teſt.num.*42.& nos diximus in *cap.de articulis*.

22 Poſitiones an admittantur, quando in termino probationes non fiunt? Una opinio eſt, quod ubi non fiunt probationes, neque etiam poſitiones admittuntur; *Maſcard.concl.*1176.*n.*46.

Alia opinio eſt, quod admitti debent, non obſtante, quod in termino non fiant probationes, ita *Motil. fol.*40.*de grad.cit.teſt.num.*31.& allegat *de Franch.dec.* 220.*ſub num.*8.*&* 11.dicentem, quod *Maſcardus* intelligendus ſit de impertinentibus, & quæ nil relevarent.

Poſitionibus, Articulis, & Materiis, quæ concernunt petitorium a parte ſuſpenſum, quis reſpondere non cogitur, nec teſtes ſuper illis recipiuntur; *Poſt.loc. cit. nu.*33.*& Scacc.de judic.lib.*2.*cap.*6.*num.*172.*Ricc. coll.*248.ſecus autem, ſi non ſit ſuſpenſum.

Solum vero de ſtylo Rotæ admittuntur articuli, etiam ſtante ſuſpenſione petitorii ad effectum examinis, ſed teſtes ponuntur extra proceſſum, ex *Mancin. de Juramen.par.*2.*ar.*2.*num.*2.

Et indiſtincte Articuli tanquam impertinentes fuerunt rejecti, concernentes cauſſam petitorii, dum agebatur poſſeſſione recuperandæ in Sacro Conſ. ut deciſum refert *Afflict.dec.*7.

23 Poſitioni non tenetur quis reſpondere; ubi petitio eſt calumnioſa, vel captioſa, vel reſponſio non relevat. *Poſt.de manut.obſer.*83.*num* 3. *& Gizzarell. dec.* 36.*num.*3.

24 Poſitioni neque reſpondetur, quando eſt ſuper repulſa ejus teſtium, & continent delictum; ſed reſpondetur ſolum circa conſanguinitatem. *Poſtius* ubi ſupra ex *Bald.& de Angel.ad Gizzarell.dict.deciſ.*63. *num.*3. *& Reg.Petra rit.*285.*in fin.* refert deciſum in ſua Aula 27. Junii 1669. quod recipiatur depoſitio principalis ſuper articulis non continentibus infamiam, neque delictum, & ita tradit *de Angelis ad Gizzarellum dec.* 64. *ſub num.*4.

Poſitionibus, & ſi ſemel fuerit reſponſum; ſi iterum interrogatus non reſpondet, habetur pro confeſſo, *Ricc.coll.*258.*ex Rota deciſ.*1. *tit.de confeſ.*

Quod ego credo procedere non ſic ſimpliciter, ſed in caſibus, ut inferius dicemus. Nempe quando non ſufficienter fuit reſponſum; nam ſi ſufficienter, non cogitur ad iterum reſpondendum; ut inferius.

25 Poſitionibus non reſpondens, habetur pro confeſſo. *Text.in cap. fin. de confeſſ.in* 6.

Limitatur concluſio hæc contra non perſonaliter citatum, atque impeditum. *Ricc. coll.* 258. *de Amato dec.*74. quia requiritur citatio perſonaliter executa. Nec ſufficit contra Procuratorem; *Poſt. de manut.obſer.*83.*num.*43.*Thomat.dec.*54.*num.*2.

Poſitionibus continentibus factum alienum non tenetur quis reſpondere, & non reſpondens, non habetur pro confeſſo. *Ricc.ubi ſup.coll.*258.*& Minſing. centr.* 5. *obſerv.* 54. *ex text. in l. Marcellus ff. rerum amotarum.*

Poſitioni criminoſæ, nec cogitur reſpondere; *Ricc. d.coll.*158.*& Minſing.cent.*6.*obſerv.*92.

26 Poſitionibus, Articulis, & Materiis, hujuſmodi, ut ſupra, quibus reſpondere quis non cogitur, ſi tamen ob negligentiam Procuratoris reſponderet abſque aliqua proteſtatione, reſponſio teneret, & præjudicaret, *Poſtius de manutent.obſerv.*83.*num.*36.*ex Luc.de Pot. in prax. lib.*2. *cap.* 1. *num.* 17. *Tuſch. in verb. poſitio concl.*387.*nu.*12. *Michal.de poſit. in cap.*57. *nu.*1.*Mancinus par.*2.*art.*2.*nu.*82.

27 Poſitio debet formari explicita, vera, & ſimplex, & de unaquaque re diſtincta. Alias ſi poſitio ſit implicita, videlicet partim vera, & partim falſa, quis ſatisfaceret reſpondendo, per verbum *non credo, ut ponitur*. Et ſic poteſt totum caput poſitionis negare; *Poſt. de manut.poſſ.obſerv.*83.*num.*37. *Tuſch.in verb.poſitio concl.*386.*nu.*7.*Scacc. de judic. lib.*1.*cap.*7. *num.*544. *Farinac.deciſ.*34.*num.*1.

Exemplum erit. Pono quod poſſides talem Eccleſiam, ad tale Monaſterium pertinentem. Vel pono, quod Titius ſit filius Caii, & debet mihi mille. *Gloſ.in cap. fin.de confeſſ.in* 6.*Ricc.collect.*2083.

28 Poſitio facta cum qualitate in parte vera, & in parte non, poteſt ſimpliciter, & in totum negari, ita *Gloſ.*

Gloſ. in cap. ſi poſt verſ. abſque rationabili de confeſſ. in 6. & gloſ. in c. 2. de teſtib. eod. lib. verbo ſigillatim.

At contra *d. gloſ.* docuit *Bar. in l. 2. §. ſi ſtipulanti ff. de verb. ſignif.* quem ſequitur *Rebuff. in proem. ad conſt. Franciæ gloſ. 6. num. 53. Dian. in regul. 254.*

Sed *Novarius* tenet cum *gloſ. in v. gravamin. 138. tom. 1. Marſil. in Rubric. de fidejuſſ. num. 339. Covarr. var. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 5. Zaccard. dec. lucen. 31. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 109. nu. 20. ex l. 1. §. ſed etſi mihi de verb. oblig.*

29 Poſitionibus reſpondetur per verbum *credit*, vel *non credit*, ut ponitur. Et ratio eſt, quia dum neceſſario cogitur reſpondere, poteſt non recordari, & ideo jurat de eo, quod credit, non de veritate, & ideo non punitur criminaliter, & in foro fori excuſatur a perjurio. *Poſt. obſer. 83. n. 38. Maran. de ord. jud. p. 6. act. 4. n. 17. & act. 9. nu. 24. & in l. ſi actor. num. 102. ff. de procur. Tuſc. in verb. memoria concl. 166. num. 3. & in verb. poſitio concl. 386. num. 23. & 43.* & ſolum Deum habet ultorem; ut ex *l. 2. C. de rebus creditis*, concludit *Marant. in p. 6. actu 4. de depoſitione nu. 17. Rit. 79. in fine* expreſſe mandat, quod principalis ſuper poſitionibus deponat abſque periculo pœnæ varietatis; ubi *Caravit.* explicat, quod principalis, neque in aliis caſibus punitur, ſed ſolummodo, quando examinatur uti principalis inquiſitus quoad ſe, & teſtis quoad alios, tunc ſi convincitur occultare veritatem, torquetur uti teſtis varius, & non tanquam principalis.

Unde traditur cautela, ut in dubiis reſponſurus propenſior ſemper ſit ad negandum, quam ad confitendum, & quæ non certe novit, an vera, vel non vera ſint, tuta conſcientia poteſt deponere, quod non credit, quia non tenetur affirmare pro veris, illa, quæ ſibi non ſunt certa, *Jodoc. in prax. civil. cap. 154. de reſponſionibus num. 4. & 28.* ubi dicit teneri in conſcientia ſolum affirmare id, quod certo ſcit, vel credit.

Poſitionem negans licet non puniatur, ut ſupra; tamen ſi Iudex feciſſet præceptum de veritate dicenda ſub certa pœna, poſſet auctoritate præcepti, ſi diceret falſum, etiam puniri, juxta præceptum factum; *Poſt. obſerv. 83. num. 40. Marant. art. 5. num. 16. Mancin. de juram. part. 2. art. 2. num. 56.*

Item quando calumnioſe negaret factum proprium, Matrimonium, Filiationem, Conſanguinitatem, Affinitatem, & alia, de quibus veriſimiliter notitiam habere poſſet, ſi de iis per probationes conſtiterit, condemnatur ad pœnam arbitrio Judicis. Sed hanc pœnam evitare poteſt, ſi infra tres dies poſt negationem, eam revocaverit, & per confeſſionem ſe purgaverit; ita per hæc formalia verba ſtatuit *prag. 8. de ord. judic. in fin.* quæ incipit *quinta die*, & ratio dictæ Pragmaticæ eſt, quia in negando proprium factum, quod certo ſcire debet, excuſari non debet a pœna tam in foro conſcientiæ, quam in foro judiciali.

30 Poſitioni reſponſio fieri debet clara, & ad propoſitum, ita ut certificet Judicem, & ponentem relevet ab onere probandi, alias quis cogitur ad melius reſpondendum, & ſpecificandum per verbum *credit*, vel *non credit*, ſimpliciter, & non per reſponſionem qualificatam.

Sed in Ruſtico, Ignaro, Minore, vel Muliere admittitur reſponſio qualificata, niſi ſint ſagaces; *Poſt. de manut. obſerv. 83. n. 41. Tenſon. ad ſtatut. urb. lib. 1. cap. 68. n. 60. Marc. Anton. reſol. 38. lib. 2.*

31 Poſitioni non reſpondens; ut habeatur pro confeſſo ſufficit, ut bis citetur cum comminatione, quod alias habeatur pro confeſſo, etiam quod non tranſmittitur copia poſitionum; *Poſt. de manut. obſerv. 83. nu. 43. Rot. dec. 3. de confeſſ. in antiq. Seraph. dec. 408.*

Sed una citatio ſaltem debet fieri perſonaliter, nec habetur pro confeſſo ipſo jure, ſed mediante Judicis interlocutione, ut ex dicta ficta confeſſione poſſit fieri ſententia; *Poſt. ubi ſup. Rot. Gen. dec. 161. nu. 12.*

Quamvis quandocumque re integra, antequam Judex pronunciet, admittitur ad reſpondendum; *Poſt. ubi ſup. Michal. de poſit. cap. 36. Grat. dec. 171. n. 1.*

Sed *Caravit. rit. 120.* concludit trinam requiri citationem, & quod in ultima ipſarum citationum debeat inſeri totus tenor articulorum, vel poſitionum, ex *l. Senatus §. quod ſi tribus ff. de jure Fiſci.*

Et a dicto decreto, quod habeatur pro confeſſo, nunquam appellatur, ut in *d. Rit. in fine. Carav. ibi, Sanfel. in prax. ſect. 38. num. 51. in fin. fol. 153.*

Firmatur itaque Regula, quod poſitioni non reſpondens habetur pro confeſſo, ſi ter citatus non depoſuit, & in ultima citatione inſertus ſit totus tenor poſitionum, *Nicol. fol. 50. n. 100. Anna ſing. 406. Giza ad Capyc. Latro dec. 86. nu. 6. Carav. Rit. 120. Sanfel. in prax. ſect. 36. num. 32. fol. 153.*

Limita primo, quando principalis, vel procurator examinandus eſſet præſens in curia; quia tunc ſufficit unica citatio, ut deponat, qui ſi abſque rationabili cauſa non deponit, fit decretum, *quod habeatur pro confeſſo*: Præſens enim in judicio habetur pro citato, & præſentia ſupplet defectum citationis; *Caravit. rit. 120.* & ita intelligendus eſt *Sanfel. in ſect. 48. nu. 11.* qui de hoc reprehenditur a *Conſil. de Roſa in prax. civil. cap. 6. nu. 61. fol. 429.* & cave a dicto *de Roſa* dicente, quod ſi principalis ſit præſens, adhuc fieri debeant tria præcepta, quia opinio *de Roſa* eſt intelligenda de eo, qui eſt præſens in Civitate, & *Sanfel.* de eo, qui eſt præſens in judicio.

Limita ſecundo, quando in ultima citatione, in qua inſertus eſt tenor poſitionum, citaretur domi; tunc non poteſt haberi pro confeſſo, quia omnino illa ſola citatio debet fieri perſonaliter, etiam ſi in primis duabus citationibus fuiſſet perſonaliter citatus.

Sed de hac ſecunda limitatione eſt in arbitrio Judicis hoc ſervare, ut diximus in *cap. de declinatoria*, ſed *de Luca ad Franch. & de Roſa in prax. civil. cap. 6. fol. 429. num. 59.* concludunt in ultimo præcepto non eſſe neceſſarium citare perſonaliter, ſed quod ſufficit citare domi, & ita ſervari in praxi, rejecto *Sanfel.* & aliis, ſed tantum ad cautius agendum citatio perſonaliter fiat. alias habeatur pro confeſſo prout deterius, neque amplius auditur, & ratio adducitur a *d. de Luca*, quia valet citatio facta domi, ſi quis citetur ad dicendum cauſſam quare non debeat excommunicari, & ſic in fortiori caſu; & dixi latius *cap. 9. de interrogatoriis num. 21.* ubi vide.

Limita tertio non procedere, quoties principalis haberet juſtam cauſam recuſandi depoſitionem, quia tunc non poſſet haberi pro confeſſo.

Has limitationes bene ponit *Caravit. in rit. 129.* quem ſequitur, & approbat *Muſcat. in gloſ. hæreditaria p. 3. num. 8.* ubi dicit ita eſſe intelligendam quoque *prag. 6. de ord. judic.* quæ pragmatica non loquitur de poſitionibus, ſed de declaratione facienda ſi ſit hæres, vel bona poſſideat, & ſimilibus interrogationibus, quæ ante conteſtationem fiunt, de quibus vide, quæ ſuſius diximus *in tit. de interrog. int. actor. & reum.*

32 Poſitioni reſpondens, eandem reſponſionem incontinenti, & antequam recedat, ac ad extraneos actus perveniat, revocare, & recorrigere poteſt, etiam non doctus de errore, niſi reſponſio ſit poſt terminum datum ad deliberandum, vel poſt datam copiam ipſarum poſitionum. *Poſt. de manut. obſerv. 63. nu. 53. Gabriel. de confeſſ. concl. 4. n. 4. & 10. Tuſch. in verb. poſitio concl. 391. Michalor. de poſit. cap. 62. num. 4.*

33 Poſitionibus ſi non ſit ſufficienter reſponſum, debet ſtatui novus terminus ad melius reſpondendum, cum reſtrictione ad illas, quibus non fuit ſufficienter reſponſum, non autem ſimpliciter; *Poſt. de manut. obſerv. 83. n. 56. Thomat. dec. 54. n. 5.*

Sed poſtquam quis ſufficienter reſpondit, non de-

bet vocari ad iterum reſpondendum, ne detur occaſio, ut ex variis reſpoſitionibus perjurium incurrat, *Poſt. ubi ſup. Borrell. in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 1. num. 47. Cyriac. contr. forenſ. 38. lib. 1. num. 7. Michalor. de poſit. cap. 50. num. 4. & cap. 51. num. 8. Thomat. dec. 53. num. 3 Mancin. de juram. p. 2. art. 2. num. 26.*

Niſi agitur de facto alieno, quia in eo, quod hodie non credit, poteſt cras credere. *Poſt. ubi ſup. Tenzon. ad ſtatut. Urb. lib. 1. c. 68. n. 129.*

Vel niſi in ſecundis poſitionibus magis diſtingueretur, & exprimeretur materia; *Poſtius ubi ſup. Anton. Sola ad decretum Sabaudiæ lib. 3. tit. 16. de poſit. gloſ. 12. n. 5.*

Et ita intelligendus eſt *Mot. de gr. cit. teſt. n. 33.* dicens, quod facta depoſitione ſuper poſitionibus, & intimata copia depoſitionis, denuo tenetur ſuper eis deponere, nam *pragm. 8. de ord. judic.* allegata per *d. Motill.* non dicit, quod ſuper eiſdem denuo tenetur, ſed ſuper aliis: ibi, *poſſintque partes ipſæ infra alios tres dies alias poſitiones deducere.*

Verba, & mens dictæ pragmaticæ clara eſt, ut poſſint poſt reſponſum primis poſitionibus produci aliæ, non eæ, quibus fuit reſponſum.

34 Poſitio enim ſemel facta, amplius fieri non debet, niſi novum quid emerſit, vel priora acta, & reſponſiones eſſent deperditæ. *Poſt. de manut. obſerv. 95. num. 57. Borrell. in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 1. nu. 271. & 460. Michalor. de poſit. cap. 50. num. 10.*

Ampliatur, ut neque in cauſſa appellationis quis tenetur deponere ſuper quibus depoſuit in cauſſa primæ inſtantiæ, niſi ubi poſitiones noviter formatæ in cauſſa appellationis non continerent illud idem, quod primæ poſitiones continebant, quia tunc teneretur reſpondere; *de Franch. deciſ. 220. Scop. ad Nicol. fol. 50. num. 97.*

35 Poſitionibus iterum reſpondens; ſi dixerit contrarium ejus quod prius dixerit, non habetur pro perjuro. *Poſt. ubi ſup. Borrel. d. tom. 2. tit. 1. nu. 16.*

36 Poſitionibus quando fit reſponſio, ſive depoſitio, Advocatus, & Procurator non poteſt eſſe præſens, ne reſpondentem verbo, vel nutu inſtruat. *Poſt. de manutent. obſerv. 83. nu. 48. Maranta in ſuis ſingularibus, verb. ruſticus fol. 125. & in l. actor. nu. 10. ff. de procur. Michalor. de poſit. cap. 63. num. 6. Mancin. de juramento p. 2. n. 70.* Sed fieri debet ſtatim in ſecreto ſub ſilentio ſine conſilio Advocati, vel Procuratoris.

Verba ſunt *Rit. 79. & pragm. 8. de ord. judic. Motill. fol. 40. num. 30. de grad. cit. teſt.* ubi reiicit *Fab. Coda in additione ad Coda fratrem cap. 4. lit. C.* aſſerentem licere procuratori aſſiſtere, quando Cliens eſt Idiota, vel mulier; quod eſſet contra expreſſum caſum *d. prag. 8.* licet de jure Communi, & per Conſtitutionem Regni, quæ incipit *partes*, aliter ſtatutum erat, ut notat *Caravit. in rit. 79.* qui omnino ſervari *d. ritum, & dictam pragm. 8. de ordin. judic.* teſtatur in Regno, quæ prohibent conſilium procuratoris, vel Advocati in depoſitione ſuper articulis, *Gallup. cap. 19. par. 2. n. 26.*

Hic non omitto advertere, quod *Motill. in d. n. 30. ubi ſupra* ex errore torcularii allegavit *rit. 169. pro rit. 79.* & ubi legitur, Clientem non prohibent ſuos procuratores conſulere, illa negativa eſt caſſanda.

At ubi reſpondens eſſet perſona indiſcreta, ut valde ruſticus, vel rerum imperitus, & Idiota, aut prodigus, ſeu mulier, pupillus, vel alius egens alieno conſilio; tunc ne decipiatur, admittendus eſt cum præſentia, & aſſiſtentia ipſius Advocati, ſeu Procuratoris. *Poſtius ubi ſupra num. 49. Marant. in d. l. ſi actor num. 205. ff. de procur. & de ordin. judic. pars. 6. actu. . . . . num. 16. & inter ſing. in d. verb. Ruſticus. Scac. de judic. lib. . . . cap. 7. num. 122. Borrell. in ſumma deciſ. tom. 2. tit. 1. num. 117. Ludovic. deciſ. Peruſ. 81. part. 2. Michalor. cap. 64. num. 8. Mancin. de juramento d. part. 2. art. 2. n. 1.* & alii apud *dictum Poſt.*

Et eſt in arbitrio Judicis videre, ſi ſit ſagax perſona, & ſi poſitiones ſint involutæ, in quibus ſimpliciores poſſent involvi, vel factum recens, in quo non poſſet involvi. *Scop. ad Nicol. fol. 51. num. 70. Petra rit. 79. Alsim. ad Rovis. deciſ. 34. num. 54.*

Verum eſt advertendum; quod ego non recederem ab obſervatione *dictæ pragmaticæ, & ritus*, qui locuti ſunt abſque diſtinctione, & ſi voluiſſent excepiuare dictas perſonas non capaces, exceptuaſſet legiſlator, & ubi lex non diſtinguit, &c. *Troyſius ſuper dicta pragm.* At per jus Regni remanet correcta diſpoſitio juris communis, & dico, quod ſervari poteſt extra Regnum, & in Curiis Eccleſiaſticis.

At ubi fas eſt ſecundum Ius Comm. admittere Advocatum, ut aſſiſtat in depoſitione Clientis; Tunc non poterit inſtruere circa ea, quæ conſiſtunt in facto; ſed ſolum circa ea, quæ ſunt de jure, ita *Motill. fol. 40. de grad. citat. teſt. num. 30. ex Afflict. ibi citato in conſtit. Advocatus lib. 1. de præſtat. ſacram. n. 8.*

Et minor reſpondere debet cum interventu Curatoris. *Poſtius ubi ſupra.* Imo ſi habet adverſarium ſagacem, poteſt minor ab Advocato inſtrui in reſpondendum poſitionibus. *Poſtius ibidem num. 52. ex Borrell. in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 65. nu. 97.*

37 Poſitionibus tenetur reſpondere Iudex ſuſpectus recuſatus, ut recuſans relevetur ab onere probandi cauſſam ſuſpicionis, ut dicimus *in cap. 6. de exceptione ſuſpicionis*, & ſi adſit modica retardatio in reſpondendo, habetur ſtatim pro confeſſo, *Regens Petra rit. 87.* licet contrarium dicat *Roſa in prax. civil. Decret.*

38 Poſitionibus ſenex 70. annorum reſpondere non cogitur, cum cenſeatur mentis inops. Verum ubi ſenes mentis compotes a Iudice judicantur, tenentur deponere; *Rov. dec. 34. num. 35.*

39 Poſitio tunc admittitur, quando ab onere probandi ponens relevari poteſt, unde qui onus probandi non habet, reiicitur, quia eſſet poſitio impertinens, & ſuperflua. Idque procedit tam ex parte actoris, quam Rei, ut late *Motil. fol. 41. de grad. cit. teſt. n. 36.* ex doctrina *Pauli de Caſtro*, & aliorum, ut ibi.

Ex regula, quod illud, quod non eſt probabile non eſt poſſibile; quam regulam ponit *gloſ. in l. 2. §. quod obſervari in verb. credat verſ. item videtur, de Franch. deciſ. 220. num. 8.*

40 Poſitio impertinens exemplificatur per *Motill. in grad. citat. teſt. n. 36.* v3. Ego vocavi te in judicio, ut mihi centum ſolveres, ex venditione fundi.

Tu mihi opponis exceptionem rei non traditæ, & poſtea ſuper tali exceptione formaſti poſitiones negativas, & contrarias meis poſitionibus, ſuper quibus, licet tu a me petas, ut deponam; Ego actor non teneor, quia tibi reo ſola negatio ſufficit, & negando tu rem non eſſe traditam, mihi transfers onus probandi contrarium, & allegat *Paul. de Caſtr. in §. quod obſervari, C. de Juram. calum. & Curt. in tract. de poſit. n. 26.*

Poſitio talem negativam continens, non eſt admittenda tanquam impertinens, & ſuperflua, &

Ratio aſſignatur, quia dum ponens abſque partis depoſitione eſt relevatus ab onere probandi, dicta poſitio dicitur ſuperflua, & impertinens; Sicuti omnis poſitio, quæ non relevat ponentem a dicto onere probandi.

Et quæ dicta ſunt de poſitione, intellige etiam de articulis ſuperfluis.

Et hoc procedit tam ex parte actoris, quam Rei, *Curtius, & Motil. ubi ſupra.*

41 Poſitio continens negativam de directo contrariam poſitionibus actoris, ſi ad ipſum reum pertineret onus probandi dictam negativam, quæ non eſſet ſuperflua, ut ſupra exemplificatum eſt, tunc actor tenetur reſpondere, per *Tex. in cap. 1. de confeſ.* Negativa enim poteſt probari per Confeſſionem actoris, ut *Motill. in grad. cit. teſt. n. 35. ex Bar. in l. quidem in jure ff. de don.*

42 Po-

42 Poſitiones, & articuli impertinentes ſunt, quando ad cauſſam non pertinent.

Poſitiones, & articuli non admittendi ſunt, quando licet pertineant ad cauſſam, tamen ſunt directe contrarii articulis adverſarii; Unde nota, quod impertinentia cadit in prima inſtantia, ſed non in cauſſa appellationis.

Sed in gradu appellationis articuli dicuntur potius non admittendi; *de Luc.ad Franch. dicta dec.22. n.3. & Revit.in pragm.12.de ordine judic.*

43 Poſitiones ſi controvertitur non eſſe admittendas, Judex ad breviandum Judicium, debet cogere partem ad reſpondendum, hujuſmodi oppoſitione non obſtante, niſi ſint omnino, & evidenter impertinentes; *Poſt.ita de manut.obſerv.83.nu.8. Rot.Rom.decif.138. num.126.Michalor.de poſit. cap.10. num.23.* & alii ibi congeſti.

Sed reſpondens poteſt præcavere, vel ut Judex dicat in decreto *ſalvo Jure impertinentium.* vel ut cum præcedenti proteſtatione, quod poſitionibus impertinentibus, & quibus de jure non tenetur reſpondere, non cenſeatur reſponſum, quia utroque modo reſponſio, & juramentum non præjudicabit confitenti; *Poſt. & Auctores ubi ſupra,*& ita concludit quoque *Motill. fol.41.num.38.de grad.cit.teſt.*

44 Et ubi Actor reſpondens confeſſus eſſet abſque cautela prædicta; Et reus poſtea poſitionibus actoris ſimiliter confeſſus eſſet abſque cautela, dum utraque pars fuit confeſſa ſuper poſitionibus invicem contrariis, utra earum debet ſuccumbere?

Reſpondetur, quod actor debet ſuccumbere, quia magis debet nocere confeſſio Actoris ipſi actori, quam Rei, ipſi reo; *Motill.d.fol.41.num.38.* & allegat *capit. cum ſint partium de reg.jur.in 6. Alex.in l. ſi non fuerit ff.de jure juran.*

45 Poſitiones debent fieri poſitive non autem interrogative; ideſt per modum interrogatorium, neque per modum exceptionum; alias pars non tenetur reſpondere; *Marant.p.6.art.4.num.16. fol.*390.& allegat *Bal. in l.data opera col. 2. C.qui accuſ. non poſſ. & Paul. de Caſtr.& Jaſon in l.judicio C.de judic. & Gem.in cap. 1.col.1.de confeſſ.lib.6. Poſt.de manut. obſerv.83.nu.35. Taſch.in verb.inſtrumentum col.48.num.7.*

Et ratio aſſignatur, nam ponens vult, ut adverſarius reſpondeat, ut relevetur ab onere probandi. Ita etiam par eſt, ut qui ponit per poſitiones, confiteatur, quæ poſuit, ut quoque ab eodem onere probandi illas relevetur adverſarius, juxta vulgatam regulam, reum, & actorem ad imparia judicari non debere. Is enim, qui ponit, fatetur, non is, qui interrogat, ut idem *Marant.ubi ſupra num.*6.Et idem *fol.*347.

Interrogationes vero, quæ hodie fieri poſſint ante conteſtationem litis, dicimus *in cap.de exception.* ſi eſt hæres, ubi pono plures differentias inter interrogationes, & poſitiones, ibique te remitto, ne his duplicate ſcribam.

Poſitiones vero fiunt poſt datum terminum, & non ante, ut habetur ex ordine *Pragm.6.7.& 8.* ut dixi *loco cit.Urſil.ad Afflict.dec.7.nu.16. Muſcatell.in gloſ.hæreditaria p.3.in ſua addit.*

46 Poſitionibus habitis pro confeſſatis per interlocutoriam Judicis, qui non reſpondit, poteſt probare contrarium, *Poſtius de manutent.obſerv.83. num.61.Farinac.de inquiſitis q.21.Michalor.de poſit.cap.48. Mancin.de juram.part.2.art.2.num.79.*

Et ſi poſt etiam confeſſatas poſitiones per reſponſionem juratam, conſtet de contrario, poteſt ipſa confeſſio revocari, *Poſt.& Mancin. ubi ſupra.*

Et mulier, & ruſticus reſtituitur adverſus decretum poſitionum, vel articulorum pro confeſſis factum in ipſorum contumaciam, vel ipſorum procuratorum. *Oſaſchus deciſ.* 87. quem ſequitur *Amend. ad Franch. dec.294.num.3.*

47 Et nota in praxi ſervari ad arbitrium præſentantis; Quod poſitiones præſententur clauſæ, & ſigillatæ ad examinatorem, vel cui committitur examen principale. Et hæc praxis fundatur, quia non eſt danda copia, nec notitia poſitionum, aut articulorum, ne illis viſis inſtruerentur ad calumnias, & ad modos negandi veritatem, juxta ea, quæ dicit *Muſcatell.in gloſ.legaliores num.33.poſt Afflict.in conſtitut.Partes n.3.& Bal. l.2.§.quid obſervavi C.de juram. calumniæ.*

Formula Tituli, qui fit foris in ſupradictam Chartam; quando Poſitiones præſentantur clauſæ, & ſigillatæ.

Poſitiones quæ clauſæ, & ſigillatæ præſentantur per N.de N. in M.C.Vic. in banca Magnifici T. penes Scribam N., ſuper quibus deponere debet N.de N. principalis, legalior, & melius ſciens veritatem per verbum *credo, & non credo* ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, ut ipſe omnino relevetur ab onere probandi. Neap.hoc die 13.Septembris 1707.

Altera formula.

Poſizioni, che per l'Univerſità delli Sedili ſono preſentate nel S. R. C. in banca del Magnifico Bombace, preſſo lo Scrivano Celentano, ut intus, e chiuſe, e ſigillate ſi conſegnanò al Magnifico Eſaminatore Palma, affinchè ſopra quelle deponga il Reverendo Beneficiato di S.Marco di Tremiti, come principale, ſervata la forma della Regia Prammatica ad oggetto di rilevarſi dal peſo di far le pruove. Nap. oggi 11. Settembre 1711.

48 *Formula poſitionum quando non clauduntur.*

Poſitiones, quæ præſentantur per T. de T. ſuper quibus petitur, ut T.de T.& T. de T. ex adverſo tanquam Principales legaliores, & melius veritatem ſcientes reſpondeant cum juramento, per verbum *credo, & non credo*, ſervata forma Regiæ Prammaticæ. Ut dictus ponens relevetur ab onere probandi, alias haberi pro confeſſis, prout deterius, ipſos reſpondere recuſantes, ſalvo jure addendi,&c. omni modo meliori,&c.

In primis pone, come nel meſe tale pagò ad eſſi T. T.T.docati tanti per tal cauſa.

Secondo, come convennero tra di loro di tale, o tal modo &c.

49 *Formula poſitionum in gradu repulſæ.*

In cauſſa pro magnifico Franciſco Squillano, ac magnifico U. I. D. Leonardo Riccio, & Catarina Roſelli conjugibus cum magnifico Ioſepho Ceſario.

Die 24.menſis Maii milleſimo ſeptingenteſimo tertio, Neap.præſentata per Magnif.U.I.D.Aloyſium de Fuſco U.I.D.Procuratorem.

Nel Sacro Regio Conſeglio, & penes acta compare Giuſeppe Ceſario, e dice come nella cauſa colli Magnifici D. Lionardo Riccio, e Caterina Roſelli Conjugi, e Magnifico D.Michele Anaſtaſio Curatore del Patrimonio del quondam Franceſco Ceſario in Banca olim di Salvo al preſente di Vivo, preſſo lo Scrivano olim Franceſco de Mari, al preſente Principato, ſi devono ripulſare tutti li Teſtimonj, nulliter cum rev. eſſaminati; perciò citra præjudicium di agere criminalmente, e di tutte altre ragioni contro detti magnifici Conjugi, e detti Teſtimonj, preſenta l'infraſcritte poſizioni, con poteſtà di aggiugnere, e fa iſtanza, che detti magnifici Conjugi ſub pœna falſi con giuramento per verbum *credo, & non credo,* come principali, più legali, e meglio inteſi della verità riſpondano, e depongano ſervata la forma della Reg. Prammatica, acciocchè detto ponente ſia rilevato dal peſo di fare altre pruove, altrimenti averſi per confeſſi, prout deterius, così dice, e fa iſtanza in queſto, ed in ogn'altro miglior modo.

Pri-

Primo pone, come nell'anno 1653. ſi procedè alla vendita della Caſa piccola, che fu del quondam Eugenio de Rito,e di detto quondam Franceſco Ceſario,detta vendita non ebbe il ſuo effetto, & il quondam D. Pietr'Antonio Santoro non pigliò nemmeno la poſſeſſione di detta Caſa.

Secondo, il Dottor Lionardo Riccio, e Caterina Roſelli Conjugi, pretendono eſſer credi pro medietate del quondam Dottor Pietro Antonio Santoro, e per l'altra metà pretende eſſer erede il Conſervatorio di S. Maria di Coſtantinopoli, dell'Eredità del quale Dottor Pietro Antonio Santoro, non ſi è fatto Inventario alcuno.

Terzo dopo, che ſi ſuppone venduta la Caſa piccola,mai la poſſedè detto Santoro,nè li ſuoi eredi.

Quarto, ſtante, che detta vendita non ha avuto il ſuo effetto, deve di nuovo venderſi, e procederſi alla diſcuſſione de'Creditori.

Quinto, come con il preteſto di eſſer creditrice di detto patrimonio s'intruſe in detta Caſa la quondam Angela Nola del detto anno 1653.in circa, ſenza Decreto di Giudice.

Seſto, come detti Riccio, e Roſelli, come Ceſſionarj del Magnifico Franceſco Squillano, crede di detta quondam Angela Nola in virtù di ſtromento ſtipulato a primo Aprile 1697. per mano di Notar Gregorio Servillo hanno preteſo continuare il poſſeſſo di detta Caſa, nella quale ſi era intruſa detta Angela ſenza decreto di Giudice.

Settimo, come li medeſimi Conjugi per cauſa di detta ceſſione avuta, corriſpondono a detto Squillano annui docati quaranta per Capitale di docati ottocento.

Octavo, come la quondam Angela Nola, e ſucceſſive detti Riccio, e Roſelli non ſolamente hanno poſſeduto detta Caſa piccola, ma la Camera, e Cocinetta non compreſa nell'apprezzo,e vendita ſuddetta.

Nono, come con denaro de'pigioni della Caſa grande, e proprj del Comparente, ſi ſono pagate molte ſomme a'creditori di detta Caſa piccola, oltre li denari, che rappreſenta ad rem reficiendam, ed il Cenſo, che ha pagato alli RR.PP.Teatini di S.Paolo di carlini trenta annui.

Decimo,come Proſpero Sebaſtiano era parente ſtretto della quondam Angela Nola, & Onofrio Fiorillo, & Iſabella Venere Conjugi inſieme con Nicola Mollo loro figliaſtro ſono ſtati pigionanti ſotto dette Caſe, nelle quali ſi ſono intruſi detti Riccio,e Roſelli,ſite alla porta piccola di S.Paolo, e Ceſare Cangiano è andato ſempre pubblicamente cercando l'elemoſina.

Die trigeſima menſis Maii milleſimo ſeptingenteſimo tertio, Neapoli.

Magnifica Caterina Roſelli della Terra di Laurino Piaggine in Provincia di Salerno, commorante in Napoli da molti anni, dice eſſere moglie del Magnifico Dottor Leonardo Riccio, & abitare a S. Paolo alle caſe proprie d'età ſua d'anni quarant'otto in circa, ut dixit, Principalis, cum juramento delato tactis ſcripturis de veritate dicenda per verbum *credit, vel non credit* ſervata forma Regiæ Pragmaticæ ſuper infraſcriptis ſibi lecturis Poſitionibus præſentatis pro parte Magnifici Ioſeph Ceſario in cauſſa, quam habet in S.R.C.cum ipſa deponente, & ejus viro, & Procuratore.

Super prima poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod non credit,ut ponitur.

Super ſecunda poſitione ſibi lecta, *dixit*, che ſi rimette alle ſcritture.

Super tertia poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod non credit,ut ponitur.

Super quarta poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod ſimiliter non credit, ut ponitur.

Super quinta poſitione ſibi lecta, *dixit*, rimetterſi alle ſcritture.

Super ſexta poſitione ſibi lecta, *dixit*, che ſi rimette alle ſcritture.

Super ſeptima poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod ſimiliter remittitur ſcripturis.

Super octava poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit, che l'articolata quondam Angela Nola, e poi ſucceſſivamente eſſa deponente, e ſuo marito hanno ſempre poſſeduto l'articolata camera con cocinetta, che riſiede nel primo ballaturo della caſa picciola, la quale ſempre è andata compreſa con detta caſa piccola, atteſo l'altra camera, e cocinetta, dove ſi andava per l'iſteſſo ballaturo per dentro l'iſteſſa camera, ſi è poſſeduta, e preſentemente ſi poſſiede dal Magnifico Giuſeppe Ceſario.

Super nona poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod non credit,ut ponitur.

Super decima, & ultima poſitione ſibi lecta, *dixit*, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit, che l'articolato Onofrio Fiorillo, e ſua moglie hanno abitato per lo ſpazio di certo tempo ſotto l'articolata caſa piccola,& ita depoſuit,ut ſupra.

Ramonio Regius Examinator S.C.

✱ Signum Crucis.

Eodem retroſcripto die ibidem,&c.

Magnifico Dottor Leonardo Riccio di Napoli commorante a S. Paolo alle caſe proprie di età ſua di anni ſeſſanta tre in circa, *ut dixit*, Principalis cum juramento delato tactis ſcripturis de veritate dicenda per verbum *credit*, *vel non credit*, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ ſuper infraſcriptis ſibi lecturis poſitionibus,& primo.

Super prima poſitione ſibi lecta,*dixit*,non teneri deponere ſuper poſitionibus repulſæ,niſi concernentibus circa conſanguinitatem, ut teſtantur omnes Doct., & proteſtatus fuit, prout dentro proteſtatur de poſitionibus impertinentibus,maxime concernentibus cauſſam principalem, & quod nullum ſibi, & ſuæ uxori inferatur præjudicium per reſponſiones, quæ tantum fiunt ad breviandum jurgia, & proinde *dicit*, quod non credit, ut ponitur, ſed tantum credit, che ebbe il ſuo effetto la compra, che fe il quondam Dottor Pietr'Antonio Santoro ſubhaſta S.R.C.della caſa del Patrimonio del quondam Franceſco Ceſario, e detto Dottor Pietr Antonio ne pigliò il poſſeſſo precedente decreto, & inteſi tutti gl'intereſſati di detto Patrimonio, come coſta dalli proceſſi di detto Patrimonio ben noti al ponente Ceſario.

Super ſecunda poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione præmiſſa, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit,che il preambolo a beneficio della Magnifica Caterina Roſella, e l'inventario fatto all'eredità del quondam Dottor Pietr'Antonio Santoro apparono dalli proceſſi del detto Patrimonio, che ſono ben noti al detto Ceſario.

Super tertia poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione,&c.quod non credit,ut ponitur,mentre tanto è vero, che l'articolata caſa fu poſſeduta dal detto quondam Dottor Pietr'Antonio, mentre viſſe, e poi continuata da eſſo deponente, e ſua moglie, che ſono fatti voluminoſi proceſſi colli pretenſori, e detto Ceſario è ſtato convenuto da eſſo deponente per lo ſpoglio di due camere.

Super quarta poſitione ſibi lecta, eadem proteſtatione, &c.*dixit*, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit, che l'oſta l'eccezione rei judicatæ, & litis finitæ.

Super quinta poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione,&c.quod non credit,ut ponitur,ſed hoc tantum credit, che l'articolata Angela Nola ave abitato nell'articolata caſa per compenſare coll'abitazione quel-

lo

lo doveva conſeguire per l'annualità del ſuo credito, con il quale ne fu pagato il prezzo di detta caſa comprata ſub haſta.

Super ſexta poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione, &c. quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tãtum credit; che eſſo deponente, e ſua moglie hanno concordato con l'articolante Magnifico Franceſco Squillano; erede di d. quondam Angela, ed altri di Nola il credito, che dovevano conſeguire ſopra d. articolata caſa, quale è ſtata ſempre, e preſentemente ſta in dominio, e poſſeſſione di eſſi Conjugi eredi.

Super ſeptima poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione, &c. quod credit, ut ponitur.

Super octava poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione præmiſſa, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit, che l'articolatã camera con cocinetta non compreſa nell'apprezzo, e vendita della caſa piccola, ſi è poſſeduta, e ſi poſſiede da eſſo deponente Magnifico Giuſeppe Ceſario, con eſſerſi ſabbricata la porta del muro diviſorio tra la pianta della caſa piccola di eſſo deponente, dove ſi entrava per il primo ballaturo, e l'altra camera con cocinetta, che va con la pianta di d. caſa picciola di eſſo deponente, dove ancora ſi entra per d. ballaturo, fu comprata con l'apprezzo ſuddetto, e compra ſubhaſta, e queſta inſieme con d. caſa picciola, ſi è poſſeduta ſempre, e ſi poſſiede da eſſo deponente, e ſua moglie; ed in conſeguenza anco la teneva la ſuddetta quondam Angela de Nola per tutto il tempo, che abitò in detta caſa.

Super nona poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione præmiſſa, quod non credit, ut ponitur.

Super decima, & ultima poſitione ſibi lecta, *dixit*, eadem proteſtatione præmiſſa, quod non credit, ut ponitur, ſed hoc tantum credit, che l'articolato Onofrio Fiorillo, è ſua moglie anticamente abitavano ſotto det. caſa piccola; però preſentemente abitano verſo S. Maria d'ogni Bene, & ita depoſuit, ut ſupra.

Io Dottor Leonardo Riccio ho depoſto, ut ſupra.

Ramonio Regius Examinator S. C.

50 Curator ad lites, &c.

Curator hæreditatis jacentis non tenetur deponere, ut principalis, quia non eſt principalis, ſed Curator, & Patrimonio præjudicare non poteſt; *Rocc. reſponſ. 17. num. 3. tom. 2. Marad. ad Gallup. part. 2. cap. 19. num. 17.*

C A P. XVIII.

De Publicatione.

S U M M A R I U M.

Publicatio in cauſſa quid ſit, num. 1.

Teſtis palam examinatus, nullam meret fidem, & aſſignatur ratio, num. 2.

Publicatio in cauſſa, ad quem finem fiat, & qui ſint ejus effectus, num. 3.

Publicatio non requiritur, ubi proceditur ſummario, ſed fit facultas loco publicationis, num. 4.

Publicatio non fit, ubi non ſunt examinati teſtes, ſed fit concluſio, rejectis contrariis, num. 5.

Publicatio fit poſt factas probationes, & poſt lapſum terminum, num. 6.

Publicatio quando fieri debet teſtium præſentium, ſi audientia abſentium tardatur, num. 7.

Teſtes, ut recipiantur poſt publicationem non ſolum debent eſſe nominati, ſed etiam in termino citati, num. 8.

Proteſtationis formula, quæ fieri debet antequam fiat publicatio, cum advertimentis, num. 9.

Publicationis decreti formula cum advertimentis, & diverſitate praxis, & quæ diverſitas ſervatur in S. C. & Reg. Cam. & quæ in M. C. V. & quæ in aliis Curiis Regni, num. 10. „ *Ubi quid ex* nov. Conſt.

Publicationis, & concluſionis formula in Curiis extra Neapolim, quæ fit partibus præſentibus, num. 11.

Dicta teſtiũ ſi fuerint lecta, & didicita teſtificata, impeditur examinatio teſtium, licet actus publicationis factus non ſit, num. 12.

Publicatio an ipſo jure intelligatur facta, & partes acta percunctare, & repulſam petere poſſint, num. 13.

Publicationis omiſſio, an ſit nullitas, num. 14.

Publicatio, & concluſio omitti non poteſt, ubi proceditur in contumaciam, ſed partes poſſunt renunciare, num. 15.

Publicatio in Curia Romana non eſt in uſu, num. 16.

Dicta teſtium quando dicuntur didicita, & lecta teſtificata, & datur cautela, & declaratur Pragm. 3. de teſtium refrenatione, num. 17.

Publicationis loco fit facultas ad dicendum in cauſis ſummariis, quæ fit etiam loco concluſionis, & monitionis ad ſententiam, & datur formula dicti decreti facultatis, cum declaratione, num. 18.

Terminus quomodo ſtatuitur in cauſſis ſummariis, & quomodo proceditur ad expeditionem, num. 19.

Publicatio fieri non poteſt, niſi elapſo termino examinandi teſtes, tam intra Civitatem, quam extra, num. 20.

1 Publicatio in cauſſa non eſt aliud, niſi atteſtationum ſecrete depoſitarum, ſollemnis, & deliberata oſtenſio partibus per Iudicem facta, ſecundum *Marian. Socc. in c. fraternitatis num. 22. extra de teſtib.* Ex qua definitione habes, quod teſtimonia ſecrete ſunt recipienda, *l. nullum 12. C. de teſt. cap. venerabilem extra eodem.*

2 Adeo quod ſi teſtes palam ſint recepti nullam merent fidem, *gloſſ. in c. quia propter verb. ſecreto de elect. in 6.*

Et ratio aſſignatur, quia teſtis præſumitur potius ſecreto, quam aliis præſentibus, veritatem dicturus, *Boer. apud Fabrum defin. 51. C. eodem.*

Hinc praxis inolevit, ut mediante actu publicationis per Iudicem atteſtationes oſtenduntur, & publicantur partibus, & in Regno eſt *Ritus M. C. V. 72. & Pragm. 11. de ord. judic.*

3 Publicatio in cauſſa ſecundum *Carav. in art. 72. nu. 3.* fit ad finem, ut partes habeant notitiam atteſtationis, & ut poſſint repulſare teſtes contrarios. Secundo, ut ſervetur ordo in judiciis. Tertio, ut detur majus robur atteſtationibus; teſtes enim non publicati, nullam fidem faciunt, ut *Muſcat. in p. 6. Gloſſ. partes num. 16.*

Publicationis effectus duo præcipue ſunt. Primus, ne teſtes amplius poſſint recipi, & hoc intellige regulariter, quando non ſunt aliqui caſus excepti, ut inferius; *Pragm. 3. de teſt. refrenat. & Gloſſ. in c. cum dilectus de fide inſtrum.*

Secundus effectus eſt; ut partes habeant notitiam atteſtatorum, ex qua deliberare valeant, an proſequi, an cedere velint litem, vel contra teſtes, & eorum dicta repulſam petere, vel ſuas atteſtationes aliis ſcripturis profulcire, aut ſi ſint perſonæ privilegiatæ per reſtitutionem in integrum adverſus probationes omiſſas fulciri, ideſt primum, & ſecundum beneficium petere, ut *DD.* omnes *arg. c. inter Monaſterium, c. ſuborta de re judic. & l. 1. C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur, Pratus ad Muſc. in gloſ. munitum.*

4 Publicatio proprie non requiritur, quando ſummatim cognoſcendo, utraque parte petente eſſent examinati, *Mar. p. 6. art. 11. n. 7. Carav. rit. 72. n. 13.*

Publicatio neque requiritur, ubi ſummarie eſſent recepti teſtes, etiam quod ſint in ſecreto examinati, & parte abſente, citata tamen ad videndum juramenta, ut diximus *in tit. de judic. execut. & ſummario, & Carav. ubi ſup. Guid. Pap. dec. 36. in fine*, quia fit facultas loco publicationis, cujus formulam habes in *d. tit. de judic. exec.*

5 Publicatio neque fit in cauſſa, cum non fuerit per te-

teſtes probatum, ſed fit concluſio; quod etiam procedit in terminis beneficiorum, & repulſarum, ita concludit *Motil. de grad.public.num.2.*

Rejecto *Muſc.qui in gloſ.repulſæ p.6. num.3.* voluit publicationem fieri debere, etiam ſi non fuerint factæ probationes, ad finem percunctandi ſcripturas forſan productas,& contra eas impugnandum.

Item ad finem claudendi viam amplius probandi; cum per dictam publicationem inducatur excluſio probationum.

Quia reſpondet prædictis, nempe ubi non fit publicatio, actus concluſionis finem imponit probationibus, & poſt concluſionem poteſt peti terminus ad impugnandum ſcripturas productas, & ita praxis intellexit *Pragm.11.*quæ incipit,*Curſu dilationum*, & increpat contra *Muſc. & Marant.* tanquam non verſatos in Tribunalibus Neapolitanis, ſed ſolum in Curiis per Regnum.

6 Publicatio itaque fit in cauſſa poſt factas probationes,& poſt elapſum terminum ex *d.Pragm.1. de ord.judic.Motil.de grad.public.num.1.*

7 Publicatio teſtium præſentium non retardatur, quando atteſtatio teſtium nominatorum, quorum eſt commiſſa audientia, multum tardat, ſed parte inſtante, poteſt Judex, ſi vult, publicare, cum reſervatione, quod quandocumque ante ſententiam venerit audientia teſtium commiſſa recipiatur, & in calculo ſententiæ habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit; nec retardatur concluſio, & proceditur in cauſſa ad ulteriora, quia mora unius alteri non debet obeſſe, quæ praxis inolevit ex *Rit.86.& 88.* ubi *Caravit.Motill.de grad publ.num 1.Petra in rit.88.nu.1.*& omnes communiter, & Judex ſi maluerit expectare, ſuſpenditur quouſq; venerit examen commiſſum, & fit poſtea unica publicatio; *Franc.dec.57.n. 3. Caravit.ubi ſupr.*

Sed ne erres, intellige hanc praxim tunc habere locum, quando eſſet elapſus terminus etiam reſpectu nominationis factæ in partibus. quia ſi adhuc durat terminus nominationis, non poteſt fieri publicatio reſpectu teſtium examinatorum in Civitate, ut advertit *Muſcatell.p.6.gloſ.partes in ſua addit.lit.A. de Franch. d.dec.ſ. ubi ſupra*; qui vidit multos in hoc erraſſe.

8 Et intellige, & adverte, quod licet *Reg. Pragm. 3. de teſtium refrenat.*denunciat, ut poſt publicationem non recipiantur teſtes, niſi fuerint ante nominati, & juſto impedimento non examinati, intelligenda eſt, ut non ſolum teſtes ſint nominati, & in citatione ad teſtes ſint expreſſi, ſed etiam, ut in termino ſint citati, & ita praxis interpretavit dictam Pragmaticam, quo fit, ut paſſim fiat decretum, quod teſtes in termino citati recipiantur, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit; eruditiſſimus *Dominus Maradei obſervat.391.num.2.*& antea dixerat *Motill.in grad. publicat.num.7.* de quo etiam inferius nos dicemus.

9 Publicatio,antequam fiat,cautus Procurator,proteſtatur contra teſtes,dicta, & dicenda per eos, quatenus contra, non autem quatenus pro; *Muſc.gloſ.momentum n.5. Foller. in prax. p.2. verſ. concedatur repulſa num. 24.* Et additur alia clauſula, reſervando repulſam,& repulſam repulſæ, de qua late dixi in *cap.de repulſa.*

Et ratio aſſignatur, quia non proteſtando contra eos, videtur approbaſſe, & præſumeretur poſtea calumnioſe velle reprobare poſt dicta teſtificata, & merito denegabitur repulſa, ubi non præceſſerit dicta proteſtatio.

Quæ concluſio limitatur, ubi teſtes eſſent de per ſe omnino inhabiles; quos Judex ex officio rejicere deberet, quia dum partes non poſſunt expreſſe illos approbare, minus intelligerentur approbare tacite ob dictam proteſtationem non factam. Exemplificatur, ut ſi fuerint banditi, vel excommunicati: *Marant. p. 6. actu 14.num.2. Foller.ubi ſupra.*

Et notabile eſt advertendum, ut dicta proteſtatio non fiat ſimpliciter, ſed addatur illa clauſula, *quatenus contra, & non aliter, non autem quatenus pro*; nam ubi ſine dicta clauſula fieret, ipſimet proteſtanti noceret, ſi eorum dicta afficerent cauſam proteſtantis, quia eis uti non poſſet; ex eo quia non debet proteſtans relevari ab iis teſtibus, contra quos fuit auſus impugnare; *Boer.dec.245.num.6. Muſc. & Foller.ubi ſup.*

10 *Publicationis formula hæc eſt v3.*

Per Ducalem Curiam Terræ Eboli fuit proviſum, quod in præſenti cauſa fiat, prout fit petita publicatio,cum termino dierum octo ad percuntandum acta, ita per hoc ſuum,& Intimetur.

Riccius Judex.

Proviſum die,quo ſupra,Eboli.Curia,&c.

T.Actuarius.

Hanc formulam tradit *Nicolin. fol.56.num.15.*

Publicatio fit diverſimode, nam in S. C. & Regia Camera Summariæ, prius expeditur monitio ad publicandum, & poſtea expeditur publicatio, & ſic ante concluſionem,ad concludendum.

„ Hodie hujuſmodi actus tamquam inutiles fuerunt a
„ Rege noſtro rejecti, & aboliti, his verbis: *Per l'iſteſ-*
„ *ſo effetto vogliamo, che da oggi innanzi nelle compi-*
„ *lazioni de' giudizj ſi tolgano gli atti ad concludendum,*
„ *& concluſio, e l'atto ad publicandum; reſtando ſo-*
„ *lamente fermi gli atti della Pubblicazione, e della*
„ *monizione: quali atti di Pubblicazione, e monizione*
„ *ſi debbano anche fare ne' termini di ripulſa, e del pri-*
„ *mo Beneficio.* Ab hoc tamen decreto Publicatio-
„ nis nullum omnino remedium admittitur, ut verba
„ ſequentia decernunt. *Conchè però dal decreto della*
„ *Pubblicazione, che ſi fa dal Commeſſario in caſa, non*
„ *ſi poſſa produrre alcun rimedio*; prout legitur *in nov.*
„ *Conſt.§.I.num.28.*

Sed in M.C.V.expeditur publicatio abſque præcedenti monitione; & abſque præcedenti inſtantia partis, & deinde concluſio, ſimiliter abſque aliqua monitione, nec inſtantia partis; *Motil.de grad.public. num. 5.Sanfel.ſect.57.num.1.fol.153.*

In Curiis vero inferioribus per Regnum ſervatur practica tradita a *Nicolino d.fol.56.num.12.Caravit. rit.72.Sanfel.in ſumma ordinis fol.173.num.10.*quod priuſquam fiat publicatio, præcedere debeat inſtantia, in calce cujus fit, *intimetur parti*, & poſtquam intimata eſt, ſi nihil replicat, tunc fit decretum publicationis. Si vero replicat, tunc ſi militant replicata, providetur ſuper replicatis; ubi vero non militant, tunc Judex interponit decretum publicationis, ſcilicet quod oppoſitis non obſtantibus fiat publicatio, prout Judici videbitur; & ante *Nicol.* ita tradidit *Muſc.in p.6 gloſſ. partes num.7. & Carav. ritu 72. Sanfel.ubi ſup.*

Publicatio proceſſus fieri non poteſt,niſi citata prius Parte, docet *Ricc.p.4.dec.289.num.21.* & cave a *Scop.* qui tradit fieri concluſionem abſque citatione ad concludendum, in omnibus Tribunalibus, præterquam in Sacro Conſilio, *fol.56.num.10.ad Nicol.*nam d.Praxis *Scopp.*ſervatur ſolum in M.C.V. ſed in aliis Curiis Regni ſervatur citatio ante publicationem, & ante concluſionem.

Adeo quod ſi publicatio, vel concluſio fieret Parte prius non citata, eſſet nullitas ex defectu citationis, ſtante generali ſtilo, conſuetudine firmato omnium Curiarum Regni,excepta M.C.V.

Fallit, quando partes ambæ ſunt præſentes. Tunc ego ſolitus fui requirere oretenus, ſi aliquid eis occurrit, & ſi nihil ſubſtantiale in contrarium dixerint, feci actum publicationis,vel concluſionis,v3.

For-

Digitized by Google

11 *Formula publicationis, & concluſionis in Curiis extra Neap., quæ ſit partibus præſentibus.*

Per Curiam T. inſtante T. & altera parte præſente, audiente, & requiſita, & nihil ſubſtantiale opponente fuit facta, prout fit publicatio, vel concluſio.

Et non impedirentur teſtes in termino citati examinari, qui eſt unus effectus dictæ publicationis. Ea ratione, quia actus nullum parit effectum, ita concludit idem *Carav. in d. rit. 72. in fin.* ex doctrina *Bart. ut ibi.*

12 Verum ſi ex tali publicatione ſic nulliter facta Adverſarius didiciſſet teſtificata, tunc impediretur examinatio teſtium, non ratione publicationis, ſed quia didicit teſtificata, idem *Carav. d. rit. 72. num. 15.* ex doctrina *Bald. in auth. qui ſemel C. de probat. col. 3. verſ. 7. & in l. ſi quis teſtibus col. 4. eod. tit.*

Et quoties dicta teſtium fuerint lecta, ſeu didicita teſtificata, amplius non licet producere teſtes, etiam quod factus non ſit actus publicationis; *Scopp. ad Nicolin. fol. mihi 57. n. 150. ex tex. in auth. at qui ſemel C. de prob.* juncta *Novella Conſtitut. de teſtibus coll. 7. §. quia vero verſ. illud; Motill. de grad. publ. num.* 8.

13 Publicatio an ipſo jure intelligatur facta, eo ipſo, quod terminus probatorius labatur; Dum in Regno habemus *Rit. 72. & pragm. curſu dilat.* ubi ſic expreſſe ſtatuitur.

Duæ reperiuntur ſententiæ invicem contrariæ. Una affirmativa, negativa altera. Et quod circa hoc hodie non ſervatur *dict. ritus, & dict. pragm.* ut late ſunt pro utraque congeſti DD. apud doctiſſimum *Conſil. Petra ſup. d. rit.* quos brevitatis cauſa relinquo.

Ego vero concludo cum *Muſcat. in gloſſ. partes par. 6. in ſua addit. lit. B.* ubi diſtinguit, quod ſi a parte non petatur, tunc certe intelligitur ipſo jure facta publicatio. Item ſi petatur, & per Judicem fuerit omiſſa; quia tunc licet per Judicem non ſit factum decretum publicationis, partes poſſunt percuntare proceſſum, & repulſam petere, ac ſi eſſet facta publicatio.

Si vero petatur, tunc Judex non publicabit, niſi prius citata altera parte, ut ſupra diximus, & ſic cum hac diſtinctione remanent concordatæ dictæ contrariæ opiniones, & ita ſonant quoque verba *Rit. prædicti*, ibi: *Infra quatuor dies per partes petatur publicatio, & ſi non petatur, habeatur ex tunc pro publicato*; & cum dicto ritu concordanda ſunt verba dictæ *pragmaticæ*, ibi, *ipſo jure publicatum intelligatur, niſi partes, vel aliqua ipſarum infra quatuor dies, &c.* & ibi: *Judex ejus arbitrio publicationem retardare poſſit.*

Hinc infertur, quod remanet reſoluta alia longa quæſtio, quæ eſt inter practicos.

14 An publicatio in Regno, ſi omittatur, dictæ publicationis omiſſio ſit nullitas? Et licet ſimiliter duæ reperiuntur DD. opiniones invicem repugnantes, ut eſt videre apud *Caravit. rit. 72. & Muſc.* tenentem contra *Carav. in gloſ. partes par. 6. lib. 1. & gloſ. inſtantia par. 3. lib. 2. nu. 3. & Petra ſuper d. ritu 72. num. 4.*

Attamen videtur apud moderniores recepta ſententia, ex tali omiſſione, proceſſum non vitiari. Sed ſolum ubi petita fuerit, & per judicem denegata, poterit pars tanquam gravata appellare a denegatione, quia per dictam denegationem non datur aditus percuntandi proceſſum, & teſtium dicta diſcendi, & contra eos repulſam petendi; ita concludit *Motill. de grad. public. num. 6.* ubi allegat *Carav. rit. 72. Sanfel. in prax. ſect. 57. num. 2. Pratus ad Muſc. gloſ. moneantur*, per *tex. in cap. inter Monaſterium, & cap. ſuborta de re jud. l. 1. C. ſi ſæpius in integrum reſtit. poſtuletur*. Et ratio aſſignatur, quia gravamen tantum infertur, non autem nullitas; *Prat. ad Muſcat. in gloſ. momentum, Sanfelic.* & alii apud *Motill. de grad. publicat. n. 6.*

Scopp. ad Nicolin. fol. 56. num. 50.

Et ab hac ratione non videtur diſſentire *Muſcat. in ſua addit. in dict. gloſ. partes lit. B.* qui quaſi ſe ipſum corrigendo, (dum contrarium tenuit *in d. gloſ. & in gloſ. Inſtant. a*) concludit in dicta additione ſententiam non eſſe nullam ob denegationem publicationis, dummodo non fuerit impeditus aditus percuntandi, & repulſandi teſtes. Dum ſine actu publicationis, poteſt proceſſus percuntari, & teſtificata didici, & teſtes repulſari.

Vera itaque concluſio erit, quod per denegationem publicationis non vitiatur proceſſus. Sed per denegationem percuntationis, & denegationem repulſæ, fieret nullitas ex notoria injuſtitia. Tam attento Jure Communi per *Clem. ſæpe de verb. oblig.* quam attento Iure Regni per *Cap. doteſtantes*; Quia per dicta jura non ſunt ſublata ea, quæ concernunt defenſionem, dum defenſio in quolibet judicio quantumvis ſummariiſſimo, & privilegiato tolli non poteſt, ut concinne dictos *Muſc. in ſua addit. ubi ſup.*

15 Publicatio, & concluſio omitti non poteſt, ubi proceditur in contumaciam, alias erit nullitas, ut dicemus in *cap. de concluſione.*

Publicationem, & concluſionem poſſunt partes renunciare, imo una pars poteſt renunciare, altera contumaciter abſente, ſecus ubi altera pars contradiceret; *Muſc. in gloſ. inſtantia p. 3. num. 4.* Publicatio in
16 Curia Romana non eſt in uſu, niſi in tertia inſtantia; ut tradit *Ventrigl. in prax. Rom. Cur. lib. 7. cap. 1. nu. 4.* apud *Scop. ad Nicolin. fol. 56. num. 20.*

17 Didicita teſtificata tunc dicuntur, quando atteſtationes perventæ ſunt ad notitiam litigantium, ita quod non ſufficiat ſimplex decretum publicationis ad impediendas teſtium atteſtationes ex *auth. At qui ſemel C. de probat.* ubi *Abb. & Socc.* & ſic deciſum refert *Faber defin. 62. C. de teſtibus.*

Proinde habita fide ab Actuario, & Scriba, examen non fuiſſe percuntatum, examinantur teſtes in termino citati, non obſtante publicatione facta, ac ſic in praxi ſervari teſtatur *Pratus ad Muſcat. in gloſ. cauſa verſ. quatenus*, quem ſequitur *d. Reg. Petra rit. 72. num. 7. & D. Scoppa ad Nicol. fol. 57. num. 120.* & ita in praxi eſt interpretata *pragm. 3. de teſt. refrenat.* de qua vide, quæ ſupra diximus, *Motill. de grad. publ. n. 7.* & abſque fide præſumitur didiciſſe teſtificata.

Sed teſtes recipi poſſunt poſt publicationem factam, & poſt didicita, & teſtificata, quando vel Judicis, vel examinatoris culpa teſtes citati in termino non depoſuerint, ut deciſum refert *de Franch. deciſ. 7. Muſcat. gloſ. partes num. 92. par. 3. Gallup. par. 2. cap. 26. num. 7. Dom. Reg. Petra in rit. 72. n. 10 & rit. 86. n. 6.*

Et alii caſus ad limitationem regulæ narrantur a *Motill. in grad. public. num. 7.* & nos infra.

Verba *d. pragm. 3. de teſt. Refrenat.* ſunt, v3.

Mandamus, poſt proceſſus publicationem ſuper articulis in cauſa productis, teſtes etiam extra proceſſum non eſſe recipiendos ad effectum, ut de eis, ſententiando, ratio aliqua haberi debeat, niſi appareat ex actis, tales teſtes ante publicationem fuiſſe per partem nominatos, & aliquo juſto impedimento interveniente, non fuiſſe examinatos, quem caſum juris diſpoſitioni relinquimus.

Ita etiam *gloſ. in c. cum dilectus de fide inſtrum. Abb. in cap. Fraternitatis de teſtib. n. 6.*

18 Facultas ad dicendum fit in cauſſis ſummariis loco publicationis, concluſionis, & monitionis ad ſententiam; *Muſcat. par. 1. gloſ. petitur num. 33.* in hunc modum, v3.

Die 26. menſis Junii 1697. in Terra, &c.

Per principalem Curiam Terræ, &c. proviſum, & decretum eſt, quod in præſenti cauſa fiat, prout fit petita facultas, cum termino dierum duorum ad acta percuntandum, & infra eundem terminum, & dein-

de in antea cum continuatione ambæ partes comparеant ad dicendum quicquid, & ad audiendum tenorem diffinitivi decreti, quoniam intendit præſentem cauſam expedire; hoc ſuum, & intimetur.

T. de T. Gubernator, & Judex.

Proviſum die, quo ſupra in T. Civitate.

Curia, &c.

T. de T. Actuarius.

Ita habet apud *Sarn. in prax. civil. §. 1. num. 4. & Nicolin. fol. 56. num. 117. & Scopp. eod. fol. num. 100. poſt Gallup. par. 2. cap. 26. num. 1.*

Nam in ſummariis non requiritur concluſio, *Maraut. p. 4. diſt. 9. num. 24.* ſed actus, qui fieri ſolet poſt concluſum habet vim concluſionis

Nec requiritur publicatio, quando teſtes ſummarie ſunt recepti; *Gud. Pap. dec. 369. voto ſin. Carav. rit. 72. num. 13.*

Sed melior, & vera formula erit, prout ego obſervavi in multis proceſſibus Sacr. Conſ. & M. C. Vic. & aliorum, & ſignanter in quibuſdam proceſſibus factis coram Fulvio Conſtantio Regente, & per S. E. delegato in cauſſa Cæſaris Scarlati contra hæredes quondam Cæſaris Zittara, qui proceſſus ad præſens eſt in Reg. Cam. penes Capuanum, & eſt hoc modo v3.

Viſis actis, fuit conceſſa facultas percuntandi in præſenti cauſa, cum termino dierum duorum, infra quem partes compareant ad dicendum quicquid velint, alias, &c. hoc ſuum, & intimetur.

Senſus erit, quod facto examine teſtium, conceditur facultas percuntandi dictum examen, & propterea male dicitur, *fiat facultas*; ſed rectius dicitur, *concedatur facultas.*

Deinde ſequitur v3. *Infra quem partes compareant ad dicendum &c. alias, &c.* Ubi ſenſus erit, ad dicendum, & allegandum ſuper expeditione cauſſæ, alias ipſis comparentibus, vel non, procedatur ad expeditionem, &c.

Imo vidi ſæpius, quod apponunt expreſſe clauſulam, *quoniam juſtitia mediante, &c.*

19 Et eſt notandum, quod in cauſſis ſummariis dupliciter modo ſtatuitur terminus, primo fit decretum, quod capiatur ſummaria informatio, & teſtes habeantur pro citatis. & recipiantur per Scribam cauſæ, vel per Actuarium Curiæ, &c.

In quo decreto ſi non ſtatuitur certus numerus dierum, tunc intelligitur ſtatutus terminus bidui, quo biduo elapſo poteſt altera pars inſtare, ut fiat facultas, & procedatur ad expeditionem.

Ubi vero altera pars citata ſuper dicto decreto facultatis non ſe oppoſuerit.

20 Publicatio fieri non poteſt, niſi lapſo termino examinandi teſtes, tam intra Civitatem, quam extra; *de Franch. deciſ. 57.* & nos diximus in *cap. 10. de nomin. & aud. teſt. abſent. num. 35.*

Quo termino elapſo, ſi altera pars retardat producere ſuum examen; poteſt fieri publicatio ad inſtantiam partis, quæ produxit examen ſuum, cum clauſula, ut dixi *num. 6. & 7.*

C A P. XIX.

De Repulſa Teſtium.

S U M M A R I U M.

Repulſa eſt rejectio, quæ dicitur a verbo repello, & conceditur contra teſtes poſt didicita teſtificata, niſi renunciatum fuerit futuræ repulſæ. num. 1.

Repulſa poſt publicatum petitur infra octo dies a die dati proceſſus ad percuntandum. Sed hodie petitur uſque ad concluſionem in S. R. C. & quid ſervatur in M. C. & aliis Curiis? num. 2.

Repulſari poſſunt teſtes tam in termino principali, quam in terminis beneficiarum, & in quocumque alio termino, & ſi a Judice denegatur, an ſit nullitas? nu. 3.

Repulſæ terminus eſt communis, nec conceditur cum clauſula ſi indigeat, vel cum verbis ambiguis, nu. 4.

Repulſæ terminus an de momento ad momentum currit? num. 5.

Minor, vel Eccleſia, & quivis alius privilegiatus, an poſſit reſtitui adverſus probationem non factam? nu. 6.

Nominatio teſtium abſentium in cauſſa repulſæ an admittatur? datur regula, & limitationes, num. 7.

Juramentum calumniæ fuit ſublatum anno 1612. per prag. 4. de dilationibus, vulgo dicta delli 28. capi, nu. 8.

Auditio teſtium abſentium in repulſa non committitur, niſi quando ſunt examinandi duo teſtes tantum, cum advertentia, quod hoc ſervatur ſolum in S. C. ſecus in R. C. S. in M. C. V. & in aliis Curiis, ubi non ſunt Examinatores deſignati, rejectis contrariis, quorum error declaratur, & aſſignatur ratio, num. 9.

Repulſa in quibus caſibus denegatur? num. 10.

Perſonæ, quæ tacite, vel expreſſe approbari poſſunt, ut ſunt intimi, familiares, conſanguinei, a Judice ex officio repelli non poſſunt ſed opus eſt, ut a parte opponatur exceptio repulſæ. Secus quando ſunt perſonæ, quæ a parte nec tacite, nec expreſſe approbari poſſunt, ut ſunt excommunicati, vel Banniti, vel infames, aut ſimiles, quia tunc etiam parte non opponente poſſunt ex officio a Judice repulſari, & reiici, ut non faciant fidem, num. 11.

Repulſæ articuli modeſtiſſime fieri debent, & datur formula, ne teneatur injuriarum actione, num. 12.

Repulſa ob crimina, illum eſſe homicidam, latronem, &c. non admittitur generice, ſed in ſpecie, feciſſe tale homicidium, tale furtum in tali loco, num. 13.

Poſitiones in repulſa teſtium non admittuntur, quando concernunt delictum, nec Adverſarius deponit, ſed ſolum circa conſanguinitatem, & circa alia, quæ delicta non concernunt, num. 14.

Poſitiones concernentes juſtitiam cauſſæ non admittuntur, nec tenetur deponere in repulſa, vel in repulſa repulſæ, quia reſpectu repulſæ ſunt impertinentes, nu. 15.

Poſitiones, & articuli impertinentes in cauſſa repulſæ prohibentur per pragm. 12. de ordine judic. & in cauſſa appellationis ſub pœna quinque tarenorum pro quolibet articulo impertinenti, & permittuntur ſolum in terminis primi, & ſecundi beneficii, num. 16.

Teſtes producti in cauſſa principali admittuntur in repulſa, num. 17.

In quibus cauſſis ſummariis admittitur? num. 18.

1 Repulſa teſtium idem eſt, ac rejectio teſtium, & dicitur a verbo *repello, repuli, repulſum,* per *ſcacciare*, & eſt actus, quo mediante quis repellit teſtes examinatos, quoad perſonas, & quoad dicta.

Repulſa contra teſtes regulariter petitur, & conceditur poſt didicita teſtificata, ex *Rit. M. C. V. 73. & prag. 11. de ord. Judic. cap. præſenti num. 3. de teſtibus, & DD. in l. 3. de teſtib.*

Limitatur dicta Regula, quando partes renunciant futuræ repulſæ, quia tunc in eodem termino probatorio, teſtificatis adhuc non didicitis, poſſunt miſceri articuli ad cauſſam principalem ſpectantes, cum articulis repulſam concernentibus; *Muſcatell. gloſ. momentum num. 7.*

2 Repulſa itaque petitur poſt publicatum in cauſſa infra dies octo decurrendos a die exhibiti proceſſus ad percuntandum; *prag. 11. de ord. judic. & per rit. 73.* infra 8. dies peti poſſunt a die aſſignatæ copiæ proceſſus dictæ cauſſæ, plus, vel minus ad arbitrium Judicum juxta quantitatem proceſſus.

Sed hodie *dict. Rit. & pragmat.* non obſtantibus, ſervatur, quod repulſa peti poteſt uſque ad concluſionem excluſive, ſicque deciſum refert *Rovit. in d. prag. in fin. & Capyc. Latr. conſ. 115.* ſic etiam deciſum refert *Scop. ad Nicol. fol. 53. nu. 20.* Imo etiam in actu concluſio-

ſio-

Digitized by Google

ſionis factæ incontinenti conceditur, ita deciſum apud *Rov. in d. prag. n.* 45. quem ſequitur *Motil. de grad. publ. n.* 16. *fol.* 44 & plurie decisum refert *Novar. in d. prag. n.* 7. *Sanfel. in prax. ſect.* 57. *nu.* 6. & ſic in Sacr. Conſ. non ſervatur *d. pragm.*

Sed in M.C.V. ſecus ſervatur, & in omnibus aliis Curiis Regni; nam indiſtincte denegatur repulſa non petita infra octo dies a die intimatæ publicationis, ut deciſum in M. C. V. refert noviſſime *Dom. Marad.* in cauſſa Franciſci Monaco cum Caterina Pellicano ſub die 9. Maii 1668. ubi fuit dictum eſſe procedendum ad expeditionem cauſſæ petita repulſa non obſtante, penes Actuarium de Vivo, & Scribam Campeſium, & hoc non obſtante, quod pars ſe proteſtatus fuerat, tam in actu publicationis, quam citationis ad teſtes.

Et rationem aſſignat dictus *Maradei*, quia Sacrum Conſilium poteſt inducere ſtylum contra *Regias Pragmaticas*, ſecus M.C. Vicariæ, & aliæ Curiæ, quæ tenentur omnino ad ſervandas *dictas pragmaticas*, ut *ib. obſerv. ad d. pragm. fol....*

Et ita quoque fuit deciſum in generali Audientia Exercitus per Regium Auditorem D. Antonium de Sanctis B. memoriæ ſub die . . . . Junii 1700. in cauſa Franciſci, & aliorum de Areſta cum Tenente Sergio Maria de Bellis penes Scribam Nicolaum Siſci.

Nota bene, quod *pragm.* 11. *de ord. judic.* dicit hæc verba, v3.

Publicatione facta infra dies octo, proceſſus copia partibus detur, ut amodo infra octo dies immediate ſequentes Advocatus, & Procurator proceſſum videre poſſint, & debeant, quibus ultimis octo diebus elapſis, ſi aliqua partium die ſequente repulſam petierit, ipſo jure conceſſa intelligatur, & pro dilatione habeant medietatem primæ dilationis: qua dilatione decurſa, ſi facta fuerint probationes, intelligatur in cauſa repulſæ publicatum. Et pro termino recipiendi copiam probatorum, & percuntandi probata per Advocatum, & Procuratorem, intelligatur ſtatutus terminus octo dierum, &c.

3 Repulſari poſſunt teſtes non ſolum in termino principali recepti; ſed etiam recepti in terminis beneficiorum, & in quocunque termino; & quot fuerint termini probatorii conceſſi, tot vicibus peti poteſt repulſa ante concluſionem, dummodo non petatur per calumniam ad dilatandum.

Repulſa enim eſt ſpecies defenſionis, quæ denegari nequit; *Affl. dec.* 351. *n.* 9. *Gravat. ad Veſtr. lib.* 5. *c. ult. n.* 33. *ex Clement. ſæpe §. non ſit*, ubi *Gloſſ. de verb. ſignif.*

Adeo quod ſi denegaretur, eſſet nullitas; *Muſcat. in gloſ. repulſæ p.* 1. *in ſua addit.* quem ſequitur *Prat. ad eandem gloſ. & ad gloſ. terminus*, & aſſignat rationem, quia denegaretur defenſio, juxta tradita per *Afflict. deciſ.* 351. *num.* 9. & *Prax. Rot. Rom.* eſt, ut ſemper ſit concedenda, quæ praxis amplexa fuit per Sac. Conſ. Neap. ut tenet *Affl. in d. dec. in fin.*

Sed *D. Conſ. Altim. ad Rovit. conſ.* 44. *lib.* 3. *nu.* 2. *cum Menoch. de arbitr. Jud. qu.* 32. diſtinguit plures caſus, & concludit tradita per *Affl. & Muſcat.* habere locum, ubi nulla poſſit ſuſpicari malitia petentis repulſam. Alias ſi per malitiam, vel calumniam petatur, tunc deneganda eſt. Et in dubio ſi ſit concedenda, vel deneganda, eſt in arbitrio Judicis.

Et quod proprie non ſit nullitas, ſed ſolum daretur aditus appellandi, deciſum refert *Triviſanus dec. Venet.* 54. *tom.* 1. *Gallup. p.* 2. *cap.* 28. *nu.* 3. vide *addit. ad Afflict. dec.* 341. ideoque cave a diſtinctione *Maradei*, quia praxis S. C. ſervatur in omnibus Curiis fundata in arbitrio, & æquitate, ut hic, & in ratione allata, fundata ex ſuo Marte per *Dom. Maradei.*

4 Repulſæ terminus eſt communis; propterea Adverſarius poteſt ad juvandos ſuos teſtes aliis teſtibus, vel ſcripturis uti, etiam poſt dictum terminum repulſæ, ſi in termino repulſæ fuerint citati; *Muſcatell. gloſſ. momentum nu.* 15. *Afflict. deciſ.* 326. *Motill. de grad. publicat. num.* 26. *fol.* 45.

Repulſæ terminus, ſicut etiam terminus beneficiorum non poſſunt obtineri cum clauſula, ſi ea indigeat, nec cum aliis verbis ambiguis ſub pœna duarum unciarum auri ſolvenda per Magiſtros actorum ſcribentes dictas dilationes; *Pragm.* 62. *de off. S. R. C.*

5 Repulſæ terminus de momento ad momentum currit, & ſtricte in eis proceditur, quia eſt materia odioſa, & etiam ſi eſſent teſtes citati, & jurati in termino, neque poſſunt recipi poſt terminum; *Ritu* 73. & *Caravit. in* 4. *not.* licet *in Ritu* 69. *in* 3. *not.* aliter dixerit, ut advertit *Muſcat. in gloſ.* 4. *momentum num.* 14. *Petra rit.* 73. *num.* 7.

Contrarium deciſum refert *de Marinis ad Revert. dec.* 261. *n.* 5. nempe quod teſtes in termino repulſæ citati poſſunt examinari poſt lapſum terminum ab ipſo Judice in M.C.V. & ſic confirmatum in S. C. *Petra ubi ſupra.*

6 Adeout neque Minor, vel Eccleſia, aliuſve privilegiatus poſſit reſtitui adverſus probationem non factam in termino repulſæ; *Amendol. ad Franch. deciſ.* 421. *num.* 7. *Carav. ritu* 71. *Ricc. coll.* 10. Ex æquitate tamen quando privilegiatus irreparabiliter ſuccumberet per teſtes ſuſpectos reſtitui debet, ex *Boerio deciſ.* 245. *num.* 7.

Sed an minor, vel Eccleſia, aliuſve privilegiatus poſſit reſtitui adverſus probationem non factam in termino repulſæ.

Hæc quæſtio redditur difficilis, & intricata, ut dicit *Muſcat. p.* 6. *gloſ. adverſa in ſua addit. lit.* B. ob varietates opinionum relatas per Dominum *de Franch. dec.* 421. propterea idem *Muſcat.* ibi, diſtinguit quinque caſus; ſed ne praxis tot diſtinctionibus, & tot varietatibus opinionum involvatur potius, quam ad claram, & veram praxim reducatur.

Dico, quod aliqui indiſtincte negant dari beneficia in cauſſa repulſæ; *Amend. ad Franch. dec.* 421. *n.* 7. *Carav. rit.* 71. *Ricc. collect.* 10. *Afflict. in Conſtit. Regni obſcuritatem nu.* 9. *Mich. Ferr. in obſer. Catalon. p.* 1. *cap.* 476. *Rovit. ſuper prag. curſu dilat.* 11. *de ord. judic. nu.* 20. *Andr. in d. conſtit. obſcuritatem*, *Capyc. dec.* 62. *de Marin. lib.* 2. *reſol.* 108. *num.* 8.

Alii indiſtincte dicunt eſſe concedendam reſtitutionem in integrum ex æquitate, quando privilegiatus irreparabiliter ſuccumberet per teſtes ſuſpectos. *Boer. dec.* 245. *n.* 7. ex doctrina *Bald. in tract. de reſtit. in integrum ſupra l. ſi curatorem habens Cod. de in integrum reſtitut. Cancer. lib.* 2. *var. cap.* 1. *de minoribus n.* 38. *Ripoll. variar. tit.* 5. *de dilat. num.* 174. *de Luca ad Franc. d. dec.* 421. *num.* 2. ubi relatis hinc inde concludit *in fin. cum Cancer. & Ripol.* dummodo ex defectu objectionis teſtium minor lædatur, quod ex meritis proceſſus Judex arbitrabitur.

Sed verior, & æquior ſententia eſt, quæ mihi ſemper placuit, ut omne totum remittatur ad arbitrium Judicis, ſi vel ne repulſa concedenda, vel deneganda ſit in omnibus caſibus dubiis, ut concludit *Menoch. de arbitr. Judic. qu.* 32. *n.* 5. ex traditis per *Afflict. dec.* 351. *nu.* 8. ubi arbitrium regulatur, ſi Judex noverit, vel præſumpſerit malitioſe fuiſſe petitam repulſam, ſed ubi ceſſat calumnia, & dicta repulſa concernit defenſionem, Judex debet concedere terminum repulſæ, & ita intelligendum eſſe *Rov. & Affl.* locis citatis, dicit idem *Menoch.* Et quod ſemper concedi debeat repulſa, niſi calumnioſe petatur, concludit Dominus *Altimar. ad Rov. conſil.* 44. *n.* 1. *tom.* 3. ex traditis per Dominum *Affl. & Urſil. dec.* 341. *Joſeph Ludov. Dec. Perus.* 86. *Petra rit.* 63. *n.* 8. Quia defenſio contra teſtes tolli non debet, alias læditur perſona privilegiata, quæ remaneret indefenſa, ſi non concederetur repulſa: Facultas enim probationum coarctanda non eſt, ſed potius Judex debet peccare in dilationibus, quam in ſenten-

tiis, *Urſil.d. dec.*351. *n.*4. maxime in Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur; *Rovit.conſ.*100.*nu.* 9. & Judex debet veritatem indagare.

Et pone regulam generalem, quod Judex arbitrabitur concedenda eſſe beneficia, ſive reſtitutiones in integrum ad probandum, & idem ad repulſandum, ſemper, quando Iudex vere, & abſque calumnia pro tuitione cauſæ vidit peti; *Urſil.ibid.num.*3. etiam ex traditis *in dec.Afflict.*357.

7 Nominatio teſtium abſentium in cauſſa repulſæ non admittitur ex *Rit.M.C.V.*126.*& Gloſ.in Conſtitut. Regni in Pecuniariis.*

Diſpoſitio dicti Ritus non ſervatur hodie, nam ubicumque juſtiſſima urget cauſſa, Iudex poteſt, & debet committere Audientiam teſtium; etiam in cauſſa repulſæ, teſte *Petra in d.rit.*146. *num.*6.ibi: *& in omnibus cauſis, quæ in M.C.agitantur, Judicis arbitrio remittitur, num teſtium receptio circa repulſam valeat committi Ordinariis locorum, vel accedere habeat examinator*; idque colligitur ex *Pragm.* 15.*de offic.S.C.* & firmant de jure communi *Jacob. Specul.*& alii ibi citati.

Et quod ſit in arbitrio Iudicis, dixit etiam *Menoch. de arbitr.qu.*32.*num.*5.

Sed meo judicio dicta ratio adducta a *Petr.*non ſufficit ad tollendam obſervantiam *Rit.*prædicti; ſed indaganda eſt alia ratio magis congrua, & verior.

Et eſt illa, quæ colligitur ex *Affl. dec.& Urſil.ibid.* ubi denegatio Audientiæ fuit prohibita per dictum *Rit.*in cauſſa repulſæ, ob præſumptam malitiam, ſive calumniam repulſantis.

Et propterea ob dictam præſumptam calumniam, ſeu malitiam non admittebatur Audientia teſtium, niſi ante publicationem fuiſſet proteſtatus de repulſa, & in multis aliis caſibus.

Et pro limitatione dictæ repulſæ negandæ, repulſans jurabat de calumnia, ſi juramentum calumniæ non erat præſtitum, quia per dictum juramentum calumniæ præſtitum tollebatur omnis ſuſpicio malitiæ, & calumniæ, & ſublata ſuſpicione calumniæ per juramentum præſtitum non poterat denegari Audientia teſtium, quia repulſa concernit defenſionem, quæ eſt de jure naturæ, ut late *Affl.in d.dec.*351.*num.*3.*&* 9. *& Urſil.ibi.num.*4. dicit, quod potius Iudex peccare poteſt in dilationibus, quam in ſententia, & probationum facultas non eſt anguſtanda, *vulg. l.quoniam multi C.de hæret.& manich.*

Nec mihi placet dictum *Gloſ. in Conſtit. Regni in Pecuniariis*, quod prohibitio Audientiæ teſtium in repulſa oritur ex odio repulſæ: quia dicta prohibitio non odio repulſæ oritur, ſed ex præſumpta calumnia, & malitia repulſantis, dum per juramentum præſtitum de calumnia tollitur dicta prohibitio, ut notat *Thom. Gram.in d.dec.Affl.*351.ubi ponit tres limitationes.

Prima, ubi teſtes eſſent jurati abſente parte, & ejus Procuratore, licet citato, tunc admittitur repulſa; licet non ſit proteſtatus ante publicationem. Videatur *Ventrigl.annot.*3 a.*§.de public.v.per totum conſignentur num.*29.*contra de Petra rit.*73.*tom.*1.

Secunda, ubi juret, quod ex malitia non oppoſuit.

Facto hoc fundamento ſciendum eſt, quod antiquitus ad inſtantiam partis, tam actor, quam reus tenebantur jurare de calumnia, ideſt actor calumnioſe non agere, ſed juſta petere.

Et reus calumnioſam exceptionem, vel dilationem non opponere, quæ praxis orta fuit ex *text. in c.cum cauſſam in fine de juram. calumn. & c.dudum il* 1.*de elect.*

Tamen exceptio juramenti de calumnia diu receſſit ab Aula, ut aliqui dicunt, per *c.Regni deteſtantes*, per quod omnis ſolemnitas, quæ non eſt de ſubſtantia veritatis, fuit ſublata in Regno.

Aliqui dicunt, per *Conſtit. Regni*, ſi exceptio, per quam ſtatuitur, quod ſit in arbitrio Judicis reiicere exceptiones malitioſe oppoſitas, ut concludit *Dom.Scoppa ad Nicol.fol.*32. *ſub n.*30.*&* 44.

8 Sed ego dico, quod juramentum calumniæ fuit ſublatum per *Pragm. Comitis de Lemos*, vulgo detta *de' 28.capi, quæ eſt quar. de dilat. edita anno* 1612.*ubi in ultimo cap. ſancitur*, v2.

E perchè gli Avvocati, e Procuratori ſi aſtenghino di dar calunnie, vogliamo, che i DD.in mano del Vicecancelliero a tempo, che ſi dottorano, ed i Procuratori in mano del Preſidente, quando ſi matricolano, debbiano dare il giuramento di non dar calunnia, nè dilazione, il che era ſtabilito anco per la Coſtituzione del Regno; Advocatos.

Et proinde poſt dictam Conſtitutionem, & dictam Pragmaticam ſuperfluum videtur repetere juramentum calumniæ in quolibet judicio, ut latius dixi in *cap. de juram. calumniæ in hoc tertio tomo. pag.*41.

9 Sed advertendum duco id, quod multi falſo intellexerunt apud *Urſil.in d.deciſ.Affl.*351.*num.*3.ubi dixit, quod vidit ſervari committi Audientiam teſtium in repulſa pro duobus teſtibus, quem *Urſil.* ſequitur *Rovit.in Pragm.*11. *de ord. judic. num.*19. *Sanfel. ſect.* 57.*num.*11.

Sed hoc æquivocum, & error multorum declaratur per *Gizzar.dec.*27.& per *de Marin.ad Revert.dec.*203. ubi referunt praxim S. C., quod in cauſſa repulſæ non committitur Audientia Ordinariis locorum, ſed pro illis recipiendis deſtinatur examinator S.R.C.

Niſi ageretur de examinandis duobus teſtibus tantum, quo caſu S.C. committit, etiam in cauſſa repulſæ, Audientiam illorum duorum teſtium Officialibus in partibus, juxta tradita per *Urſil.ad Affl.ubi ſup.*

Obſerva quæſo æquivocum, & errorem multorum, qui credunt etiam in aliis Tribunalibus, & Curiis Audientiam teſtium in repulſa non eſſe committendam Officialibus in partibus, niſi in caſu, quo duo teſtes tantum eſſent examinandi in partibus.

Nullus Author hoc dicit, nulla lex hoc mandat; ſed quia privilegium Examinatorum, qui ſunt deſtinati in S.C.prohibet ne audientia teſtium committatur aliis, niſi ipſis examinatoribus.

Hoc tamen privilegium limitatur, quando in repulſa eſſent examinandi duo tantum teſtes.

Et ratio eſt evidens, quia repulſans non eſt pro duobus tantum teſtibus, onerandus magno diſpendio, quod fieret in acceſſu Examinatoris S. C.; & in multis aliis ſimilibus caſibus limitatur privilegium dictorum Examinatorum, ut eſt in caſu, quo cauſa non excederet ducatos quincentos, & in omnibus cauſſis parvi ponderis. „ Vid.quæ diximus ſup.ex *nov. Conſtit.*

At quando cauſſa eſt ultra ducatos quincentos, ultra duos teſtes in repulſa, vel in aliis cauſſis gravibus, audientia teſtium abſentium in præjudicium examinatorum aliis committenda non eſt.

Extra tamen Tribunal S.R.C.ubi non ſunt Examinatores deſignati, ut eſt in M. C. V., in R. C. Sum. & aliis, indiſtincte committitur Audientia teſtium in partibus, ſive ſit duo teſtes, ſive ſint plures, ſive ſit cauſſa parvi momenti, ſive ſit cauſſa ardua, & quando repulſa non petitur ob aliquam malitiam, vel calumniam, imo etiam in dubio, ſemper debet committi audientia teſtium Officialibus in partibus, ne tollatur defenſio.

Et hoc maxime movet arbitrium Iudicis ad peccandum potius ad probationes ampliandas, & veritatem indagandam; quia proprium eſt Judicis indagare veritatem, ne erret in ſententiando, in qua ſententia ſola facti veritas inſpicienda eſt.

10 Repulſa denegatur in pluribus caſibus.

Primo denegatur repulſa in ſecunda inſtantia, ideſt in gradu appellationis contra teſtes receptos in prima inſtantia, ſecus ipſiulmet ſecundæ inſtantiæ, quia vi-

de-

Google

detur eos approbaſſe, dum non reiicit tempore debito, ideſt ante concluſionem primæ inſtantiæ, *Iſernia, & Afflict. in Conſtit. Juriſperitorum*, idem *Afflict. dec. 351. Gravat. ad Veſt. lib. 5. & ultra num. 32. Ricc. coll. 834. Rovit. prag. 7. n. 16. Affl. dec. 266.*

Limitatur tripliciter dicta ſententia. Primo, ut repulſa non denegetur ex capite ſubornationis, vel falſitatis. Secundo, quando in prima inſtantia eſſent petita, vel propoſita capita repulſæ, quæ tamen non fuerunt probata; Tertio, quando juxta aliqua probetur cauſa, ob quam non fuerit repulſa petita in prima inſtantia, *Ricc. collect. 886.*

Secundo repulſa teſtium, & ſcripturarum impugnari denegatur in judiciis ſummariiſſimis, in quibus tractatur de modico præjudicio, ut in judicio poſſeſſorio ſummariiſſimo, quia damnum poterit reparari in judicio plenarii poſſeſſorii; *Canon. in c. veniens de teſtib. Capyc. dec. 23. & 55. num. 3. Ricc. collect. 834. Gravat. ad Veſtr. lib. 5. c. ult. num. 36. Afflict. dec. 351.* ubi late *Urſil. Covarruv. pract. 99. cap. 17. Beneintend. dec. 79. nu. 8. Menoch. de retin. poſſeſ. q. 20. n. 54. D. Altim. ad Rovit. conſ. 32. lib. 2. n. 25.* ſecus in judicio ſummariiſſimo, ubi agitur de damno irreparabili.

Et ratio eſt, quia in omnibus judiciis ſummariiſſimis, ut eſt judicium momentaneæ poſſeſſionis, propter eorum celeritatem, & modicitatem præjudicii, quæ afferunt, ſententia lata, appellatur interlocutoria, & ideo nec repulſa teſtium, nec ſcripturarum admitti debet, nec reſtitutio in integrum, nec appellatio ſuſpenſiva, vel devolutiva.

Et ex hac eadem cauſa denegantur prædicta etiam in judicio remedii Capitulorum Regni circa violentias Clericorum, ut dixi in *2. tom. meæ praxis tit. 7. cap. 3. de praxi dictorum Capitulorum Regni fol. 272. nu. 9.* & late *de Marinis lib. 1. reſol. 328. n. 3.*

Repulſa non admittitur inter Patrem, & filium in cauſſa alimentorum, ſicut nec in tertio comparente pro ſuo intereſſe. *Urſil. ad Afflict. dec. 351. Capyc. deciſ. 158. Ric. collect. 10. & 88.*

Tertio repulſa denegatur contra teſtes a memet adductos, quia per meam productionem cenſentur a me approbati; *l. ſi quis teſtibus C. de teſtib. Boer. dec. 245. Motil. in gradu publicat. nu. 24. fol. 45.*

Veruntamen potero repulſam petere quoad eorum dicta, illaque redarguere, uti inveriſimilia, & falſa, quia perſona cenſetur approbata, non autem dicta, *gloſ. in c. præſenti[illegible] 31. de teſtibus, Rovit. prag. 11. nu. 24. de ordine judi[illegible] Motil. ubi ſupra.*

Et quare producens inſtantiam cenſetur omnia in ea contenta probaſſe, & producens teſtem non cenſetur dicta per eum approbare?

Ratio eſt, quia non ignorat contenta in inſtrumento, ſed ignorat dicenda per teſtem, ita *de Marin. ad Revert. dec. 250. num. 8.*

Limitatur tamen regula prædicta, ſi producens, dicta ſuorum teſtium non reprobaret, quia per taciturnitatem approbatio cenſetur, tunc enim non ignorat eorum dicta, *de Marin. ubi ſup. & Maranta par. 6. actu 13. num. 10. ad 23. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 2. diſp. 3. num. 37.*

Quarto repulſa non conceditur, niſi ante publicationem, tempore, quo notificantur litteræ commiſſionales pro recipiendis teſtibus, & requiſitoria ad videndum juramenta teſtium, in calce illarum fiat proteſtatio, quæ neceſſaria eſt, ut poſſit obtineri repulſa, *DD. in c. præſentium de teſtibus*, & ita deciſum refert *Afflict. dec. 351. nu. 8.*

Et ratio eſt, quia quando non proteſtatur, videtur approbaſſe eos, & poſtea videtur repulſam petere per calumniam, ad finem dilatandi curſum cauſæ.

11 Hæc tamen concluſio limitatur, ubi teſtes eſſent omnino inhabiles, ut ſunt excommunicati, vel banniti, vel ſimiles, qui per partes approbari non poſſunt, nec tacite, nec expreſſe, ideoque ex officio reiici debent. *Foller. in prax. p. 1. 2. partis verſ. concedatur repulſa num. 25. Maranta p. 6. actu 31. num. 2. Motill. de grad. publicat. num. 19. fol. 44. & in gradu citationis num. . . .*

Repulſari itaque poſſunt ex officio a Judice, etiam parte non opponente, teſtes infames, excommunicati, vel ſimiles. At teſtes inimicos, familiares, conſanguineos, & ſimiles, Judex repellere non poteſt, niſi parte opponente, quia opus eſt exceptione repulſativa; *Scop. ad Nicol. fol. 54. num. 190.* & alii, ibi, *Motil. in gradu publ. fol. 46. nu. 37.*

12 Repulſæ articuli fieri debent quam modeſtiſſime, cum clauſula ſalutari, quod ſuas opponit exceptiones contra teſtes, non animo inferendi injuriam, ſed tuendi tantum veritatem, alias teneretur injuriarum actione; *Scop. ad Nicol. fol. 54. num. 210. Motill. in grad. publ. num. 35. d. fol. 46.* & vide formulam in ſequenti *cap. 20. nu. 9.*

13 Repulſa teſtium, quæ fit ob crimina, non ſufficit quod fiat generice, illum eſſe homicidam, latronem, blaſphemum, adulterum, furem, &c. ſed neceſſe eſt, ut articuletur, & in ſpecie probetur ipſum feciſſe delictum tale, cum tali, tale furtum in tali loco, *cap. in præſentium §. teſtes de teſtibus in 6. & cap. ut circa de electione in 6. Marant. 6. parte actu 23. num. 3. Boerius deciſ. 321. num. 2. & 3. Novarius quæſt. forenſ. 4. in fine tom. 1.*

14 In repulſa teſtium principalis deponere tenetur ſuper poſitionibus circa conſanguinitatem, non autem continentibus delictum; *Poſt. de manut. obſerv. 73. de Angelis ad Gizzarellum deciſ. 63. num. 4. Gall. cap. 19. num. 33. par. 2.*

15 Neque tenetur reſpondere poſitionibus concernentibus juſtitiam cauſſæ principalis, quia dicuntur poſitiones impertinentes, reſpectu repulſæ, vel repulſæ repulſæ; *de Franch. deciſ. 220. num. 13.*

16 Nam poſitiones, & articuli impertinentes non admittuntur in cauſſa repulſæ, ex *pragm. 12. de ordine judiciorum de anno* 1477. tenoris ſequentis: *Contingit ſæpe poſt proceſſus publicationem ſub nomine repulſæ articulos, ſive poſitiones impertinentes poni, idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis continentes, unde naſcitur ſubornationis, & falſitatis materia; unde opportune providere volentes inhibendo mandamus, ut nullus in cauſſa appellationis, vel in repulſis ponere habeat articulum, vel poſitionem impertinentem, cum ante publicationem in principali cauſa fuerent poſita, niſi in caſibus, in quibus beneficia, ut ſupra, conceſſa forent; & pars, quæ contra fecerit pro quolibet articulo impertinenti poſito in eadem ſententia, in quinque tarenis condemnetur, Procurator vero duplicatam pœnam ſolvere teneatur.*

17 Et teſtes, qui fuerunt producti in cauſſa principali, iidem produci poſſunt in termino repulſæ: *Rovit. prag. 22. §. 87. de ordine judic. Gallup. p. 2. cap. 16. nu. 13.*

18 Repulſa admittitur in omnibus Judiciis, quæ ſummario termino perficiuntur, ut in Judicio novæ conventionis, vel ſolutionis allegatæ, vel in exceptione eſſe executum in bonis alienis, in quibus datur terminus ſummarius, & etiam in cauſſa attentatorum, in qua diſcretus Judex ſuo arbitrio arbitrabitur, ſi repulſa petatur gratia meræ defenſionis, vel gratia calumniandi; *de Roſa in praxi civil. decretor. diſt. 2. num. 38. & 39. fol. 442.*

C A P. XX.

De repulſa repulſæ.

S U M M A R I U M.

Repulſa repulſæ quando datur, & ejus terminus erat antiquitus medietas primi termini, ſed hodie ar-

Digitized by Google

arbitrio Judicis remittitur, num. 1.

Repulſa repulſæ uſque ad concluſionem peti poteſt in S. C. & infra ſexdecim dies in M.C. & in aliis Curiis a die intimata publicationis, num. 2.

Repulſa repulſa conceſſa, nullus alius terminus repulſationis admittitur, num. 3.

„ *Sublata hodie juxta noviſſ. Conſtit. cujus verba adducuntur.*

Repulſa in cauſſa appellationis non admittitur contra teſtes examinatos in prima inſtantia, niſi fuiſſet petita in prima inſtantia, & non conceſſa, num. 4.

Repulſa quando petitur in genere. Adverſarius ſi opponit, ut declaret ſpecies repulſæ, debet repulſans declarare, alias non admittitur repulſa, ſed quando non opponit, admittitur, num. 5.

Teſtes producti in cauſſa principali, produci poſſunt in cauſſa repulſæ, num. 6.

Petentes beneficia repulſare non poſſunt, num. 7.

Repulſa conceditur in terminis primi, & ſecundi beneficii, num. 8.

Articulorum formula in cauſſa repulſæ, num. 9.

1 Repulſa repulſæ datur, quando teſtes adducti per adverſarium ad reprobandos meos teſtes non ſunt idonei ex *Rit. M.C.V. 74.* incipiente: *Item, quod elapſo.*

Repulſæ terminus eſt medietas primi termini probationis, & terminus repulſæ repulſæ eſt medietas dictæ medietatis, e. g. ſi terminus probationis fuit octo dierum, terminus repulſæ erit 4. dierum, & terminus repulſæ repulſæ erit duorum dierum, ita ſtatuitur per *prag. 11. de ord. judic.*

Sed *dicta pragm.* quoad hoc non ſervatur hodie, ſed obſervatur *ritus M.C. 73.* quo attento arbitrio Judicis remittitur ſecundum loci diſtantiam, & ſic ſervatur hodie. teſte *Scepp. ad Nicol. fol. 53. num. 130. Motill. de grad. public. num. 35. Petra rit. 53. nu. 14.* & aliis relatis ib. per *Scep.* ubi docet ſic ſervari etiam in Curiis Eccleſiaſticis Regni ex *Ventriglia tit. de repulſa annot. 32. num. 2.*

2 Repulſa repulſæ poteſt peti uſque ad concluſionem in S.C. ſicuti ipſamet prima repulſa, dummodo ante publicationem termini repulſæ ſit facta proteſtatio contra teſtes, & dicenda per eos, *Carav. rit. 74. num. 2.*

Secus in M. C. V. & aliis Curiis, ubi denegatur, ſi poſt ſexdecim dies a die intimatæ publicationis petatur, ut in *pragm. 11. de ordine judicior.* quæ licet non ſervatur in S.C. ſervari debet in M. C. V. & in aliis Curiis, ut diximus ſuperius, ſed *pragm.* prædicta non dicit a die intimatæ publicationis, quod currat terminus octo dierum ad repulſandum, ſed quod octo dies currant a die lecturæ examinis, & octo dies ad percunctandum examen, & ſic ſunt ſexdecim dies, & ita eſt germanus ſenſus.

3 Repulſa repulſæ conceditur, ut ſupra, nulluſque alius terminus repulſationis admittitur, ne proceſſus tendat ad infinitum; *cap. licet dilectas de teſtib. & prag. 11. de ord. judic. Maranta par. 3. art. 3.*

„ Aliter autem dicendum nunc eſt, ut ſup. innuimus ex
„ *nov. Conſt.* qua vetitum eſt peti, & concedi repulſam re-
„ pulſæ, prout decernitur *§. l. n. 25.* & ne defenſio, quæ ex
„ hac partibus patebat, amittatur, cautum fuit poſſe in
„ primo termino repulſæ examinari teſtes contra id quod
„ opponitur pro parte petentis terminum repulſæ re-
„ ſpectu teſtium in termino productorum; quapro-
„ pter petens repulſam tenetur nominare ſuos teſtes, &
„ notificare parti ex adverſo articulos cauſam repulſæ
„ continentes, ut altera pars in hoc termino examina-
„ re valeat ſuos teſtes; Et ne admittantur articuli, & pro-
„ bationes ex diametro contrariæ probationibus in cau-
„ ſa principali factis, præſcribitur ſub pœna carceratio-
„ nis, ut Scribæ cauſæ prius hujuſmodi articulos oſten-
„ dant Dominis cauſæ Commiſſariis, qui mandare de-
„ bent, ſi vel ne ſint admittendi; verba *Conſtit.* clara
„ ſunt, vz.
„ XXV. *Reſtando fermo il termine della ripulſa de'*
„ *teſtimonj, vogliamo, che ſi debba togliere il ſecondo*
„ *termine, cioè quello di ripulſa della ripulſa, rima-*
„ *nendo alle Parti la facoltà di eſaminare nel primo ter-*
„ *mine di ripulſa i teſtimonj per elidere le oppoſizioni,*
„ *che da colui, che domanda il termine della ripulſa, ſi*
„ *potranno fare in riguardo alle perſone eſaminate nel*
„ *termine; dovendo eſſere obbligato quello, che doman-*
„ *da il termine della ripulſa, far la nomina de' ſuoi te-*
„ *ſtimonj, o notificare alla Parte contraria gli articoli,*
„ *che contengono le cauſe della ripulſa, affinchè l'altra*
„ *Parte poſſa in queſto termine eſaminare i ſuoi teſtimo-*
„ *nj, giacchè queſto termine di ripulſa non riguarda al-*
„ *tro, ſe non che le perſone de' teſtimonj eſaminati; e*
„ *perciò non ſi debbano ammettere articoli direttamen-*
„ *te contrarj a ciò, che la Parte avverſa ha articolato,*
„ *e provato nella cauſa principale: Per lo di cui effetto*
„ *gli Scrivani reſpettivamente delle cauſe ſotto pena di*
„ *carcerazione debbano far riconoſcere i ſuddetti arti-*
„ *coli da' Commeſſarj, per attendere da' medeſimi l'ordi-*
„ *ne, ſe si abbiano da ammettere, o ributtare.*

4 Repulſa in ſecunda inſtantia, ſeu in cauſſa appellationis adverſus teſtes examinatos in primo non conceditur, niſi quando in prima inſtantia fuiſſet repulſa petita, & non conceſſa, *Motill. in grad. public. fol. 45. nu. 29. Afflict. dec. 216.*

5 Repulſa ſi petitur in genere pars contraria poterit opponere, ut declaret ſpeciem repulſæ, & parte ſic opponente non eſt concedendus petitus terminus ad repulſam, niſi prius declaretur ſpecies dictæ repulſæ. Verum ſi pars non opponeret ſpeciem repulſæ eſſe declarandam, tunc Judex debet terminum dare ad repulſam, & recte proceditur; ita deciſum in S. C. Neapolit. anno 1579. refert *Novar. qu. forenſ. 4. tom. 1. Thor. compend. deciſ. tom. 2. verbo ſpecies repulſæ. Gallupp. part. 2. cap. 28. n. 15. Petr. rit. 285. num. 8.*

6 In cauſſa repulſæ produci poſſunt iidem teſtes producti in cauſſa principali; *Rovit. prag. 12. de ord. judic. n. 89. Gallup. par. 2. cap. 28. n. 13.*

7 Petentes beneficia repulſare non poſſunt; *Caravit. rit. 71. num. 15.*

8 Tamen Repulſa conceditur in terminis primi, & ſecundi beneficii, *Muſcat. in gloſſ. adverſa nu. 5. & in addit. lit. B. de Roſa in prax. civ. diſc. 3. n. 3. fol. 445.* apud quos Auctores vide, ne erres.

Form. Articulorum in cauſſa Repulſæ.

9 Præſent. Per magnificum Ludovicum Romano die vigeſima ſexta menſis Februarii 1691.

Quæ breviter probanda offeruntur pro parte Ludovici Romani in cauſſa repulſæ, quam habet cum Donato Antonio Puccino nomine, ut in actis, non ſe adſtringens, ſed ſe proteſtans, &c. cum poteſtate addendi, &c. vel minuendi, &c. omni modo meliori, &c.

In primis repulſando perſonam di Lodovico N. intende, e vuol provare; come il detto Lodovico è ſtato inquiſito di ſpergiuro nel Governo del magnifico Gio: Carlo Galoppa molti anni ſono nella Corte dell' Auletta, ed oltre di ciò è ſtato più anni in Galera ivi condennato: E come tale allo che depone non può preſtarſile fede veruna, non eſſendo perſona abile a poter fare teſtimonio, come è pubblico, e notorio, teſtibus tamen, & ſcripturis non renunciando, &c.

2. Item pone, e vuole provare, repulſando la perſona di Lionetto de Santis, come il detto Lionetto è Zio carnale di Giovanna Pucciarelli moglie di Donat' Antonio Puccino articolato; e come tale non può far pruova contro l'articolante; quod eſt verum ex ſcripturis, teſtibus, &c.

3. Item pone, e vuol provare, come Maſtro Gio: Amoruſo è Compare di detto Donat' Antonio Pucci-

no,

Digitized by Google

no, e come tale non può eſſere Teſtimonio a beneficio del medeſimo; quod eſt verum ſcripturis, teſtibus tamen &c.

4. Item pone, e vuol provare, come Andrea Lucatiello è perſona vecchia più di ottanta anni, ed oltre di ciò non ſolo è ſmemorato, ma è poveriſſimo, e mendico, a ſegno che faciliſſimamente ſi può ſubornare con piccoliſſima ricompenſa, quod eſt verum ſcripturis, teſtibus tamen &c.

5. Item vuol provare, come Luiſe Caſella è perſona odioſa con eſſo articolante; atteſo eſſendoli debitore in quarantini otto d'olio pervenuto dall'Acquaviva, ed altri luoghi diede detto olio a Donat'Antonio Puccino, con chi eſſo articolante litigava detti Territorj dell'Acquaviva, perlocchè ci hanno avuto per detta cauſa molte brighe, e parole, e ſi ſono fatti nemici; quod eſt verum, teſtibus tamen, &c.

Item hæc, & alia &c.

Item, quod de prædictis &c.

C A P. XXI.

De primo, & ſecundo beneficio.

S U M M A R I U M.

Beneficium primum, & ſecundum ad pinguius probandum, idem eſt, ac reſtitutio in integrum, & quare ſic vocatur, num. 1.

Beneficia ad pinguius probandum, quibus perſonis conceduntur, num. 2.

Terminus 30. dierum ad petendum primum beneficium, a quo die currit, num. 3.

Terminus ad petendum ſecundum beneficium, a quo die currit, cum limitatione ad beneficium hæreditatis jacentis, num. 4.

Beneficium primum, & ſecundum poteſt peti in uno, eodemque judicio, non in diverſo, cum limitatione, nu. 5.

Beneficia duplicata conceduntur, ſi utraque pars ſit privilegiata, num. 6.

Beneficiorum termini ſunt communes utrique parti, etiam ſi altera pars non ſit privilegiata, num. 7.

Privilegium gaudendi beneficiis duplicatis, reſtringitur intra 90. dies a R. Prag. 16. de ord. judic. num. 8.

Terminus ſtatutus in pragm. 16. de ord. judic. ad petenda beneficia ad pinguius probandum, adeo rigoroſe ſervatur in Regno, quod appellans, vel reclamans a publicatione, & ſuccumbens, cenſetur ſuccubuiſſe etiam in curſu termini, num. 9.

Beneficium ſecundum decurrit a die publicationis factæ in primo beneficio, etiam ſi fiat poſt lapſos 60. dies, num. 10.

Terminus beneficiorum, vel repulſa non conceditur cum clauſula, ſi indigeat, vel cum alia ſimili, ſub pœna ducatorum duodecim Actuar. ſcribentibus, num. 11.

Privilegium primi & ſecundi beneficii, in quibus judiciis denegatur, num. 12.

Appellatio, & reclamatio tam quoad actum ſuſpenſivum, quam quoad actum devolutivum, in quibus judiciis denegatur, num. 13.

Tertius privilegiatus veniens ad cauſſam infra terminum petendi beneficia gaudet dicto privilegio, nu. 14.

Beneficia conceſſa in petitione hæreditatis denegantur in liquidatione bonorum liquidandorum, quia non eſt novum judicium, ſed idem, & acceſſorium ad primum, num. 15.

Appellatione pendente ſi pars attentavit in capienda poſſeſſione, tunc in liquidatione fructuum, qui reſtitui debent per attentantem, concedenda ſunt beneficia, non abſtante, quod in cauſſa principali fuiſſent conceſſa, quia cauſſa attentatorum eſt diverſa a principali, num. 16.

Beneficiorum terminus in feriis æſtivis non currit in præjudicium petentis beneficia, quia ei conceduntur poſt ferias, num. 17.

Beneficiorum termini communes ſunt litis conſorti, etiam majori, & ampliatur ad articulos de Jure non admittendos, cum limitationibus, num. 18.

Beneficiis obtentis renunciare non poteſt privilegiatus in adverſarii præjudicium, & declaratur opinio Urſilli, & aliorum, num. 19.

Appellatione facta a decreto publicationis, ſi confirmatur dictum decretum, terminus beneficii computatur a die publicationis, non a die confirmationis, & ſi ſit lapſus totus terminus, labitur in damnum appellantis, qui petere non poteſt amplius dicta beneficia, cum declaratione, num. 20.

Formula decreti ſecundi beneficii, num. 21.

Privilegiatus litigans per Procuratorem non poteſt petere primum, & ſecundum beneficium, num. 22.

Minor factus lite pendente major poteſt petere primum, & ſecundum beneficium, num. 23.

Major, qui ſuccedit minori in actis cum minori geſtis poteſt primum, & ſecundum beneficium petere, nu. 24.

Filius in poteſtate Patris exiſtens pro bonis adventitiis, ſive Actor, ſive Reus ſit, poteſt primum, & ſecundum beneficium petere, num. 25.

Procurator abſque ſpeciali mandato poteſt in Regno primum, & ſecundum beneficium petere, & ratio aſſignatur, rejecto Corav. num. 26.

Terminus primi beneficii eſt medietas primi termini, & terminus ſecundi beneficii eſt medietas illius medietatis, num. 27.

Teſtes in termino repulſæ etiam citati Jurati poſt lapſum terminum non admittuntur, ſecus in cauſſa primi, & ſecundi beneficii, num. 28.

Beneficiorum terminis abutentes puniuntur pœna quatuor unciarum, num. 29.

Secundum beneficium ſublatum ex nov. Conſtit. nu. 30.

1 BEneficium primum, & ſecundum, quod privilegiatis conceditur ad pinguius probandum, idem eſt, ac reſtitutio in integrum, quæ ideo vocatur in Regno beneficium, quia non ex rigoroſitate actionis, ſed ex æquitate, & beneficio a judice conceditur, quaſi beneficium ſit prima, & ſecunda reſtitutio, ut advertit *Muſcat. parte 6. gloſſ. in integrum nu. 1. & 2. Afflict. dec. 75. & 210.*

2 Beneficia prædicta ad pinguius probandum conceduntur non ſolum Pupillo, aut minori, ſed omnibus perſonis miſerabilibus, ut in *prag. 11. de ord. judic.* & quamvis de hoc dubitet *Muſcat. in gloſ. privilegiatum*, tamen in ſuis additionibus aſſentitur hoc remitti ad arbitrium judicis, cujus eſt ſimpliciter paupertatem, vel fragilitatem litigantis inſpicere, & dicta beneficia clementer concedere perſonis miſerabilibus, & privilegiatis. *Afflict. deciſ. 257. num. 1. & 3.* dicit, quod etiam Regina dici poterit miſerabilis, inſpecta qualitate perſonæ.

Et quæ ſint iſtæ perſonæ miſerabiles, dixi in exceptionibus declinatoriis.

Sed ad effectum gaudendi dictis beneficiis ſunt v. g. mulieres, tam virgines, quam nuptæ, & viduæ Univerſitates, hoſpitalia, Capitula, Congregationes, Collegia, Eccleſiæ, & alia loca pia, *pragm. 11. de ord. judic.* ſenes ſeptuagenarii imbecillitatem intellectus habentes, prodigi, minores, & alii, qui aliorum auxilio reguntur, item hæredes minorum ſucceſſores, dummodo illis beneficia debebantur, ut læſis. Sed non idem dicendum in minore ſuccedente majori, *prag. 21. de ord. judic. Staib. reſolut. 155. Urſill. ad Affl. dec. 356. num. 5. Rocc. reſp. 2.*

Item fidejuſſor minoris gaudet.

Item minorum Conſortes in lite, dummodo cauſſa ſit individua.

Item hæreditas jacens, & pro ea Curator, quia ſemper læſa præſumitur, ut late omnes iſtas ſupradictas per-

Digitized by Google

perſonas enumerat *Motill. in gradu publ. fol. 46. à nu. 40.* ut late *D. Altim. ad Rovit. conſ. 32. lib. 2.* ubi 17. perſonas enumerat, & quod tam mulieres minores, quam majores innuptæ, & maritatæ, etiam Reginæ, ſi ita judici videbitur, & Clerici non ſolum pro bonis Eccleſiæ, ſed etiam pro bonis ad quorum tit. ſunt ordinati, & Prodigi ex decreto, gaudere debeant, *de Franch. dec. 598. & Novar. dec. 87. & Petra rit. 71. n. 4. in fin.*

Et poteſt petere dicta beneficia major hæres ex perſona ſui defuncti minoris læſi ob probationes non factas, ex *l. non ſolum ff. de reſtit. in integ. l. 7. §. rei de except.* ubi reſtitutio in integrum tanquam realis tranſit ad hæredes; vide meam additionem *ad Sarnum §. 16. in prax. civ.*

3 Terminus beneficii adverſus probationes non factas competentis fœminis nuptis infra ſpatiũ 30. dierum, ſtatutum ad petendum *in prag. 16. de ord. jud.* currit a die ſeq. intimatæ publicationis; & in caſibus, ubi teſtes non fuerint producti in termino ordinario; & per conſequentiam ubi non requiritur actus publicationis currit terminus a die intimatæ concluſionis, & poſt lapſum terminum prædictum non conceditur beneficium neque reo, neque actori, ita deciſum anno 1677. *Capyc. deciſ. 91. num. 10. & dec. 175. num. 6. lib. 2. contra dec. Thor. in 2. lib. ſui compend. in verbo beneficia*, ubi anno 1623. fuit conceſſum beneficium actori poſt terminum ſtatutum a *dicta Reg. prag.* ex ratione ibi adducta, quod *prag.* loquebatur de reo, dilatante jud. & non de actore, in quo ceſſat calumnia dilatandi, & finitis dictis 30. diebus incipit currere terminus ſecundi beneficii, & durat per alios 30. dies, ut in *d. prag. 16. de ordine judic.*

4 Verum terminus 30. dierum ad petendum ſecundum beneficium currit a die publicationis factæ in primo beneficio, ut viſis probationibus petat (ſi egeat) ſecundum beneficium ad pinguius probandum, quod non fuit probatum in primo beneficio, ita *Gaitus in alleg. inſerta per D. Maradei in 2. tom. obſerv. 73. num. 20.* ſed contra *d. alleg. num. 34.* dicit terminum ſecundi beneficii currere a die lapſus 30. dierum immediate primi beneficii, & dixi *1. tom.* quod opinio *D. Gait.* non eſt amplectenda.

Dicta Prag. 16. de ord. jud. ſervatur hodie in hoc Regno, ut teſtatur *de Marin. lib. 1. reſol. 33. in fin. Reg. Petra rit. 71. nu. 7. Prat. ad Muſcat. gloſſa in integ. verſ. an,* apud *Motil. de grad. concluſionis n. . . .*

Rejecto antiquo ſtilo petendi beneficia uſque ad ſententiam diffinitivam etiam poſt cauſam productam, ut legitur in pluribus *dec. Afflict., de Franch. Minadois,* & aliorum, qui ſcripſerunt ante editam *d. prag. 16.* per quam fuit correctus dictus antiquus ſtilus, & ſunt ſtatutus terminus 60. dierum a die publicationis, ubi adeſt, ſeu a die concluſionis, ubi non eſt facta publicatio; quibus elapſis, eſt præcluſa via ulterius petendi dicta beneficia tam uni parti, quam alteri, juxta allegationem contra *Gait.* inſertam per *D. Marad. obſer. 73. pro ſt. obſervat. num. 23.*

Dicta prag. 16. Limitatur in hæreditate jacente, quia Curator hæreditatis jacentis petere poteſt primum beneficium etiam poſt lapſum terminum menſis a die publicationis in dicta noviſſima *prag.* præfixi, teſte *Rovito dec. 42. num. 2.* ubi *Altim. & ad conſ. Roviti 32. lib. 2. n. 7.* quam deciſionem laudat *Staib. tom. 2. cent. 2. reſol. 240. n. 35. & reſol. 176. n. 28. Regens Petr. rit. 71. n. 7.*

5 Beneficiorum uſus non admittitur, niſi primi, & ſecundi beneficii in uno, eodemque judicio, tam primæ, quam ſecundæ inſtantiæ, itaut ſi dicta duo beneficia conceſſa ſint in prima inſtantia, peti iterum non licet in ſecunda, qui tunc non eſſent duo, ſed quattuor beneficia.

Limitatur hæc concluſio, ubi ad inſtantiam unius partis privilegiatæ conceditur in prima inſtantia primum, & ſecundum beneficium, tunc ad inſtantiam alterius partis ſimiliter privilegiatæ in ſecunda inſtantia poſſunt peti dictum primum, & ſecundum beneficium, & dicta altera pars gauderet quatuor beneficiis, duobus propriis, & aliis duobus ab Adverſario petitis: ex regula, ut quilibet terminus ſit communis utrique parti, & quilibet privilegiatus poteſt ex proprio privilegio petere dicta beneficia.

Imo ſi plures ſunt beneficiati, plura etiam beneficia duplicantur, nam quot ſunt perſonæ privilegiatæ; tot poſſunt duplicari dicta beneficia; *Capyc. Latro deciſ. 79. num. 13.*

6 Nam privilegiatus litigans cum alterutro pariter privilegiato, utriſque petentibus conceduntur beneficia duplicata, & ſic gaudebunt tunc quatuor beneficiis; *Capyc. Latro d. dec. 79.* quod intellige inferius *nu. 8.*

7 Beneficiorum enim termini communes ſunt tam conſorti litis majori, quam adverſario etiam majori, & ſicuti privilegiatus poteſt in terminis beneficiorum facere articulos de jure non admittendos, articulando illud idem, vel directe contrarium, ita licitum eſt conſorti, vel adverſario non privilegiato, ne ad imparia adjudicentur, *Franch. dec. 269.*

8 Sed dictum privilegium gaudendi quatuor beneficiis, & quod omnes termini ſint communes, intellige, ne erres, intra ſexaginta dies ſtatutos a *d. pragm. 16.* rejecto *Gaito, ut ſup. n. 4.*

9 Adeo rigoroſe ſervatur *d. Prag. 16. de ord. jud.* ut currat terminus triginta dierum ad petendum primum beneficium poſt publicationem intimatam, quod ſi reclametur, vel aliud remedium producatur contra decretum publicationis, ſi appellans ſuccubuerit, cenſetur ſuccubuiſſe etiam in curſu termini, qui computatur a die, in qua fuit facta publicatio, & non a die confirmationis, & ſi fuit lapſa tempora ſtatuta in dicta Pragmatica, decernitur non eſſe locum beneficiis petitis, juxta formam Pragmaticæ prædictæ; nam publicatio remanſit firma, & proinde a die publicationis produxit ſtatim effectum ſuum ex mera juris diſpoſitione abſque ullo facto hominis, & ita *Rovit.* ſe referente deciſum refert in S. Conſ. in cauſſa Hoſpitalis Cavæ cum hæredibus Pauli de Monica *dec. 18.* ubi late *Dom. Altim.* & idem *Rovit. in d. Prag. 16. de ordin. judic. num. 12.* idem plenius deciſum refert *de Marin. lib. 1. reſol. 330.* in Sac. Conſ. & deciſum etiam in Collaterali Conſilio refert idem *de Marin. ad Revert. dec. 578. n. 3. & Gio. ad Latr. dec. 91. Reg. Petra Rit. 260. num. 18. Ricc. collect. 3518.* & vide, quæ ego dixi *in cap. de termino probatorio n. . . .* & quæ dixi in *cap. de feriis.*

Limitatur in Curatore hæreditatis jacentis qui etiam elapſo termino ſtatuto per *pragm. 11. de ord. judic.* poteſt illa petere, ut deciſum refert *Rovit. dec. 45. D. Altim. ibi, & in conſ. 32. d. Reg. Roviti lib. 2. n. 7.*

10 Et ſi petito primo beneficio, & facta nominatione teſtium, pendente illorum examine, fuerit elapſus ſecundus menſis ſecundi beneficii, tunc illius lapſu non obſtante peti, & concedi debet ſecundum beneficium, decurrendum a die publicationis factæ in primo beneficio, ut deciſum refert *Gallup. p. 1. c. 2. cap. 31.* quem citat, & ſequitur *D. Altim. ad Rovit. dec. 18. n. 10.*

11 Beneficiorum terminus ſicuti etiam terminus repulſæ non conceditur, cum clauſula, ſi eis indigeat, nec cum aliqua alia clauſula, ſub pœna duarum unciarum Magiſt. Actor. ſcribentibus, *Prag. 92. de offic. S. R. C.*

12 Privilegium primi, & ſecundi beneficii denegatur privilegiatis in pluribus caſibus. Primo in poſſeſſorio manutent. momentaneæ. Secundo in remedio capit. Regni contra violentias Clericorum, ubi proceditur per extrajudicialem cognitionem, ut in *c. ad Regale Faſtig.* ibi, *non exigens in his cognitionalia*. Tertio, in omnibus judiciis ſummariis, in quibus non agitur de damno irreparabili, ſed poteſt per judicium ordinarium reparari; *de Marin. reſol. 328. tom. 1. Rovit. conſ. 32. lib. 2. num. 27. & in Pragm. 11. de ordin.*

ju-

Digitized by Google

judicior. num. 50. *Capyc. decif.* 13.

13 Et in ſupradictis judiciis appellatio, vel reclamatio non datur ad effectum ſuſpenſivum, nec ad effectum devolutivum; *de Marin.d.reſol.*318.*n.*7.

Unde cave ab illis Auctoribus, qui ſimpliciter dicunt in judiciis ſummariis non dari beneficia quia hoc non eſt verum; ſed intelligendi ſunt de illis ſummariis, in quibus damnum reparari poteſt per aliud judicium ordinarium ſubſequeos, ut hic, & *Altim.conſ.*23.*n.*25. concludit cum *Capyc. dec.* 13. hoc eſſe arbitrarium Judici; & ex *Marcian.conſ.* 21 *num.*3.*&* 6.*lib.*2.eſſe concedendum primum, & ſecundum beneficium, quando adeſt præjudicium partia illud petenus.

14 Tertius veniens in cauſſa, ſi eſt privilegiatus, tempore habili ad beneficia petenda, poterit ex ſua perſona illa petere, ſecus vero ſi tempore inhabili, ideſt poſt lapſum terminum 60.dierum ſtatutum *in Pragm.* 17.*de ord. judic.* quia auditur tunc in quibus terminis reperitur cauſſa; *Sanfel.decif.*90.*num.*36.

15 Sed quid ſi in cauſſa principali petitionis hæreditatis fuit conceſſum primum, & ſecundum beneficium, & demum lata ſententia fuiſſet mulier condemnata ad reſtitutionem bonorum liquidandorum tempore executionis dictæ ſententiæ, & facta inſtantia per actorem ſuper dicta liquidatione; datoque termino, & facta publicatione mulier petit primum beneficium ſuper ipſa liquidatione, dum videtur nova cauſſa ſeparata a primo judicio, quod fuit generale petitionis hæreditatis, ſed hoc ſecundum eſt particulare ſuper liquidatione, fuit deciſum, quod cauſſa liquidationis eſt acceſſoria ad cauſſam hæreditatis, & eſt eadem cum prima petitione, ideoque, quia fuerunt conceſſa duo beneficia, non poteſt tertium beneficium concedi, ita deciſum habet *Afflict.decif.*35.*num.*2.

16 Secus vero ubi lata ſententia in cauſſa principali, a qua fuit appellatum; & appellatione pendente, pars pro qua fuit lata ſententia, attentavit in capienda poſſeſſione rerum. Et lato decreto, quod attentata reſtituantur una cum fructibus liquidanda. Tunc in liquidatione dictorum fructuum ſunt concedenda beneficia, non obſtante quod in cauſſa principali fuiſſent conceſſa. Quia cauſſa attentatorum videtur eſſe nova, & non eadem cum principali, ita deciſum refert *Urſil ad Afflict.d.decif.*35.*in fin.*

17 Quid ſi facta publicatione ſuccedunt feriæ æſtivæ, quæ abſorbent terminum beneficiorum, vel majorem partem termini beneficiorum?

Hoc fuit deciſum ad favorem petentis beneficia per S.C. in cauſa inter Ven. Monaſterium S. Thomæ Marſicinuvi cum illis de Pantoliano poſſeſſoribus bonorum quondam Lutii Mancanelli Terræ Pollæ ad relationem Domini D.Cajetani Forte Judicis tunc M.C.V. & cauſſæ Commiſſarii.

18 Termini beneficiorum communes ſunt conſorti litis majori, ut adverſario minori, ex regula ne ad imparia adjudicentur.

Quæ regula ampliatur etiam, ut ſicuti in dictia terminis beneficiorum privilegiatus poteſt facere articulos de jure non admittendos, articulando illud idem, vel directe contrarium; ita licitum eſt conſorti, vel adverſario non privilegiato; *de Franch. dec.*269.

Quæ concluſio limitatur primo, ut habeat locum, ſi beneficia petantur ſimpliciter, & indefinite. Secus ſi a privilegiato limitate petantur, ſolummodo ſuper articulatis abſque articulis de directo contrariis; quia tunc ſicuti privilegiatus non poterit articulare circa priores articulos, ita nec ſuus adverſarius, ita deciſum eſt in Reg.Cam.penes *Revert.*relatum a *Franch. in dict. decif.*269. *in fin. Motill. in prod. publicat. num.* 13.ubi declaratur *Urſil.ad Afflict. decif.*86. & vide *de Marin.ad Revert.loc.cit.* & *D. Altim. ad Rovit. conſ.* 32.*lib.*2. & late *decif.*66. *num.* 5. qui ante *Revert.* deciſum refert.

Limita ſecundo, ut

Beneficiorum termini non proſint adverſario, qui ejus dolo fecit, ut privilegiatus nil probaverit in termino principali; ex regula. quod quis ex proprio maleficio beneficium conſequi non debet; *l. tranſactione C.de tranſact. l.vera §.tenent autem ff. pro ſocio, Afflict.in Conſt.obſcuritate.*

Limita tertio, ubi minor nil probavit, in beneficio conceſſo. Tunc major non poteſt uti teſtibus in beneficio examinatis; Alias beneficium fuiſſet minori maleficium, & ſic damnoſum, quod eſſe non debet, ita concludit *Urſil.ad Afflict.dec.*88 *in fin.*

Sed ego teneo contrarium, quia dum fuit Jus quæſitum adducendi teſtes; ita ut dicto Juri non poſſit privilegiatus renunciare in præjudicium adverſarii, ut contra *Urſill.*tenet *de Franch. dec.*269.

Tanto minus poterit præjudicium inferri adverſario ex probationibus non factis per privilegiatum; Niſi ex dolo adverſarii fuerunt impeditæ probationes privilegiati, ex regula, de qua ſuperius.

19 Nam beneficiis obtentis, renunciare non poteſt privilegiatus, in adverſarii præjudicium, quia adverſario acquiſitum fuit Jus adducendi teſtes, ex theorica *Antonii de Alexan.*approbata a *Franch.dec.*269.quem ſequitur *Motill. in prod. publicat. num.* 54. rejecta opinione *Urſil.ad Afflict.in dec.*89.*in fin.*& rejecto *Tiraquell.*ibi allegato, quorum opinio poterit ſuſtineri, ubi non fuerit adhuc conceſſio facta privilegiato; & ratio diverſitatis erit, quia ante conceſſionem beneficiorum res eſt integra, & tunc nullum Jus quæſitum videtur adverſario, & merito tunc poſſet fieri renunciatio, & ſic remanent conciliatæ dictæ opiniones, *Altim.ad Rovit.conſ.*32.*nu.*24.*lib.*2.

20 Conceſſis beneficiis ad pinguius probandum ad inſtantiam alicujus privilegiati, ſi ipſe privilegiatus appellaverit a publicationis decreto, vel aliter & pendente appellatione labantur tempora conceſſa ad petendum primum, & ſecundum beneficium. Tunc ſi confirmatur decretum publicationis, terminus ſecundi beneficii computatur a die, quo fuit facta publicatio, & non a die confirmationis, quia terminus dicitur elapſus in præjudicium appellantis, & non poteſt dicere appellans, terminum currere a die, quo Judex decretum publicationis confirmavit, & ſic non erit locus amplius petitis beneficiis, & ſic deciſum refert *de Marin.tom.*1.*reſol.*330 *&* *ad Revert.obſer.*578.*nu.*3.

Quæ concluſio habet locum in quocumque termino conceſſo litiganti, ſi pars, cui fuerit conceſſus terminus, appellaverit, & ſic indiſtincte dixit *de Marinis* ſervari *&* *Rovit.dec.*18.

Sed *de Luc.ad Franch.obſer.*27. *num.*10. impugnat contra *de Marin.* limitando hanc concluſionem non procedere ſic indiſtincte, ut ipſe dixit, ſed quod terminus non currat, ſi ſuccumbens habuit juſtam cauſam litigandi, ita ex *Pegnern dec.*34.*lib.*2.*Fontanell.de pact.nuptial.clauſul.*4.*gloſſ.*18.*par.*4.*n.*114.*&* *dec.*134. *n.*3.qui ita pluries judicatum refert.

Formula decreti ſecundi beneficii.

21 In S.R.C & penes acta cauſæ comparet Procurator Joannis Filippone, & in cauſſa, quam habet cum Magnifico Julio Mondellis petit ſibi concedi primum beneficium, alias in ea non procedi, omni modo meliori, &c.& in caſu, quo terminus primi beneficii eſſet elapſus, concedi ſecundum beneficium.

In cauſa recomantionis mota ad inſtantiam Joannis Filippone cum Magnifico, &c.

Die 8.menſis Aprilis 1625. Neap.Per Militem U.J.D. Scipionem Rovitum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, viſis actis, fuit proviſum, quod concedatur, prout præſenti decreto concedi mandatur ſupraſcripto Procuratori petenti ſecundum beneficium,

Digitized by Google

cium, cum termino Juris, hoc ſuum, & intimetur. *Scipio Rovitus.*

22 Beneficie non debent concedi minoribus, & aliis privilegiatis litigantibus per Procuratorem cum juramento conſtitutum, *Marant. par. 6. in Tit. & quandoque appellatur num. 194.* ex doctrina *Bart. in l. minor. 25. annor. ff. de minor.*

Sed hodie in Regno noſtro non practicatur hæc doctrina *Marnat. & Bart.* quia *Prag. 2. de ord. judic.* concedit beneficium indiſtincte omnibus privilegiatis, ſive litigent per ſe, ſive per Procuratores cum juramento conſtitutos, & ita teſtatur *Foller. in addit. ad Marant. Urſill. dec. 114. Franch. dec. 446. Muſcatell. in gloſſ. competentes num. 56. & gloſſ. privilegiata in ſua add. in fin.*

23 Imo gaudent dicto beneficio minores, quamvis lite pendente ſint effecti majores, *D. Altimar. ad Rovit. conſ. 32. lib. 2. n. 17. ex Reverter. dec. 115.*

24 Sic etiam ſi majoribus ſuccedant, in actis tamen cum illo minore geſtis; *D. Altimar. loc. cit. & ad Rovit. dec. 39. n. 11. ex Petra ad Gram. dec. 52. Afflict. & Urſil. dec. 212. Vivius dec. 25.*

Et quamvis ſint uxorati; *Vela diſſertat. 16. nu. 43. & diſſertat. 5.*

25 Et quamvis ſint ſub patria poteſtate, quando pro eorum bonis adventitiis agunt, vel conveniuntur. *Reg. de Marin. lib. . . . reſol. 206. in fin. ex Tex. in l. 2. C. qui, & adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt,* ibi. *Tunc autem tantummodo dandam eſſe reſtitutionem putaverunt, cum minor ex ſua ſimplicitate ſe deceptum, non ex dolo patris, vel patroni circumſcriptum eſſe dicat, & eſt Tex. in l. etiam 30. ff. de minor.*

26 Beneficia petere non poteſt, qui mandatum non habet ſpeciale ex traditis per *Caravis. rit. 70.* & licet ſit verum de jure, tamen ex ſtilo S. R. C. abſque tali ſpeciali mandato petuntur beneficia, & conceduntur; *Morill. in grad. publicat. f. 148. num. 60.* & dictum ſtilum ſervamus quoque in Curiis inferioribus Regni; & fundamentum hujus ſtili eſt, quia poſt conteſtatam litem Procurator dicitur Dominus litis. Item quia S. C. facit legem in Regno.

27 Terminus primi beneficii eſt medietas primi termini probatorii, ut ſtatuitur *in ritu M. C. V. 71.*

Et terminus ſecundi beneficii eſt medietas illius medietatis; *Rovit. in pragm. 2. de ord. judic. Morill. de grad. public. nu. 57. fol. 48.* ubi reiicit *dec. 124. Afflict.* & laudat *Rovit. ubi ſup.*

Licet quoad hoc non ſervari Ritum, dicit *Carav.* ibi *n. 8.* quia dictus Ritus eſt correctus, & *Urſil. ad Afflict. dec. 124.* ubi dicit decilum, eſſe in arbitrio Judicis juxta diſtantiam loci, & qualitatem negotii, ut ibi: *Et ratio, quia, omnis dilatio eſt arbitraria Judicis, ne per indirectum tollatur defenſio.*

Et ideo vocantur beneficia, quia ex beneficio, & favore Judicis ſubveniuntur privilegiati.

Unde dictus terminus beneficiorum tanquam favorabilis admittit atteſtationem teſtium, etiam poſt lapſum terminum, dummodo teſtes ſint jurati, vel ſaltem citati in dicto termino, & ſic paſſim obſervamus ex doctrina *Caravit. in rit. 71.*

28 Quod ſecus in termino repulſæ. quæ tanquam odioſa non admittit Teſtes poſt lapſum Terminum, etiam ſi in termino citati, vel jurati fuerint, ut latius dicimus *in cap. de repulſa.*

Beneficiorum enim Termini habent eandem obſervantiam, quæ in termino principali obſervatur.

Et propterea in eis ſit nominatio teſtium, publicatio, repulſa, & concluſio, *Muſcat. part. 6. gloſ. adverſa, num. 2.*

Et terminus Teſtium præſentium non præcluditur, durante termino Teſtium abſentium, & elapſo Termino abſentium ſit publicatio; *de Franch. dec. 57. in fin.*

29 Beneficiorum Terminis abutentes, ideſt qui ad dilatandum petunt, puniuntur pœna duodecim aureorum, *Prag. 1. de dilation. & 31. de offic. Sac. Reg. Conſ. prag. 19. & 20. de off. Mag. Juſt. Moril. de grad. pub. n. 61.*

Quæ pœna hodie eſt aucta ad duplum, & ſic ad 24. ducatos per *Pragm. 7. de dilat. §. 9.*

„ 30 Quæ attinent ad ſecundum beneficium, omitti
„ poſſunt; nam per noviſſimam Regis Conſtitutionem
„ illud amplius non conceditur, utpote ab illa ſubla-
„ tum §. l. n. 26. ſequentibus verbis; *Rimanendo fermo il*
„ *termine del primo Beneficio, ſtabiliamo, che ſi debba*
„ *togliere affatto il termine del ſecondo beneficio, che ſi*
„ *concede alle Perſone, o luoghi privilegiati. E ſe mai*
„ *dall' Amminiſtratore, o Procuratore di dette perſone*
„ *privilegiate per loro colpa non ſi faceſſe pruova nella*
„ *cauſa principale, debbano eſſi eſſer tenuti alla refezio-*
„ *ne de' danni in beneficio delle medeſime, anche per eſe-*
„ *cuzione di ciò, che ſi diſpone nella Pramm. 38. de off.*
„ *S. R. C. anzi domandandoſi la ripulſa nel ſuddetto ter-*
„ *mine del primo Beneficio, o non facendoſi prova, deb-*
„ *ba chi la domanda pagare la pena di ducati 24.* Quod
„ maxime obſervandum.

C A P. XXII.

De Concluſione.

S U M M A R I U M.

Concluſio eſt terminus omnium probationum excluſivus, ſed hodie non excludit probationem miſtam, & etiam poſt citationem ad ſententiam in Regno poſſunt recipi teſtes ad concomitandum, & ad impugnandum ſcripturas, num. 1.

Terminus ad concomitandum, & ad impugnandum eſt communis utrique parti, num. 2.

Concluſio, & publicatio in M. C. ſit abſque præcedente citatione, ſecus in S. C. & in aliis Curiis Regni, nam fieri non poteſt niſi præcedat citatio partis, num. 3.

Concluſionis decreti form. quæ ſive fiat cum clauſula in forma, ſive fiat abſque dicta clauſula in forma, ſemper intelligitur facta in forma, ideſt ſalva productione ſcripturarum, num. 4.

Concluſio, & publicatio ſi fuerit omiſſa, dicta omiſſio non vitiat proceſſum. Secus quando proceditur in contumaciam in prima inſtantia, ubi non poteſt omitti publicatio, & concluſio; ſed in ſecunda inſtantia etiam quod procedatur in contumaciam, publicatio, & concluſio omitti poſſunt abſque nullitate, rejectis contrarium dicentibus, & aſſignatur ratio, n. 5. „ *Quo-*
„ *modo id procedat ex nov. Conſtit. remiſſive.*

Alia vide in ſequenti capite.

1 CONcluſio eſt terminus omnium probationum excluſivus. *Natt. conſ. 251. in fin. lib. 2. Menoch. de arbit. Judic. qu. 45. ſub n. 9. Rom. conſ. 176. ex tex. in l. cum a nobis 5. Cod. de dilat.* ubi *Bart. & Bald.* ibi *In ſummario: poſt concluſionem in cauſa ſive præceſſerant dilationes, ſive non, nulla eſt danda dilatio,* & inferius *verſ. ſive:* ibi: *ſive cognoſcatur per Principem, ſive per Delegatum ab eo non datur dilatio ad probandum, nec admittuntur Teſtes, vel inſtrumenta &c.*

Concluſio enim dicitur quaſi præcluſio facultatis producendi teſtes, & omne aliud genus probationis, cum generaliter poſt concluſionem prohibeatur quælibet probationum productio, imo etiam productio allegationum ſive in facto, ſive in jure ſint, quod intellige de jure communi ex *Tex. in cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & propriet.*, & *Abbas in cap. audiţis num. 4. de procuratoribus*, & late *Muſcat. in gloſ. de jure p. 7. a nu. 2.* & olim ita erat etiam de jure Regni per *rit. 338. & ſeqq.* poſt concluſionem non poſſunt recipi teſtes etiam ad veritatem indagandam *prag. 4. de ordin. judiciorum anno 1477.*

Sed

Digitized by Google

Sed hodie concluſio non excludit probationem mixtam, quæ fit per productionem ſcripturarum, & teſtium illas corroborantium, ſive concomitantium, ex communi praxi hujus Regni, juxta diſpoſitionem *prag. curſ. dilationum*, ac *prag.* 53. *de off. S. R. C.* per quam diſponitur poſſe præſentari ſcripturas etiam poſt citationem ad ſententiam, & quandocumque ante promulgationem diffinitivæ ſententiæ ſive per actorem, ſive per reum, etiam tempore expeditionis in aula Sacri Reg. Conſ. *de Marin. ad Revers. dec.* 211. & advertit *Muſcat. in par.* 7. *in gloſ. ſcript. n.* 20. *de Luca ad Franch. dec.* 631. *num.* ... & ratio aſſignatur *a Giza. decif.* 41. *&* a dicto *Reg. de Marin. ubi ſupra, quia per ſupravenientem prag. Reginæ Iſabellæ cum cap. Regni deteſtantes ſunt correcti dicti Ritus M. C. Vic.* dum ſunt ſubtilitates ordinis ſublatæ, & proceditur ſola facti veritate inſpecta, & quandocumque de veritate conſtare poteſt, admittitur probatio, dummodo ceſſat ſubornationis timor, prout ceſſat in productione inſtrumenti noviter reperti, & in coadjuvando expreſſe inſtrumento, ut latius dicemus *in cap. de probationibus poſt concluſionem in cauſſa*.

Concluſione facta in cauſa admittitur etiam probatio per juramentum ſuppletorium, item per confeſſionem partis, quæ poteſt interrogari ex officio, & ad inſtantiam partis in cauſſis ſummariis. item per rei evidentiam, ſive aſpectum loci, & per alios modos enarratos a *Caravita Ritu* 239. *& a Cravet. ad Veſt. lib.* 4. *par.* 4. *n.* 25. & plenius a *Ric. collect.* 134. & late diximus *de juramento ſuppletorio*.

Quod intellige in Regno, ubi omnes cauſſæ ſunt ſummariæ; ſecus in Curiis Eccleſiaſticis, ubi non proceditur ſummarie; in iis enim non admittitur juramentum ſuppletorium poſt concluſionem, niſi ſit petitum ante concluſionem; *Sanfel. in praxi ſect.* 57. *num.* 31. *fol.* 319.

Concluſione facta poteſt peti terminus, & recipi teſtes ad concomitandum, & coadjuvandum ſcripturas, imo etiam ſi ſcripturæ editæ ſint ante concluſionem, poteſt terminus peti ad concomitandum, dummodo nulla poſſit culpa imputari, cur prius non petierit terminum ad concomitandum, *Urſil. dec.* 115. *Add. ad Franch. dec.* 621.

Nam ad concomitandum ſcripturas præſentatas in termino, teſtes debent regulariter recipi ante concluſionem, & pro ſcripturis præſentatis poſt concluſionem recipiuntur teſtes poſt concluſionem, *Afflict. & Urſil. dec.* 256. *n.* 17. *Franch. dec.* 631.

Quo caſu adverſario conceditur terminus ad impugnandum; *Franch. & Urſil. ubi ſupra dec.* 215.

2 Proinde practicatur, quod unicus terminus ſit communis utrique parti, ſcilicet uni ad concomitandum, ſeu comprobandum ſcripturas, alteri ad impugnandum, *Motil. de grad. concl. n.* 9. *fol.* 50. Concluſione facta, & termino ad concomitandum ſcripturas dato, poſſunt in dicto termino recipi teſtes, non ſolum ad coadjuvandum formam, & ſolemnitatem ſcripturæ, illiuſque ſigna, & qualitatem recognoſcendam, ſed etiam coadjuvandum omnia contenta in ſcriptura, & ſuper articulis de directo contrariis, & alioquin non admittendis. *Franch. dec.* 631. ex *Text. in cap. ſeries* 26. *de teſtibus*, de qua re diximus *in cap. de articulis*, ubi poſuimus exemplum articuli de jure non admittendi.

Inſuper Teſtes ad concomitandum ſcripturas admittuntur, non obſtante ſtatuto, quod non admittatur probatio per teſtes; & ratio eſt, quia hæc dicitur probatio mixta, & non nuda teſtium depoſitio; *Urſil. dec.* 271. & qualis debeat eſſe ſcriptura, ut poſſit concomitari, vide *in ſeq. cap.* „ ubi etiam adver-
„ titur, quid ſit in praxi ſervandum juxta *novam Conſti-*
„ *tutionem*, per quam terminus ad concomitandum
„ ſcripturas fuit ſublatus.

3 Concluſio, & Publicatio fit per decretum nulla prævia citatione in M. C. V. ſed in S. Conſ. & in aliis Curiis Regni fiunt actus prædicti, præviis citationibus, ad publicandum, ad concludendum, &c. *Sanfel. in praxi in ſumma ordinis fol.* 248. *n.* 10. & vide, quæ diximus *in cap. de publication.*

Sed quando fit publicatio, vel concluſio in Curiis extra Neapolim, fieri non poteſt, niſi præcedat citatio partis, ut ſuperius diximus, & tunc fieri debet perneceſſe, quando pars petiit, alias ab illius omiſſione poterit pars ſe gravari, & appellare, *DD. cit.* apud *Caravit. Rit.* 820. *Sanfel. in praxi ſeſ.* 77. *num.* 2. *Prat. ad Muſcatell. in gloſſa momentum*; quidquid dicat *Muſcat. in par.* 6. *gloſ. partes in ſua addit. littera B.* ubi concludit, quod omiſſio publicationis etiam parte petente non eſt nullitas, ex *Vant.* & aliis ibi allegatis, quia dicit contra communem, & recedit a prima opinione.

4 Concluſionis decretum fit in Regno, cum clauſula in forma, ideſt ſalva præſentatione ſcripturarum, ut per *prag. curſu dilationum de ordine judic.* & per *Rit. M. C.* 75. *Caven. Rit.* 239. *num.* 3. *Muſcat. part.* 7. *gloſ. ſcriptura n.* 2.

Ideo formula hæc eſt. Per Regiam Curiam fuit proviſum, quod in præſenti cauſa fiat, prout fit petita concluſio cum termino dierum duorum ad præſentandum ſcripturas.

Vel per S. C. proviſum, & decretum eſt, & in præſenti cauſſa fuit facta concluſio in forma, hoc ſuum, & intimetur.

Et etiam ſi fit ſimpliciter, adhuc intelligitur facta in forma, ideſt ſalva productione ſcripturarum, *De Franch. dec.* 621. *num.* 3.

5 Concluſio ſi fuerit omiſſa in cauſſa imo omiſſio publicationis teſtium, non vitiant proceſſum, quia de ſubſtantia Judicii non dicuntur in Regno noſtro, eo quia omnes cauſſæ ſunt ſummariæ. ita *de Maria. lib.* 1. *reſolut.* 45. *num.* 2. ex *Abb. in cap. Paſtoralis de cauſſa poſſ. & proprietatis*, *& in cap. cum I. & A. de re judic.* ubi *Joannes Andreas, Cardin. Clem. ſæpe §. & quid quæſt.* 19. *de verb. ſignif. Mianſing. ſingul. obſer. canone* 3. *obſerv.* 17. *Guid. Papa dec.* 586.

Limita, ubi proceditur in contumaciam; publicatio, & concluſio omitti non poſſunt abſque manifeſta nullitate. intellige in prima inſtantia, ſecus in ſecunda, ubi ſi non fuerint examinati teſtes, omitti poſſunt, ita *Muſcat. in part.* 3. *gloſſa inſtantia n.* 3. *& n.* 10. *Capen. in prag. curſu dilationum, Afflict. in conſtitutione Juris Peritorum.*

Et hæc eſt vera praxis, & cave a *Scop. Motil.* & aliis dicentibus indiſtincte concluſionem eſſe de ſubſtantia.

Et rationem, quare ſi non petatur, & ſi non procedatur in contumaciam omitti poſſit concluſio, aſſignant DD. quia tacite cenſetur renunciatum, juxta tradita per *Maſcatellum in gloſſa inſtantia p.* 3. *n.* 9.

„ Haud repetendum hic eſt, quod ſupra paulo ante
„ *cap. de publicat. ſub num.* 10. diximus ſecundum *nov.*
„ *Conſt.* ſatis enim ex verbis ibidem allatis omnibus in-
„ noteſcit tam actũ ad concludendum, & concluſionem
„ ipſam; quam actum ad publicandum, de quo illic
„ loquuti, receſſiſſe ab uſu; ideo circa ea, quæ *Ric-*
„ *cius* ait in hoc capite, non eſt pro hodierna praxi
„ immorandum.

C A P. XXIII.

De Probationibus, quæ fieri poſſunt poſt concluſionem.

S U M M A R I U M.

Teſtes poſt publicationem, & concluſionem in cauſſa civili examinari non poſſunt, & aſſignatur ratio, num. 1.

Limitatur dicta concluſio in cauſſa criminali, vel quando teſtes ſunt nobiliſſimi, vel quando Judex ex officio

vult recipere teſtes, ad veritatem indagandam, vel quando recipiuntur ad concomitandum, vel impugnandum ſcripturas, vel quando teſtes ſunt citati in termino, vel quando prima depoſitio eſſet nulliter recepta, vel quando probatio fit per acceſſum Judicis poſt concluſum, num. 2.

Probationes utriuſque partis, quando ſunt contrariæ, recipiuntur teſtes poſt publicatum, & datur exemplum, num. 3.

Teſtes inter ſe contradicentes ſemper probant, qui ſunt in majori numero, num. 4.

Scripturæ forenſes, ut ſunt acta judiciaria alicujus Curiæ Regni, an poſſint per teſtes concomitari? num. 5.

Decreti formula ad concomitandas ſcripturas privatas poſt concluſum, num. 6.

Ad probandam ſatisfactionem debiti ſemper admitti debent teſtes ad concomitandum ſcripturas, num. 7.

Teſtes non poſſunt deponere ad concomitandum, & impugnandum, niſi pro, vel contra ſcripturam, non autem extra, nec articulari poteſt, niſi quod ad ſcripturam præſentatam pertinet, num. 8.

Terminus ad concomitandum non conceditur ob ſcripturas novas poſt concluſum præſentatas, ſi in primo libello facta fuit mentio de contentis in dictis ſcripturis, & aſſignatur ratio, num. 9.

1 TEſtes poſt publicationem, & concluſionem in cauſſa civili non poſſunt examinari, quia poſt dicta teſtificata, timor eſt ſubornationis. *Prag. poſt concluſionem in rub. de ord. jud. c. intimavit de teſtibus, cap. ſignificaverunt in verb. ſi quæro de teſtib. c. cum dilectus, in verb. concluſum, extra de fid. inſtr. Marant. in ſpecul. 6. act. 15. rubr. & etiam concluſione num. 1 & 2. fol. 446. Maſull. ad Capyc. dec. 81. nu. 7. Muſcat. par. 6. gloſ. cauſa n. 10. Carrab. ſing. 223.* tanto minus recipi poſſunt teſtes, terminato judicio, *tex. in c. formalitatis extra de teſtib. & atteſtat.*

2 Adverte, quod ſecus eſt in cauſſa criminali, ut late reſolvit *de Marin. lib. 1. reſol. 109. n. 3.*

Teſtes poſt publicationem, & concluſionem, tunc poſſunt examinari, ſupradicta regula non obſtante, quando teſtes ſunt legaliſſimi, & nobiliſſimi, in quibus timor ſubornationis ceſſat; *Arnon. ſoliloquio 34. Carrab. in d. ſing. 233.*

Et quando ex officio recipiuntur, cum Judicantis officium latiſſimum ſit, & nunquam ei clauditur veritatem ex ſe inquirere, teſteſque recipere ex ſuo officio; *Urſill. dec. 272. n. 4. ex Alex. in l. 4. §. hoc autem edictum, ff. de damno infecto col. 2.*

Item recipi poſſunt ad concomitandum ſcripturas, vel impugnandum, de qua concomitatione vide *Urſill. dec. 272.* ſed latius *de Franch. deciſ. 631.* & nos late dicemus *ſeq. cap.* (ubi, & an detur, vel ne talis terminus juxt. *Reg. Conſt.* explicatur, & *Muſc. in gl. præſentat. par. 3. n. 13. Rovit. conſ. 4. & 43. tom. 3.* ubi *D. Altimar.*

Item quando utraque pars probavit directe contrarium, ut inferius.

Item ubi teſtes eſſent citati in termino, & Judex fecit publicationem cum reſervatione, ut infra alium terminum poſſint dicti teſtes citati examinari; *Caravit. rit. 149. n. 4.*

Item ſi prima depoſitio eſſet nulliter recepta; *Scopp. ad Nicol. fol. 47. n. 50.* & nos diximus ſupra.

Et poſt concluſum fit probatio per acceſſum Judicis, ideſt per evidentiam loci, ut dicemus in *c. de acceſſu*, & dixit male *Gizzarel. dec. 41.*

3 Teſtes produci poſſunt poſt publicationem ad probandum indirecte contrarium, tam ad inſtantiam actoris, quam rei, ubi probationes ſunt ad invicem contrariæ; ita concludit *Sanfel. tom. 1. dec. 21. n. 17. & Afflict. dec. 255. n. 4.* & ita judicatum apud *Gizzb. dec. 73. in fin.* & allegat *Capyc. dec. Bald. 62. & Ancher. in c. cum clamor. de teſtib. & Innoc. in d. c. cum clamor*, ubi ponit exemplum, v3.

Probavi per duos teſtes me emiſſe die tali, adverſarius probavit me alibi fuiſſe, poſſum poſt publicationem atteſtationum, alios producere teſtes ad confirmandum, & fovenda dicta meorum teſtium, ſcilicet quod eadem die fui præſens, vide etiam *Imbrian. in tract. de repulſ. conſid. 2. num. 160. & 162. verſ. & indirecte*.

Intellige hoc aſſertum, quando probationes utriuſque partis eſſent contrariæ.

4 Teſtes, ubi inter ſe contradicunt, ſemper probant illi, qui ſunt in majori numero, & pro illa parte judicari debet, *c. in noſtra*, ubi plene DD. *extra de teſtibus cogendis; Nicol. fol. mihi 40. n. 72.*

5 Scripturæ forenſes, ut ſunt acta judiciaria alicujus Curiæ Regni, non poſſunt concomitari per teſtes; *Altimar. ad Rovit. conſ. 4. lib. 3. n. 12.*

Sed *Thor. in ſuppl. verb. termin. ad impugnandum*, refert deciſum fuiſſe conceſſum terminum ad impugnandum, & eſſe denegandum ſolum in caſu, quo Judex viderit eſſe calumnioſe petitum. Propterea arbitrio Judicis remittitur, ut concludit *Muſcat. in ſua addit. gl. ſ. præſentaros n. 25.* quem citat, & ſequitur *D. Altimar. ad Rovit. conſ. 4. lib. 5. n. 12. in fin.*

6 Nota, quod S. C. ſolet admittere partem ad probandum ad concomitantiam ſcripturæ etiam privatæ, poſt concluſum in cauſſa, cum decreto, quod habeatur de teſtium depoſitionibus ea ratio, quæ de jure habenda erit.

7 Et maxime quando per hujuſmodi ſcripturas prætenderetur demonſtrari de ſatisfactione debiti, cujus demonſtrationis nunquam eſt excluſa exceptio per ſtatutum; *Urſil. ad Afflict. dec. 272. n. 4. in fin. de Franc. dec. 631.* ubi Addent. & vide, quæ dicam inferius.

8 Teſtes qui deponunt in termino ad impugnandum, vel concomitandum ſcripturas, non poſſunt deponere, niſi pro, vel contra ſcripturam, non autem extra, *de Marin. ad Revert. dec. 340. n. 1. Addent. ad Gizzarel. deciſ. 41. Altimar. ad Rovit. lib. 3. conſ. 41. n. 13.*

Et quod aliud articulari non poſſit, niſi quod ad ſcripturam præſentatam pertinet; *Manfrel. ad Latr. dec. 178. n. 23. ex Revert. & de Marin. dec. 340.* ubi ſup.

9 Terminus ad concomitandum, non conceditur ob ſcripturas novas poſt concluſum præſentatas, ſi in primo libello mentio facta fuiſſet de contentis in dictis ſcripturis, quia aliquid novi non addit, ſuper quo in termino dato pars non potuit ſe defendere; *Rovit. in prag. 11. de ord. judic. num. 43. Ann. ſing. 502. & 503. Sanfel. dec. 146. n. 5. Manfrel. ad Latr. dec. 178. nu. 22.* ſic deciſum refert anno 1670. in S. C. & fuit deciſum quod procedatur ad ea, quæ incumbunt, verum de partita Banci (quam concomitari petierat pars) habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, in expeditione cauſſæ.

CAP. XXIV.

De termino ad concomitandum.

SUMMARIUM.

TErminus ad concomitandum poſt concluſionem conceditur, quando ſcriptura eſt publica, quæ plene probat, vel privata, quæ ſaltem ſemiplenam probationem faciat, vel quando eſt trino teſte ſubſcripta, & aſſignatur ratio, alias fit admiſſio examinis, cum clauſula quod ponatur extra proceſſum, num. 1.

Scriptura, quæ ſimilitudinem habet, ut animus Judicis credat illam eſſe veram, concomitatur per teſtes, rejectis authoribus dicentibus contrarium, num. 2.

Scriptura recognitio, quæ non fit per teſtes, ſed per litterarum comparationem poteſt concomitari poſt concluſum, & aſſignatur ratio, num. 3.

Scriptura de Jure Regni quandocumque produci poſſunt, etiam tempore expeditionis in Aula, num. 4.

Con-

Digitized by Google

Concluſio intelligitur facta ſemper in forma, ideſt ſalva productione ſcripturarum, & aſſignatur ratio, ſecus de jure communi, num. 5.

Terminus ad concomitandum ſcripturas præſentatas ante concluſionem regulariter non admittitur, niſi nulla culpa imputari poſſit, cur illum non petierit ante concluſionem, num. 6.

Terminus ad concomitandum peti non poteſt, niſi ſcriptura ſaltem ſemiplene probet, num. 7.

Litteræ miſſivæ, vel ſcriptura ſine teſtibus quandocumque præſentatur, & cognoſci debent a principalibus, vel hæredibus, & ſic quoque ſigillum patris, num. 8.

Terminus ad concomitandum admittitur ſuper articulis de jure non admittendis, & poteſt fieri probatio directe contraria, & declaratur tex. in c. ſeries de teſtibus, & exemplificatur in inſtrumento, in quo ſunt ſcripti tres tantum confines, quod non poſſunt teſtes recipi, niſi ad coadjuvandum illos tres confines, non aliter ſuper aliis confinibus, num. 9.

„ *Ex nov. Conſtitut. non datur hic terminus, & quomodo* „ *practicatur*, num. 10.

1 SCripturæ præſentatæ ante, vel poſt concluſum in cauſſa, tunc poſſunt concomitari per teſtes, & ſuper eis peti poterit terminus ad concomitandum; quando ſcriptura, vel plene probat de per ſe, ut quia eſt publica, vel licet ſit privata, fuerit tamen recognita, aut ſaltem ſemiplenam probationem faciat, ut quando fuerit recognita ſolum per literarum comparationem, vel vix per unum teſtem, vel quando eſt trino teſte ſubſcripta.

Cæterum ſi ſcriptura privata eſt ſimplex, & nullo modo recognita, quæ nullam de per ſe probationem facit, non meret terminum ad concomitandum.

Et ratio eſt, quia tunc eſſet nuda teſtium depoſitio, quæ regulariter prohibetur poſt publicationem in cauſſa; *Afflict. dec. 272* & per hanc *dec. 272* declaratur altera *dec. ejuſdem Afflict. 115*, ubi in fine S.C. reſervavit ſibi meliorem deliberationem, ut bene notat *Caravit. ritu 138. n. 3. Motil. de grad. concluſ. n. 8. fol. 50. de Marin. ad Revert. dec. 210. n. 2. Muſcat. par. 7. gloſ. præſentatas, Tap. in prag. 24. de Ordin. Judic. Gizzar. dec. 41. n. 5. Sanfel. dec. 146. & in Prax. obſervat. 42. n. 11. D. Altim. ad Rov. conſ. 4. lib. 3. de Luc. ad Franch. dec. 631. n. 2.* & ita intelligendus eſt *Rovit. d. conſ. 4. n. 2.*

Poſſet tamen admitti examen, ut ponatur extra proceſſum: *D. Altimar. ad Rovit. conſ. 4. lib. 3. nu. 8. & Sanfel. ſect. 7. n. 22. Petra rit. 238. n. 9.* Ea ratione, quia in Regno ſola veritas eſt attendenda, omiſſis omnibus aliis ſolemnitatibus Judiciariis, dummodo non ſit ſuſpectio calumniæ per *cap. de teſtantes*.

2 Limitatur hæc concluſio primo, quando ſcriptura ob ſuam veriſimilitudinem moveret animum Judicis ad credendum ſcripturam eſſe veram, & proinde abſque calumnia fuiſſe petitum Terminum ad concomitandum; *Sanfelic.* ita intelligendus *dec. 140. n. 11. Urſil. dec. 272. n. 1. Afflict. dec. 115. in fine, & deciſ. 272. de Franch. dec. 631.* adductus per *Motill. de grad. concl. nu. 8.* exempla ponit *de Marin. ad Revert. dec. 210. nu. 3.* in ſcriptura trino teſte notata, & ſimilibus, ex doctrina *Urſill. ad Afflict. circa deciſ. 272.* adde *Petra rit. 238. Luca ad Franch. dec. 631. n. 31.* & ita *dec. Sanfel.* ubi ſupra, *D. Altim. ad Rovit. conſ. 4. lib. 3. n. 9.* ubi reiicit *de Franch. dec. 630. n. 2. verſ. Urſil.* dicentem contrarium.

3 Limita ſecundo, quando recognitio ſcripturæ non eſt facienda per teſtes, ſed per literarum comparationem, quia dicta recognitio fieri poteſt poſt concluſum, ut poſſit poſtea concomitari.

Et ratio eſt, nam in comparatione literarum nulla ſubeſt ſuſpicio falſitatis; *de Franch. d. dec. 631. & Motil. de grad. concluſ. n. 8. Sanfel.* ubi ſupra.

4 Scripturæ produci poſſunt etiam poſt concluſum, & poſt monitionum ad ſententiam de Jure Regni, & quandocumque, ante promulgationem ſententiæ, etiam tempore expeditionis in Aula S. R. C. tam per Reum, quam per Actorem; *Altim. conſ. 4. lib. 3. n. 2.* poſt *Gizzarell. dec. 41. n. 1. Petr. rit. 238.* & deciſum refert *Ganaver. in R. C. Sum. dec. 29.*

5 Hinc eſt, quod in omnibus Curiis Regni fit concluſio in forma, & etiam ſi fiat ſimpliciter, intelligitur facta ſemper cum clauſula in forma, ſcilicet ſalva productione ſcripturarum; *Cavenſ. rit. 239. nu. 3. Muſcat. part. 7. gloſ. ſcripturæ num. 10.* & diximus *in cap. de Concluſione*, ubi vide.

De jure vero Communi ſecus, quia eo attento, produci nequeunt ſcripturæ poſt concluſum in cauſſa, *c. cum dilectus 9. de fide inſtrum. cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, cap. audivit de Procurat. Civiliſtæ omnes in l. admonendi ff. de jur. juran.* & nos diximus ante *in d. cap. de concluſ.* ubi diximus, quod cum Jure Communi concordabat *Ritus M. C. V. 238.* cum duobus ſequentibus, qui hodie non ſervantur, ſed fuerunt correcti per *pragmaticas*, ut late dixi *in d. cap. de concluſ.* & proprie per *Ritum 288.* per quem ſunt ſublatæ omnes ſollemnitates Iuris Civilis in Iudicius, & propterea quoties poteſt haberi veritas negotii in quacumque parte Iudicii ante ſententiam, Iudex tenetur indagare, nec eſt diſputandum de alio; *Altim. ad Rovit. conſ. 4. lib. 3. n. 3.* poſt *Caravit. ad rit. 238. Gizzarel. dec. 41. n. 1. Prat. ad Muſcat. part. 7. gloſ. ſcriptura & diſcept. 35. lib. 2. n. 39. Rovit. prag. 13. n. 6. de ord. judic. de Marin. ad Revert. dec. 210.*

6 Terminus ad concomitandum petitur a parte producente ſcripturas ante concluſum in cauſſa, quando ſcripturæ editæ ſunt ante; Verum ſi nulla culpa poſſit imputari ipſi producenti, cur non petierit dictum terminum, tunc poterit peti etiam poſt concluſum, ut diximus *in cap. de concluſione.*

7 Terminus ad concomitandum, tunc peti poteſt, quando ſcriptura, vel plene probat de per ſe, ut quia ſit publica, vel privata recognita, vel ſaltem ſemiplene probat, ut eſt privata per litterarum comparationem ſolum recognita, vel per unum teſtem, vel ſit ſcriptura trino teſte notata, ut ſuperius dixi.

8 Hinc adde, quod ſi præſentantur a Reo litteræ miſſivæ, vel ſcripturæ ſine teſtibus poſt concluſum, & quandocumque, tenetur actor illas recognoſcere, ita deciſum refert *Gizzarell. dec. 41. n. 6. de Marin. ad Revert. dec. 210. n. 5. & Capyc. Latr.* teſtatur, deciſum in S. C., quod teneatur hæres recognoſcere ſcripturam defuncti, uxor viri, & Dominus ſcripturam Ærarii, vel Inſtitoris, filius ſcripturam Patris, *Pariſ. dec. 53.* Et quod Regina Ieruſalem, & ejus filii fuerunt condemnati ad recognoſcendum ſigillum Patris in litteris appoſitum.

9 Terminus ad concomitandum conceditur etiam ſuper articulis alioquin non admittendis, ut diximus *in cap. de articulis de Jure non admittendis*, & admittitur probatio directe contraria, & de hac re vide *Franch. dec. 631. n. 4. & text. in cap. ſeries 26. de teſtib.* quia tunc ceſſat ſubornationis timor, & poteſt articulari idem, quod in primo termino fuit articulatum; *Revers. dec. 340.*

Sed teſtes in termino ad concomitandum non poterunt deponere circa ea, quæ in ſcriptura non continentur, ſed ſolum ad coadjuvandum expreſſa in Inſtrumento, & cum expreſſis concordare, *Revert. dec. 340. de Marin. ibid.* & exemplificatur *in d. dec.* quod in termino fuit articulatum, & examinatum per Fiſcum ſuper Confinibus Territorii, & facta publicatione, & concluſione, fuit præſentatum Inſtrumentum, in quo ſunt deſcripti tres tantum Confines, & alii in genere, prætendebatur examinari ſuper aliis Confinibus non expreſſis in Inſtrumento, niſi in genere, puta & *juxta alios Confines*, quia non poterant teſtes recipi, niſi ad coadjuvandos illos tres Confines expreſſos in ſcri-

Digitized by Google

ſcriptura noviter producta, non autem ſuper aliis, & ſuper quibus idem ſubornationis timor ineſſet. & propterea ceſſabat diſpoſitio *dicti cap. ſeries*, quod habet locum, ubi ceſſat timor ſubornationis circa Confines particulariter expreſſos in inſtrumento producto, quod nota bene; & ſequitur *de Luca ad Franch. dec.631.nu.2.*

,, 10 Ex *nov.Conſtitut.§.I.nu.XXVII.* habetur, quod de-
,, leantur ab uſu, tam terminus ad concomitandum,
,, quam ad impugnandum ſcripturas, tamquam inuti-
,, les; hinc ſi producantur ſcripturæ, de eis habenda
,, ratio eſt, quæ de jure; ut verba Conſtitutionis ipſius
,, aperte denotant; quæ hujuſmodi ſunt: *Conſiderando-*
,, *ſi per inutili tanto il termine* ad concomitandum, *che*
,, ad impugnandum; *ordiniamo, che così l'uno, come*
,, *l'altro, ſi debbano togliere; con che però il Giudice*
,, *debba aver ragione delle Scritture, che delle parti ſi*
,, *preſenteranno*, prout de jure. Quod advertendum
,, quoque eſt pro ſequenti capite; ne eadem repetamus.

C A P. XXV.

De Termino ad impugnandum.

S U M M A R I U M.

Terminum ad impugnandum ſcripturas eſt in arbitrio partis petere poſt compilatum terminum ad concomitandum, vel uti eodem termino ad concomitandum conceſſo in beneficium adverſarii, num. 1.

Terminus ad impugnandum ſcripturas editas ante concluſionem, concedi non debet poſt concluſum, cum ampliatione, & limitatione, num. 2.

1 Terminus ſicuti conceditur ad concomitandum ſcripturas; ita quoque conceditur adverſario ad impugnandum, ut diximus *in cap. de concluſ. verbo concluſione facta.*

Terminus ad impugnandum ſcripturas poteſt peti, & concedi, etiam ſi ego prius petierim terminum ad concomitandum; quia eſt in arbitrio adverſarii, vel uti eodem termino mihi conceſſo ad concomitandum, ex regula, quod omnis terminus eſt communis utrique parti, vel petere novum terminum ad impugnandum, poſt compilatum terminum ad concomitandum, *Muſcat.par.6.gloſ.præſentatas nu.22.*

2 Terminus non poteſt concedi poſt concluſum, ad impugnandas ſcripturas editas ante concluſionem; *Sanfel.dec.146.nu.5.*

Ampliatur, etiam ſi ſcriptura in articulis edita non ſit, ſed vix fuerit mentionata in libello cum ſerie, continentia, & tenore, itaut Adverſarius plenam de ea habuerit notitiam, & contra quam Reus poterit ſe defendere, tunc neque poterit poſt concluſionem illam redarguere, *Giurb.dec.36.nu.4.*

Sed ſi ſcriptura contineret aliquid novi, ultra enunciata, tunc daretur dictus terminus, ita deciſum referunt *Anna ſingul.502. n.1. Sanfel.dec.146. n.5.* relati a *de Luca ad Franch. dec.631.n.6.* ubi tamen ſubjungit, quod non ſemper fuit ſervata opinio *Annæ*, nam quando ſcriptura non fuit præſentata, licet fuerit in libello, vel articulis mentionata, pars non ſe defendit contra eam, niſi poſtquam præſentatur. Ideo tunc non eſt denegandus terminus ad impugnandum, ita *Petr.rit.238.Altim.ad Rovit.conſil.4.lib.3.nu.4.*

Secus vero reſpectu termini ad concomitandum, qui denegatur, quando contenta in ſcriptura, ſunt enunciata in libello, vel ante publicationem, *Ann. & Sanfel. ubi ſupra*, quia potuit in termino producere teſtes.

Limita, ubi nulla poſſit deſidia imputari litiganti, cur dictum terminum non petierit ante concluſionem. quia hujuſmodi terminus ad impugnandum, impetrari poteſt etiam poſt concluſionem; *de Franch.dec.631. num.3. verſ. at vero*, ubi dat modum, & exempla impugnandi, v3.

Poſt concluſum tu producis Inſtrumentum donationis Caſtri ad demonſtrandum, quod illud poſſides citra Jus, & nomen hæredis ſui Patris, quia titulo donationis, ego poſſum impugnare contra Inſtrumentum, & probare ſimulationem, vel quod poſtea tu redonaſti, & reſtituiſti; vel quod poſſides partem, & non totum, vigore donationis; vel alia ſimilia.

C A P. XXVI.

De Probatione mixta,

S U M M A R I U M.

Probatio mixta eſt, quæ fit ſcripturis per teſtes concomitatis, & fieri poteſt non obſtante ſtatuto, quod non admittatur probatio per teſtes, num. 1.

Probatio per aſpectum loci admittitur etiam poſt ſententiam in rem judicatam tranſactam, & teſtes ſuper rei evidentia admittuntur, num. 2.

Termino ad concomitandum petito adverſarius ad abbreviandam litem poteſt dare ſcripturas pro concomitatis, quando ſcriptura concomitanda ſibi non ſunt nocituræ, num. 3.

Nominatio teſtium admittitur ad concomitandum, & impugnandum, niſi calumnioſe nominatio fiat, nu. 4.

Apoca ſine teſtibus, & littera miſſivæ non poſſunt poſt concluſum concomitari per teſtes, ſed ſolum cogi ad recognoſcendam ſubſcriptionem, num. 5.

1 Probatio mixta eſt, quæ fit per productionem ſcripturarum, & teſtium illas concomitantium, ſive corroborantium.

Probatio mixta fieri poteſt non obſtante ſtatuto, quod non admittatur probatio per teſtes, *Urſill. dec.271.* & nos diximus ſupra *in cap. de concluſ.*

2 Probatio per evidentiam facti, ſive per aſpectum loci, nunquam intelligitur excluſa. Unde admittuntur teſtes ſuper rei evidentia, non ſolum poſt concluſionem, & poſt ſententiam, & ſuper articulis non admittendis, ut in caſu *dec. Afflict. 216.* ſed ſententia in rem judicatam tranſacta reſcinditur per evidentiam facti, ut diximus *in cap. de neceſſu.*

3 Petito termino ad concomitandum, altera pars videns non poſſe denegari, & quod ſcripturæ concomitandæ ſibi non ſunt nocituræ, poteſt dare illas pro concomitatis ad evitandam dilationem, *de Luca ad Franch.dec.631 ex Altim.ad Rovit.conſ.4.lib.3.*

4 Nominatio teſtium admittitur in hoc termino ad concomitandum, & impugnandum, ſicuti admittitur in termino principali; *Muſcat.par.7. gloſ.præſentatas num.15.ex text.in l. Judices C. de fide inſtrumentor.* ibi. *Qui prolatis inſtrumentis fidem adhibere exiguntur, ut ſi poposcerint in aliis locis id eis facere permittatur.*

Limitatur hæc concluſio, niſi dicta nominatio calumnioſe petatur, ut deciſum refert *Thor. par. 3. ſect. 2. in compendio verbo nominatio teſtium, fol.* 162.

5 Apoca ſine teſtibus, & litteræ miſſivæ poſt concluſum non poſſunt per teſtes concomitari, ſed poteſt Adverſarius cogi ad recognoſcendam earum ſubſcriptionem; *de Luca ad Franch. deciſ.631. num.6.* ut dixi *in cap.19.num.8.*

C A P. XXVII.

De Monitione ad ſententiam.

S U M M A R I U M.

Monitio, ſive citatio ad audiendam ſententiam in expeditione cauſa eſt neceſſaria, & de ſubſtantia, etiam in cauſſis ſummariis, ubi ſit facultas,

lo-

loco monitionis, & in cauſſa poſſeſſorii, num. 1.

Monitio debet fieri ad ſententiam audiendam, & in tribunalibus intra Neapol. loco monitionis, fit citatio ad dicendum; & requiritur etiam in ſententia, quæ promulgatur ab ipſo Rege, num. 2. & 3.

Monitio, ſive citatio ad audiendum laudum, ſi fuerit omiſſa, parit nullitatem in compromiſſo vigore ſtatuti, ſecus in compromiſſo voluntario facto cum pacto procedendi de jure, & de facto, num. 4.

Monitio ad audiendam ſententiam, vel ad explendum aliquem actum certo die, ſi fiat ante illum diem, erit nullitas, num. 5.

Monitio ad ſententiam notificata Principali, dum habet Procuratorem, an valeat? num. 6.

Mortuo, vel mutato Commiſſario debet renovari monitio ad ſententiam, alias erit nulla ſententia, num. 7.

Inſtantia non perimit poſt monitionem factam ad ſententiam, num. 8.

Monitio ad ſententiam notificando, ſingulos actus factos ſanat telam judiciariam vitio nullitatis laborantem, num. 9.

Mortuo litigante non proceditur ad ſententiam, niſi præcedat decretum, quod judicium transferatur in hæredes, num. 10.

Fiſco inaudito non poteſt procedi ad ſententiam, num. 11.

1 MOnitio ad ſententiam expeditur compilato proceſſu, alioquin ſententia nulla foret, etiam ſi lata fuerit pro Reo non citato, *Bart.* communiter receptus in *l. furioſa* 9. *ff. de jud. Verall. dec.* 140 *par.* 3. penes *Ricc. coll.* 1470. ut diximus in *cap. de citatione*.

Et nullam meret executionem, ut late fundat *Afflict. dec.* 283. ubi addentes, & ſequitur *Marin. lib.* 1 *reſ.* 45. citatio enim ad audiendam ſententiam in expeditione cauſſæ eſt neceſſaria, & de ſubſtantia, etiam in ſummariis, & in cauſſa poſſeſſionis, *Capyc. dec.* 1. *a num.* 33. *Affl. dec.* 346. *in fin.* & omiſſio illius vitiat ſententiam, *Grimald. ad Tartagl. cap.* 4. *in fin. fol.* 79.

2 Monitio debet fieri expreſſe ad ſententiam audiendam: nam ſi diceretur ad audiendam judicis voluntatem, vel ad audiendam proviſionem faciendam, non valeret, *Decius*, & *Felin.* penes *Cravet. ad Veſtriam lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 8.

Monitio ad ſententiam obſervatur in Curiis Regni extra Neap. non autem intra Neap. ubi loco citationis ad ſententiam fieri conſuevit citatio ad dicendum in jure, & in facto, ut notat *Muſcat. par.* 7. *gloſ. ſententia*.

Unde ſicut defectus citationis ad ſententiam vitiat ſententiam in aliis Curiis Regni, ita defectus monitionis ad dicendum, ut in Sacr. Conſ. deciſum refert *Urſil. dec.* 283. *in fin.* ubi refellit *Afflict.* dicentem ibi, non requiri monitionem in Sac. Conſ. quia Judicat nomine Regis; dum in locum monitionis ad ſententiam eſt neceſſaria monitio ad dicendum, ut ſupra dictum eſt, quæ ex ſtylo introducta eſt in locum dictæ monitionis ad ſententiam.

3 Monitio, ſive citatio prædicta expoſcitur etiam in ſententia promulgata ab ipſo Rege. *Clem. Paſtoralis de re judic. Abb. in cap. Venerabilis de elect.*

Imo ſi citatio ad audiendam ſententiam eſſet ſine peremptoria, non valeret ſententia. *Affl. d. dec.* 346. *nu.* 27. ex *l. conſentaneum*, & *l. tres denunciationes eod. tit.* & notatur *in l. ad peremptorium ff. de judic.*

4 Citatio ad audiendum laudum ſi fuerit omiſſa, illud non eſt validum, ſi compromiſſum fuit factum in arbitros juris, inter conſanguineos vigore ſtatuti, ſecus in compromiſſo voluntario in Arbitratores, cum poteſtate procedendi de jure, & de facto, *de Marin. lib.* 1. *reſol.* 45. *n.* 3. *per tex. in l. idem proferre §. ſi quis litigator ff. de arbitr. Roman. conſ.* 72. *n.* 4. & alii ibi, quibus adde *Ricc. dec.* 189. *par.* 4. *n.* 4.

Monitio ad ſententiam debet notificari perſonaliter, non domi, ut ex pluribus probat *Ricc. col.* 1470.

Sed hanc opinionem veram exiſtimo in Curiis Eccleſiaſticis, & in aliis Senatibus, non jam in Regno noſtro; ubi tantum valet citatio domi, quantum ſi fiat perſonaliter, ut diximus in *cap. de citat.*

5 Monitione expedita cum aſſignatione certi diei ad audiendam ſententiam, vel diffinitivum decretum, ſi deinde latum ſit ante illum diem aſſignatum, erit nullitas. *Motil. in grad. mon. &c. fol.* 51. *n.* 7. *de Franch. deciſ.* 497. *Muſcat. in gloſ. ſententia par.* 7. *in ſua addit.*

6 Monitio ad ſententiam notificata principali, dum habet procuratorem, non ſufficit, ſed omnino debet notificari ipſi procuratori, quia dominus litis factus eſt, *Bart. in l. furioſo* 9. *ff. de re judic.* receptus a *Muſcat. in gloſ. ſententiam par.* 7. *n.* 20.

Sed contraria ſententia mihi verior videtur, ex tribus;

Primo, nam licet Procurator ſit Dominus litis, nihilominus verus Dominus eſt principalis, cui datur judicati actio, non procuratori.

Secundo, quia ex *l. Paulus* 69. *ff. de procur.* ſtatuitur, etiam eum, qui ad litem ſuſcipiendam procuratorem dedit, cauſſæ ſuæ adeſſe non prohiberi.

Tertio, quia monitio ad ſententiam fit, ut adverſarius habeat notitiam ſententiæ proferendæ, ſed dum intimatur principalis, credibile eſt, ut a principali certioretur etiam procurator.

7 Monitio ad ſententiam iterum erit expedienda, mutato cauſſæ Commiſſario, & a quolibet alio Officiali ſucceſſore; *Minadois dec.* 28. *Franch. dec* 457. quia alias ſententia non valeret, *Motill. in grad. monitionis ad ſententiam fol.* 51. *n.* 6.

8 Monitio ad ſententiam perpetuat inſtantiam, ut poſt monitionem factam non perimat, *Motill. in grad. monit. ad ſententiam fol.* 51. *n.* 8. & diximus in *cap. de inſtantia perempta*.

9 Acta, ſive proceſſus nulliter confectus ob telam judiciariam male ſervatam unica citatione ad ſententiam ſanari poſſunt, ſingulos actus notificando, *Farinac. dec.* 734. *n.* 3. *par.* 2. *tom.* 2. *Rota in recollectis novis dec.* 233. *n.* 1. *Altim. de nullit. rubr.* 14. *q. unic. n.* 29. *Affl. dec.* 262. *n.* 8. *Corvellin. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 23. *Vant. in cap. qualiter ſententia n.* 88. *Dec. conſ.* 449. *Muſcatell. par.* 2. *gloſ. intimat. n.* 54.

10 Mortuo litigante non poteſt ad ſententiam procedi, niſi præcedat decretum, quod judicium inceptum cum defuncto transferatur in hæredes, & ipſi hæredes moneantur ad ſententiam audiendam; *Carrab. ſing.* 95. ex *Marant. conſ.* 95. *n.* 25. *de Franch. dec.* 245. *Caravit.* 234. *n.* 6.

11 Fiſco inaudito ad ſententiam procedi non poteſt, ut deciſum refert *Sanfelic. dec.* 23. *tom.* 1. non ſolum per *Reg. Prag.* ſed etiam de jure communi per *tex. in l. ſi Fiſcus ff. de jure Fiſci*, ibi: *Quare ſi ſine Fiſci Advocato, pronunciatum ſit, Divus Marcus reſcripſit, nihil eſſe actum, & ideo ex integro cognoſci oportere.*

CAP. XXVIII.

De Sententia.

SUMMARIUM.

SEntentia S.C. minime notificatur, & qua praxi utimur, num. 1.

Sententia M.C. & aliarum Curiarum Regni ſtatim notificatur etiam contumaci, cum limitatione tamen, num. 2.

Sententia S.C. ſemper fit cum lecta lata, alias eſt nullitas, ſed in M.C.V. lecta lata fit, quando fuit proceſſum in contumaciam, idem ſervatur in Curiis inferioribus Regni, ubi non adeſt ſtylus in contrarium, num. 3.

Executio ſententiæ ſi eſt cœpta non præſcribitur, & lata contra unum quando noceat alteri, num. 4.

Sententia triplex eſt, diffinitiva, interlocutoria, & mi-

Google

mixta, & declaratur, quæ ſint, num.5.
Interlocutoria, quando habet vim diffinitivæ, & exemplificatur, num.6.
Sententia an debet eſse conformis libello, & cum ſit difformis, an valeat, num.7.
Sententia quando ferri poteſt juxta articulos, & non juxta libellum, num.8.
Sententia non conformis libello in Regno valet, num.9.
Sententia lata contra Virum, non nocet contra Uxorem, vel alium in Judicio non auditum, num.10.
Sententia nocet aliis, quorum intereſt, & lata contra hæredes nocet fideicommiſsariis, & lata contra poſseſsorem, nocet ſubſtitutis in feudo, & aliis non citatis, & contra uſufructuarium, nocet Proprietario, & contra debitorem nocet Creditoribus non citatis, cum limitatione, num.11.
Sententia debet continere condemnationem, vel abſolutionem, claram, non obſcuram, num.12.
Sententia eſt nulla, ſi fertur extra locum ſolitum, vel intra Eccleſiam, cum limitatione, num.13.
Delegatus extra Territorium ſine conſenſu partium procedere non poteſt, num.14.
Sententia ferri debet de die, non de nocte, num.15.
Sententia ob inſtrumenta de novo reperta revocari poteſt, num.16.
Sententia per evidentiam facti, licet ſit tranſacta in rem judicatam, reſcinditur, num.17.
Sententia quando poteſt probari per teſtes, & quid ſi proceſſus ſit deperditus, vel combuſtus, num.18.
Sententia ſine actis non probat, & quando aſſertioni Judicis creditur vel non, num.19.
Sententia, & acta facta die feſto ad honorem Dei ſunt nullæ, quæ concluſio fallit in cauſſa excommunicationis, & Syndicatus num.20.
Sententia lata actis non viſis, vel actis non integre tranſportatis, eſt nulla, num.21.
Diffinitiva non poteſt revocari, ſed poteſt declarari ejus obſcuritas, etiam poſt lapſus decem dies; & terminus appellationis, vel nullitatis curris a dicta die declarationis, num.22.
Sententia differt a decreto, & quæ ſit differentia, nu.23.
Interlocutoria quid ſit, & quando habeat vim diffinitivæ, & exemplificatur, num.24.
„ *Juxta noviſ. Conſtit. debet in ſententia ab expenſis abſolvi, aut condemnari ad illas, qui litem amittit*, n.25.

1 Sententia Sac.Conſ. non notificatur, ſed expectantur decem dies poſt lectam latam, quibus elapſis, notificatur mandatum de parendo tam Principali, quam Procuratori, ut principalis obediat, & ut procurator poſſit opponere; & ita eſt ſtylus S.C. teſte *Rov. in prag.5.nu.3.de offic. S. R. C. Motill. de ſent. fol.53.n.22.*

Et in calce mandati de parendo incuſantur contumacias non ad alium finem, niſi quia reus illi non paret, *Motill. de appellat. fol.56.num.24.*

2 Sententia M. C. V., & omnium aliarum Curiarum Regni notificatur ſtatim, verum ſi profertur in contumaciam, tunc neque notificatur, ſecundum *Motil. de ſententia fol.56. nu.23.* qui ſui immemor dixit contrarium paulo ante *fol.52.n.4. in gradu monitionis.*

Sed veritas eſt, quod ſi contumax eſt in loco judicii, tunc ſemper notificatur. Si extra locum judicii, tunc non opus eſt notificari contumaci.

3 Sententia diffinitiva quando fertur in S. Conſ. ſemper fit ejus in calce *lecta lata*, alias eſſet nullitas, ut teſtatur *Motil. de ſententia fol.52. num.17. ad* 19. quia eſſet contra ſtylum dicti Tribunalis.

Quando fertur in M.C.V. fit in uno caſu tantum dicta *lecta, lata, & publicata*, nempe quando fuit proceſſum in contumaciam, teſte *Motill. ubi ſup.nu.23.*

Quando fertur in aliis Curiis Regni, tunc in unoquoque foro ſervandus eſt ſtylus ipſius.

Et ubi de ſtylo non apparet, tunc ſervari debet id, quod ipſa M.C. ſervat.

4 Sententiæ exequutio cœpta non præſcribitur, & ſemper debet finiri.

Sententia lata contra unum, quando nocet alteri; vide *de Franch. & de Luca dec.524.*

5 Sententia judicialis triplex eſt, nempe diffinitiva, interlocutoria, & mixta.

Diffinitiva eſt, qua reus abſolvitur in tota cauſſa, vel condemnatur, *Cujac. in C.lib.7. tit.45.* & facit diſcedere litigantes a tota cauſſa, *l. 19. §.ult. de receptis arbitris*, vel quæ principalem litem, aut per abſolutionem, aut condemnationem determinat, *gloſ. in Clement. unica verbo diffinitiva de ſequeſt. poſseſ. & fruct. Motill. de ſentent. fol.52. num.8.*

Interlocutoria eſt omnis vox Judicis faciens ad cauſſam, *Alex. in rubrica digeſtorum de re judic.* quæ non perimit litem, ſed eſt præparatoria ad ſententiam finalem, ut ex *d.l.* 19.

Et litem principalem non decidit, ſed per eam emergentia, & incidentia terminantur, *gloſ. in clement. unica verbo diffinitiva de ſequeſtr. poſseſ. & fruct. Motill. de ſententia num.7. fol.52.*

Mixta eſt, quando decretum definit totum negotium non per directum, ſed per obliquum, ut quando abſolvit ab obſervatione judicii, *Dom. Marad. obſer.65. num.13. Trentacinq. lib.2. reſol.13. num.17. de appellat.*

Sententia quæ ſit diffinitiva, vel interlocutoria controverti ſolet. Ideo Tyrones ſciant, quod

Sententia diffinitiva erit, quando Judex admittit exceptionem peremptoriam, *l.27. C Theodoſ. de appell.* penes *Cujacium in d.C.lib.7. tit.45.*

Sententia interlocutoria erit, ubi Judex rejicit exceptiones peremptorias, *Felinus in rub. decretalium de re judicat.* exempli gratia, ſi petam centum a Titio, qui opponit exceptionem rei judicatæ, & Judex decernat exceptionem militare, tunc ſententia erit diffinitiva, quia facit diſcedere partes a tota cauſa.

Si vero decreverit, ut exceptione non obſtante procedatur ad ulteriora. Tunc ſententia erit interlocutoria, quia non facit diſcedere partes, quæ aliam expectare debent diffinitivam ſententiam.

6 Sententia interlocutoria tunc habet vim diffinitivæ, quando ſperat aliam ſententiam poſt ſe, licet non ſit de negotio principali. Exemplum erit de ſententia abſolutoria ab obſervantia Judicii.

Item de illa, per quam pronunciatur appellationem eſſe deſertam. Item in præcepto de ſolvendo; & in ſententia mulctæ, & ſimilibus, *Marant. part.6. rub. dum fertur ſententia num.24. fol. mihi* 460. Et dicitur ſententia mixta, quia per obliquum diffinit totum negotium, ut ſuperius dixi.

Interlocutoria ſimplex exemplificatur in præcepto de ſolvendo ad creditoris requiſitionem facto, & quando fit præceptum, ut conventus ſolvat tertias, alias providebitur ſuper petita reſciſſione, tunc habet vim diffinitivi, & diffinit negotium de directo.

Et interlocutoria habentia vim diffinitivi dicuntur illa, quæ proferuntur abſque litis conteſtatione; *Staiban. reſol.113. a num.10.*

Interlocutorium dicitur, quando acta declarantur nulla; *Guid. Pap. dec.120. Borrel. tit.33. de appellat. in ſumma deciſionum num.320. tom.2 & tit.29. nu.40. Dom. Marad. obſerv.65. in fin.*

7 Sententia debet eſſe conformis libello. Adeo quod fatuus dicitur Iudex, qui ultra petita condemnat.

Sed ſententia difformis a libello valet in Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur, dummodo ſit conformis probationibus, unde ſi petat equum, & probet bovem, valet ſententia continens reſtitutionem bovis, præcipue ſi in libello ſit clauſula, omni modo meliori, *Faber defin. 3. C. de formulis ſublatis, & de Mariuis lib.1. cap.316. num.4.*

8 Sententia proferri poteſt juxta narrata in articulis, tamen hoc procedit, quando clare extat petitio in li-

bel-

Digitized by Google

bello, libellus [illegible] debet. quæ in judicio petuntur; & n[illegible], niſi ſuper de lub[illegible] i[illegible]lo. Nam ſuper [illegible] in articulis tantum non [illegible]ur ſententia, niſi improprianda libellum, juxta [illegible]ſionem Reg.Cam.Sum. relatam a *Ric. dec.5. in fine part.1.* in cauſa Univerſitatis C[illegible]ſulanum cum Magnifico Jo: Vincentio Criſpano ejus Barone. Ubi in [illegible] erat dictum ſe ſpoliatum paſculo pecorum. Et in [illegible]iculis verificavit fuiſſe ſpoliatum a paſcuo tam p[illegible]m, quam aliorum animalium. Unde Advocatus obſtabat non eſſe intentatum pro animalibus magnis. Et contra replicabatur, quia libellus erat generalis. Tandem fuit lata ſententia ſuper omni paſcuo.

Secus eſt, quando non poteſt improprlari libellus. Quia origo petitionis attenditur. Adeo quod

Si petitio eſt particularis, & ſententia eſt generalis, reducitur ad particularem petitionem. Imo

Si petitio eſſet particularis, prol[illegible]io, & ſententia univerſalis, exceptio rei judicatæ non obſtat, niſi in petitis particulariter.

Ita late *Ricc.p.1.deciſ.[illegible].per tot.ex tex.in [illegible] ſi m[illegible]er, § and.cum glo. in verb.[illegible] ff.de excep.rei ju[illegible]* ita in terminis *Socc. in conſ.18. col.pen. v[illegible].1 & Soc. jun.in c.ab adverſario num.12.de except. Anna in [illegible].48.*

Nam quando libellus eſt particularis, licet in articulis productum eſſet aliquid largius, & plus, ſuper illo pluris judicandum non eſt, *Riccius* ubi ſupra, ex *Jo. Andrea in c. ex conqueſtione de reſtit. ſpol at. Fab. inſtit.de replicat.in princ.Anna ſing.3[illegible].*

Limitatur hæc regula in S. R. C.quod, quia eſt conſiſtorium Principis, poteſt ſententiam ferre libello difformem, dummodo ſit veritati conformis, nec attendit ad errorem libelli, nec quod actum una via, probetur alia via, *Afflict. deciſ.95. num.7. Mar.ant. p[illegible]. diſt. 9. Surd.dec.32. Gram. dec.19.& 76.* quos [illegible] *V[illegible]. ad Gallup. in prælud. num.33.* ubi dicit, dictum S.C.poſſe judicare ultra, vel contra petita.

9 Sed *Merlin. in contr.1. cap.34. num.8.* concludit in Regno valere ſententias non conformes libello, ex *Rit.M.C.V.280. & Carav.ibi num.10. & ex conſ.Alex. Ruin.Marſil.Tiraq* & aliis relatis per *Menoch.de arbitr. lib.1. q.18.num.5. Gram.dec.19.num.5. & de[illegible] 103. num.141.Surd.deciſ.284.num.14.* & aliis ibi. Et ubicumque proceditur ſummarie, non attenditur quid petierit Actor, ſed quid appareat illi deberi, *Rot. Rom. apud Ludov.dec.175 n.2.& 270.n.6.*

Imo etiam in cauſis ordinariis poteſt ferri ſententia ſuper probatis, licet non [illegible]ctus in libello, ex [illegible]tionibus adductis per *Scac[illegible]. de ſententia, & re judic.gloſ. 14.q.16.n.22.*

10 Sententia non nocet tertio, in judicio non audito, *l.2.C.quibus res jud.non nocet l.1.ff.de [illegible] jud.*, & in S.C. non nocuit Marchioniſſæ Burge[illegible], ſententia lata contra virum, *Capyc.Latr.dec.[illegible]7. num.10. Scyal. in prax.for.cap.25. n.72.* ubi allegat *Anna conſ. 89.* ſed *Sanfel. deci.347.* concludit, quod

11 Sententia lata co[illegible]a[illegible]tatum, nocet ei, cujus intereſt in conſequentia[illegible] juxta declarationem *Alex.conſ. 156.vol.2.de Pont[illegible] [illegible]5.vol.*

Sententia lata contra [illegible], nocet fideicommiſſariis, *Theſ.qu.for.[illegible]ſ.23.lib.4.*

Sententia lata contra legitimum poſſ[illegible]em, cæteris ſubſtitutis in feudo, major[illegible] & [illegible] non [illegible]tis nocet, *ad text.in l.ex contractu ff [illegible] ju[illegible]*

Sententia lata contra uſufructuarium n[illegible] proprietario, *Caſtill. de uſufr. cap.34. n.6.* ubi habe[illegible] quando nocet, & quando non.

Sententia lata contra debitorem nocet [illegible] creditoribus, etiam non citatis, *gloſ.2. l.de unoqu[illegible] qu[illegible] re judic*

Quod intellige de ſententia lata contra præſ[illegible]em, & ſe def[illegible]tem, ſecus ſi [illegible] lata in contumaciam vel ſi adeſſet colluſionis præſumptio; nam poſſet ter-

tius comparendo dicere de nullitate, *Sanfel. dec.9.* ubi latius.

12 S[illegible] continere debet condemnationem, vel abſolutionem, non conditionatam, non obſcuram, ſed claram, *l.Præ[illegible] & [illegible]um Jud.x Cod. de ſent.& interloc.omn.Ju[illegible] Ant. de Amato reſp.60.& 66.n.7.Dom. Marad.ad Gallup.part.3.[illegible] p.1.n.1.& 4.*

13 Sententia [illegible], ubi prædeceſſores ſunt ſoliti [illegible]s re[illegible]ere, [illegible] nulla, *l.ſi ut pr[illegible]ponis la 2.Cod.quomodo, & quando Judex.* Limitatur hæc regula, quando conſentiunt [illegible]s, vel non appellant, *Anton.de Mar[illegible] [illegible]ont.416.n.43.tom.[illegible]*

Intra Eccleſiam nec ſententia, nec alius actus Judicialis fieri poteſt

14 Delegatus de conſenſu partium extra Territorium procedere poteſt, *Borr[illegible]. [illegible].3[illegible] de ſententia num.86. tom.3. in [illegible]ummad.c[illegible].*

15 Sententia debet ferri tempore diurno; quod fallit in nundinis, in quibus procedi poteſt de nocte; *Novar.qu.for.n.2.tom.2.*

Et fallit quando adeſt conſenſus partium, vel adeſt ſtylus Curiæ, ſed debet proferri tribus luminibus acc[illegible]ſis, prout pr[illegible]tur in co[illegible]tus, per *T[illegible]t. in l.1. §.trina lumi[illegible] ff.[illegible] vent.[illegible]c. Scyal. in prax. forjud. cap.12. num.34. Dom.Mar[illegible] ad Gallup.par.3. cap.1.n. 4.& [illegible] 9.*

Act[illegible]ius ſeri[illegible] fuiſſe pro[illegible]at m[illegible] die ſententiam, quæ fu[illegible] lata de nocte [illegible] [illegible]um, quia dies naturalis eſt 24. horarum, [illegible] *218.n.24.cent.5.Dom.Maradei, ubi ſupra n.17.*

16 Sententia diffinitiva revocari poteſt a Judice ob inſtrumenta de novo reperta, quando litigans juſtam habuit cauſſam ignorantiæ, utpote ſi eſt hæres, qui non prius potuit reperire dicta inſtrumenta, *Maſull. ad Capyc. dec. 52. n.4. Carabb. ſ[illegible].41.* h[illegible] aliter dicat *Arnon. ſ[illegible] 74.*

17 Se[illegible]ndo Sententia etiam tranſacta in rem judicatam reſ[illegible]ur per evidentem [illegible], *cap.Fraternitatis de fr[illegible]d. & malef. Tiraq. de retract. conſanguin. §.4. num.36.gloſ.[illegible].*

18 Sententia poteſt probari per teſtes, *ut in cap. ſicut nobis de re judic. A[illegible] in [illegible]ſtit, edictorum num.7. lib.1. Aul.[illegible] 96.*

Et quando proc[illegible]us eſt deperd[illegible]s, vel combuſtus, vide *de Franch.& A[illegible] in dec.707.*

19 Sententia ſine actis non prob[illegible] [illegible] aſſertioni Judicis creditur; quæ concluſio limitatur in antiquis, *Epiſcopus Riccius deciſ.119. par.[illegible]. & deci.287. par.4. n.1. Novar.qu.for.85.par.2.Scyal. in prax. forjud. cap. 25.num.67.*

20 Sententia debet proferri die juridico, & non feſto ad honorem Dei, cui partes renun[illegible] non poſſunt, & non ſolum ſententia, ſed acta ſunt nulla; *Gizzarell. deciſ.58.* & etiam acta facta in compromiſſo, *Dom. Marad. ad ſing. Patr.316. n.7. & Galupp.par.3. cap.1. n.19.* quæ concluſio fallit in ſententiis excommunicationis, quæ fieri poteſt die feſto ad honorem Dei; *Genuenſ. in prax. Archie[illegible].cap.[illegible]3. n.20.*

Et fallit in cauſa [illegible], ubi acta, & proceſſus fabricat[illegible] [illegible]ibus feſtis ad honorem [illegible], ut ego dixi la[illegible] *in prax. Syndicatus*, licet quoad ſententiam non poſſe procedi die feſto dicit *Gi[illegible] [illegible]ſ.18. n.13. & Guazzi[illegible].q.11. a n.[illegible]* [illegible]ti per *Dom. Marad.d. par.3. Gallup.[illegible]c[illegible]p.1. n.22.*

21 Sententia redditur nulla, ſi feratur actis non viſis, vel non integre tranſportatis, *Poſt. de manuten. obſerv. 9 n.[illegible] Sa[illegible]. de re[illegible]. protect. par.1.cap.18.n.13.* rel[illegible]ti per *Dom.Marad[illegible]*

Et ratio eſt quia [illegible] non viſis, vel actis diminutis nemo poteſt recte judicare; *Valenzuel. conſ.172. n.68.C[illegible] [illegible].4[illegible].3 Dom.Marad.ubi ſupra.*

22 Sententia diffinitiva lata non poteſt revocari, ſed ſi fuerit obſcura, etiam poſt decem dies lapſos declarari

Digitized by Google

poteſt, & tunc a dicta declaratione poteſt appellari, vel de nullitate dici, qui terminus appellandi, vel dicendi de nullitate de dicta declaratione, currit a die, quo fuit declarata ſententia dubia, & non a die, quo fuit lata, *Dom. Marad. ad Galtupp. par. 3. cap. 1. in fin.*

23 Sententia differt a decreto.

Sententia dicitur Judicis deliberata proviſio condemnationem, vel abſolutionem continens, juxta *Tex. in l. 1. ff. de re judicata.*

Decretum eſt deliberota Judicis proviſio, citra tamen condemnationem, vel abſolutionem, puta interponendo decretum, vel decernendo quem eſſe defendendum per Capitula Regni a violentiis, ita *Bart. in l. nequidquam §. ubi decretum colum. pen. ff. de offic. Procons. Jaſon. in 1. col. Alexand. in l. juxte poſſidet 3. col. Rom. præſtantia 46. n. 3. fol. 391.*

24 Sententio interlocutoria, ſive decretum interlocutorium dicitur vox Judicis faciens ad cauſſam ante finalem, *Surd. conſ. 167. tom. 2. Joſeph Seſſe in tract. de inhibit. cap. 2 §. 3.* & alii citati per *Rom. dict. præſt. 46. cap. 1. num. 3.*

Interlocutoria, quæ vim diffinitivæ habet, eſt, quæ fertur ante tempus diffinitivæ, ſed diffinit aliquod incidens, quod non ſperat aliam ſuper dicto incidenti deciſionem. & ſic in effectu eſt diffinitiva, & eundem parit effectum.

Exemplificatur in decreto, quod fit ante reſciſſionem contractus, ut debitor ſolvat tertios, alias providebitur ſuper petita reſciſſione; *Altim. de nullit. rub. 8. qu. 4. n. 4. Cancer. reſol. 17. n. 138. par. 3.*

25 Hic non extra propoſitum erit advertere, quod „ in pluries *cit. Conſtit. §. 1. num. 33.* omnino cavetur debere in ſententia diffinitiva, aut condemnari, aut abſolvi ab expenſarum ſolutione tam in primo, quam in ſecundo judicio factarum eos, qui in cauſa ſuccumbunt; quod jamdiu ab uſu receſſerat; ut partes facilius ſe a litibus injuſtis abſtineant; prout illius verba clare indicant; ubi etiam præſcribitur modus agendi circa tales expenſas. Quod ut hoc loco omnibus pateat, en verba ipſa Conſtitutionis. *Per raffrenare le tante ingiuſte liti, che s'introducono ne' Tribunali, ſenza ponderarſi dalle Parti, ſe l'aſſiſte, o no la giuſtizia, ma ſolo per deſatigare i litiganti, e ricavarne qualche profitto; Ordiniamo perciò, che tutti coloro, che averanno litigato, e ſuccumbito, debbano in qualunque Tribunale tanto per le cauſe eſecutive, quanto per le ordinarie pagare irremiſſibilmente le ſpeſe di tutti due i giudizj, alle quali nell'iſteſſo decreto diffinitivo, o ſentenza debbano eſſere condannati, o pure dal pagamento delle medeſime eſſere aſſoluti. Per le quali ſpeſe, ſubito che averà il decreto paſſaggio in coſa giudicata, dallo Scrivano della cauſa con tutta la celerità ſe ne debba formare il calcolo, avverſo del quale ſi debba ammettere una ſola reviſione, ſenza poterſi produrre altro gravame, ſe non ſolamente quello delle nullità col depoſito.*

C A P. XXIX.

De Executione Sententiæ.

S U M M A R I U M.

EXecutio ſententiæ ad quantitatem conſequendam fit parte citata ad dicendum, quare non debeat executioni mandari, & aſſignatur ratio, num. 1.

In actione reali debet fieri præceptum, ut reſtituat juxta formam ſententiæ; & poſtea fit executio ſententiæ, num. 2.

Hoc non ſervatur in S.C. & ratio eſt, quia ibi fit mandatum de parendo ſententiæ, num. 3.

Quadrimeſtre, quo gaudet condemnatus in actione perſonali, non ſervatur de Jure Regni, num. 4.

Executio ſententiæ non fit pendente reclamatione, quando damnum eſt irreparabile, neque in cauſſa criminali, num. 5.

Executio ſententiæ uſque ad 30. annos fieri poteſt via executiva, quibus elapſis proceditur via ordinaria, cum limitatione, num. 6.

Executio ſententiæ, an fieri debeat primo in mobilibus, ſecundo in ſtabilibus, & tertio in nominibus debitorum, num. 7.

Executoriam expeditam realiter, & perſonaliter, etiam ſi debitor carceratur, poteſt exequi in bonis, num. 8.

Executio contra minorem fit primo in nominibus debitorum, relictis ſtabilibus, & mobilibus pro uſu, & aſſignatur ratio, num. 9.

Judex executioni demandat ſuam ſententiam tranſactam in rem judicatam etiam contra condemnatum, qui effectus eſt alterius fieri poſt latam ſententiam, num. 10.

Judex prorogatus executioni demandat ſententiam ſuper bonis ſiſtentibus in ſuo territorio, ſuper bonis in alieno Territorio ſiſtentibus requirit Judicem illius Territorii, num. 11.

Delegatus a principe, & Delegatus ab inferiore quid facere poſſint, num. 12.

Judex requiſitus recuſans quid, &c. num. 13.

Commiſſarius Supremorum Tribunalium, an poſſit in Terra Baronis executionem facere, num. 14.

Delegatus an teneatur ſervare ſtilum Delegantis, n. 15.

Executio ſententiæ impediri poteſt per 14. impedimenta, quæ narrantur, num. 16.

1 SEntentiæ executio in actione perſonali ad quantitatem conſequendam non fit, niſi parte citata ſuper executione, ad dicendum, quare non debeat dicta ſententia ſuper actione perſonali executioni mandari, *Aff. in conſt. dilat oneſt tit. de dilat. lib. 2. rub. 17. n. 23.*

Et ratio aſſignatur, quia condemnatus poſſet allegare nullitatem ſententiæ ex eiſdem actis, quo caſu impeditur executio ſententiæ, ſecus quando nullitas requireret probationem, quia tunc non impedit executionem in cauſſa Civili, quod ſecus in Criminali.

Item quia poſſet peti in integrum reſtitutio adverſus ſententiam.

Item quia poſſent allegari exceptiones modificativæ ipſius ſententiæ.

Item ut videatur, an aliquid ſit innovatum inter partes poſt ſententiam.

Item quia poſt ſententiam poſſet eſſe facta ſolutio ſeu ſatisfactio, quæ exceptio impedit executionem ſententiæ.

Et ſi omittatur dicta citatio, poteſt allegari poſt ſententiæ executionem aliquid, quod revocat ipſam ſententiam, tunc facta probatione dicti facti retrahitur executio, quia eſt exceſſus modus in exequendo.

2 Et ſi actum eſt actione reali, tunc Judex antequam exequatur ſententiam, in re illa, debet facere præceptum ipſi condemnato, ut rem illam reſtituat, juxta formam ſententiæ, & poſtea fit executio ſententiæ, & manu militari res a Reo fertur, & traditur actori, qui in poſſeſſionem immittitur, *l. qui reſtituere, 68. ff. de rei vindic.* ubi *gloſ. & DD.*

3 Sed S.C. ſemper facit mandatum de parendo ſententiæ, & non citat partem, quare non debeat exequi, ut fit in aliis Curiis.

Hæc omnia *Afflict. in d. Conſt.* ubi late dat ampliationes, & limitationes, ad quem recurre in caſu, &c.

4 In actione reali fit executio ſententiæ ſtatim, per *Tex. in §. & ſi in rem Inſtit. de offic. Judic.*

In actione perſonali non fit executio, niſi tranſacto quatrimeſtre, *l. fin. C. de uſuris rei judicatæ.*

Hodie per novas leges debitor gaudet quatuor menſibus, antequam capiantur pignora, & duo poſt capta pignora ante eorum venditionem; *D. Marad. in ſua prax. præſent. inſtrum. cap. 22. de nullit. executionis*

ris ſoſſa inſ. quadrimeſtre , num. 1. Carleval.de Judic. tit.3 diſp.1.num 5.tom.2.ex Bartol.& Jaſon.ib citatis *Roman.de praſtant. S.C.praſtant.40. cap.1. num.16. de Marinis ad Revert.decis.443.per Tex.in l.2.& ult.in ſine C.de uſuris rei judicatæ.*

Sed cave a dictis Authoribus , quia in noſtro Regno debitores , in actione perſonali , quadrimeſtre non gaudent , & diu receſſit ab aula , ſed ſtatim fiunt precepta de ſolvendo infra terminum arbitrio Judicis pro executione ſententiæ , juxta formulam per nos traditam *in 2.tom. tit.3. cap.6. num. 14.* & capiuntur pignora , & ſubhaſta venduntur ; *Carleval. lib.1. tit. 3.diſp.1.num 25.*

5 Executio ſententiæ non fit quando damnum eſt irreparabile , pendente reclamatione , ut ſi eſſet vendendum Caſtrum , vel per ſententiam eſſet perveniendum penes aliquem , a quo non poſſit de facili recuperari , *Staib.reſol.50.n.38. Anna allegat.62. Tappia lib. 1.de jure Regni per prag.5.de off.S.R.C.n.6.*

Ita ſervatur in cauſa criminali , quando ſit aliquis forjudicatus , vel condemnatur ad mortem , vel ad remigandum , & per S.C. fuerit confirmata ſententia M. C.V.non poteſt exequi pẽdente reclamatione, vel pendente exceptione indultus,vel clericatus,vel alia ſimili, ſed ſuperſedendum eſt in executione,quia illa ſententia eſt irretractabilis. *Staib.ubi ſupra. Altim.de nullitat. rubr.1.q.1.n.36.* & alii per dictos Authores citati.

6 Executio ſententiæ uſque ad 30. annos fieri poteſt via executiva , ſed elapſis 30. annis præſcribitur via executiva,& proceditur via ordinaria, *Afflict. dec.245. num.12.& Urſil. ibi,Carleval. de judic.lib.1. tit.3.diſp. 4.n.14. tom.2.fol.133. Petra rit.128.nu.22. Roman.* & alii cit. a *d.Roman.de praſt.S.R.C.praſt. cap.1.n.26.* & ita deciſum refert *Capyc.Latro deciſ.58.n.14. D.Marad. in praxi cap.6.fol.241.n.1.& cap.17.n.1. fol.191.*

Verum ſi infra 30. annos cœpta ſit executio , interrupta eſt præſcriptio , & poſt terminum triginta annorum proſequi poteſt , *Gallup.par.3.cap.3.n.52.Ricc.collect.285.* & nos *in cap.de præſcript.*

7 Executio ſententiæ , an fieri debeat ſervato ordine *Text.in l.a Divo Pio, ff.de re judicata* , nempe,ut prius capiantur mobilia debitori minus damnoſa . Secundo ſtabilia . Tertio nomina debitorum ? ſunt opiniones hinc inde contrariæ , relatæ per *D. Marad. in praxi cap.22.num.3.& ſeq.*

Unde tutius eſt ſervare dictum ordinem , etiam quia in executorialibus apponi ſolet clauſula , ut executio fiat juris ordine ſervato , & propterea ſi dicta forma juris non ſervetur , eſt nullitas contra preceptum Judicis , ut advertit dictus *D.Marad.ubi ſupra.*

8 Quæ concluſio limitatur in executorialibus vigore inſtrumenti liquidati , vel obligationis penes acta , & ſimilibus executoriis realiter,& perſonaliter expeditis, quorum executio non impeditur in bonis etiam,quando debitor ſit carceratus . *De Franch. deciſ.200.* idem *Marad.loco cit.n.9.cap.22. & cap.19.nu.6.* & ego in 2. *tom.tit.5.de ſignificatoriis cap.1.ſpec.2.n.6.*

9 Imo contra minorem executio eſt inchoanda a nominibus Debitorum, relictis ſtabilibus , & mobilibus pro quotidiano uſu , ex *Camill.de Medic.in ſumma deciſ.cap.31.num.19.* relato & approbato per *D.Maradam dicta prax.cap.22.n.7.*

Et ratio eſt , quia in nominibus debitorum eſt minus damnoſa executio contra minorem.

10 Judex executioni demandat ſuam ſententiam , quæ tranſivit in rem judicatam fecit , licet condemnatus poſt latam ſententiam efficiatur alterius fori , per *Text. in l.eum quadam ff.de juriſdict. omnium Jud. Scaloja de foro executivo ſent.cap.54.num.6.& 7.* cum aliis ibi cit.

11 Et Judex prorogatus, qui vigore prorogationis tulit ſententiam ,quando bona ſunt in Territorio ipſius Judicis , executioni demandat ſuam ſententiam ; ſed quando bona condemnati ſunt in alieno Territorio , tunc committit executionem Judici illius Territorii , & ſic conciliantur opiniones repugnantes , ut eſt videndum apud *Scal. dict. cap.54. de for. execut. num.8.*

12 Delegatus a Principe poteſt facere ſequeſtrum ante litem conteſtatam , & poteſt ſuam ſententiam executioni demandare infra annum , & non ultra.

Delegatus vero ab inferiori poteſtate non poteſt ſuam exequi ſententiam , ſed executioni demandatur ab ipſa Curia , vel Tribunali Delegante , niſi in delegatione data ſit poteſtas exequendi ſententiam diffinitivam.

Secus eſt in ſententia interlocutoria , cujus executio fieri poteſt a Delegato quocumque , & cujuſcumque Curiæ , & tacite intelligitur cum Delegatione dicta poteſtas exequendi interloquutoriam conceſſa , *Scyaloja dict.cap.54.de for.exequut.n.10. & 11.*

13 Et quando Judex requiſitus recuſat executionem , dixi in *cap.35.de brachio impartiendo.*

14 Et Commiſſarius Supremorum Tribunalium , an poſſit in Terra Baronis facere executionem ? vide quæ dixi in *cap.6.de ætat.* & debet ſervari *Prag.3. de commiſſ.& in cap.ſeq.30.de literis execut.n.9.*

15 Delegatus tenetur ſervare ſtylum delegantis , in deciſoriis , ſed in his , quæ concernunt ordinem , tenetur ſervare ſtylum , & ſtatutum fori ipſius delegati, juxta *Dec. Epiſcop. Sperell.85.num.5. part.1. Scyaloja cap.54.de for.execut.n.27.*

16 *Impedimenta executionis ſententiæ quatuordecim narrantur ab Eminentiſſ.Cardinale D.Everardo Nidardo in ſuo aureo compendio, v3. fol.157.&*

Primo . Exceptio Inventarii conficiendi , qua pendente non exequitur ſententia contra hæredem, *l. fin. C.de jure deliberandi.*

Secundo . Inſufficientia bonorum , *Maſtril. deciſ. 84.num.6.*

Tertio . Exceptio ſolutionis, quæ tamen admittenda non eſt adverſus tres ſententias conformes ob calumniæ timorem , *Felin.in cap.cum ex parte num.16. de offic.deleg.*

Quarto . Exceptio compenſationis , *Afflict. deciſ. 121.num.6.*

Quinto . Exceptio novæ conventionis , *l. ſi ſe non obtulit §.ſi ex conventione ff.de re judic.*

Sexto . Exceptio cedendarum actionum.

Septimo . Exceptio , deducto ne egeat.

Octavo . Exceptio meliorationis.

Nono. Exceptio Executionis in bonis alterius.

Decimo . Vellejani , vel Macedoniani exceptio.

Undecimo . Ceſſionis bonorum exceptio.

Duodecimo . Comparente Tertio , de cujus intereſſe agitur ; licet modo ſervetur , præſtita cautione de reſtituendo ſi exequatur ſententia, *Afflict.dec.435.*

Decimotertio . Reſtitutio in integrum petita , *l. 1. C.de in integ.reſtit.*

Decimoquarto . Nullitates oppoſitæ juxta formam *Pragm.*in Regno , & eſt *Tex.in l. 4. §.condemnatum ff. de re judic.*

C A P. XXX.

De Litteris Executorialibus .

S U M M A R I U M.

E*Xecutio litterarum executorialium impediri non poteſt pro quavis cauſa , Quod confirmatur per novam Conſt. 1. Quæ concluſio fallit in judicio concurſus, coram alio Judice, num.1.*

Executio executorialium bajulationis ultra 30. caroleno[s] impediri non poteſt a M.C.V. num. 2.

Praxis decretandi, quando ſolutio opponitur poſt executorium, vel poſt decretum de ſolvendo, num.3.
Executorium contra Nobiles fit, cum clauſula oſtendatur, ſed facta executione, illis non oſtenſis, valida eſt, num.4.
Executio facta mutato Judice, vel mortuo, valida eſt, num.5.
Executoria contra ſubſcriptos, hodie ſunt prohibita ultra ſummam carolenorum 30. num.6.
Tertius, qui non poſſidet, non impedit executionem, & quomodo intelligatur hæc concluſio, explicatur, nu.7.
Tertius, qui non poſſidet, & opponit executum in bonis alienis, impedit, ut prius juſtificetur executio, n.8.
Executorium a Regiis Tribunalibus expeditum, ubicumque per Regnum executioni demandatur abſque brachio, num.9.
Poſt decennium executorium executioni non demandatur, niſi prius citetur debitor ad dicendum cauſam quare exequi non debeat, num.10.
Oblatio ſtabilium a debitore facta in vim executionis non ſuſpendit executorium, num.11.
Appellatio a decreto de exequendo non admittitur ad finem retardandi executionem, ſed admittitur ſolum ad finem juſtificandi decretum, num.12.
Appellatio ab exceſſu executoris admittitur, & quando exequitur contra non nominatum in ſententia, quid dependum? num.13.
Nullitates oppoſitæ per viam exceptionis, executionem executorii impediunt, quamvis eſſet captum exequi, & quomodo hoc ſit intelligendum, declaratur, num.14. „ *Ubi arrepta occaſione quid circa depoſitum a M.C.V. obſervandum ex nov. Conſt. adducitur.*
Executorii vigore conſuetud. Neapol. datur formula, & explicatur tota praxis, num.15.
Clericus, vel alius a foro M.C. exemptus convenitur coram ſuo Judice competente; ſed ubi periculum eſt in mora M.C.V. dat ſuum brachium, num.16.
Exceptio modificativa, quando impedit executionem executorii, & an exceptio executionis ſit modificativa? num.17.
Executorium ſuper bonis hæreditariis non impeditur per exceptionem inventarii oppoſitam intra 30. *dies poſt latam ſententiam, ſed limitatur, ubi incontinenti hæres docuerit, non adeſſe bona hæreditaria*, nu.18.
Executio facta in bonis propriis hæredum, quæ non ſunt hæreditaria, retractatur, niſi creditor docuerit hæredem conſumpſiſſe bona hæreditaria ejuſdem, vel majoris valoris, & aſſeritur deciſio ad beneficium Univerſitatis Sancti Angeli Faſanellæ, num.19.
Executorium quando poteſt relaxari ſuper bonis propriis hæredis, & datur praxis, num.20.
Executio quo ordine fieri debeat? num.21.

1 Literis executorialibus expeditis, vel expediri ordinatis, executio impediri non poteſt pro quavis cauſa, ut ſtatuitur per *Pragm. olim* 79. *ant.* 81. *de Officio S.R.C. fol. mihi* 45. ibi.

Quando il negozio ſarà ridotto in termine d'eſecuzione, vogliamo, che non ſi poſſa in modo alcuno impedire, nè per ordine a bocca, o in ſcriptis fatto dal Commeſſario, nè anche per decreto fatto in Conſeglio, ſotto preteſto di Salvaguardia, o che ſia de' beni, e della perſona, o della perſona ſola, nè anche per occaſione di pendenza di Lite, di concorrenza, ſeu dilazione quinquennale, o d'altra lite avanti d'altro Commeſſario, ancorchè ſia delegato, ne' caſi permeſſi dalle Reg. Prammatiche, ed ogni ſalvaguardia, che contro la forma della preſente ſi ſpediſca, non ſi debba oſſervare, anzi levato velo *ſi proceda all'eſſecuzione reale, e perſonale.*

Et per *prag.* 2. *de inſtrum. liquid.* ſtatuitur, ne impediatur executio obligationis penes acta, neque liquidatio inſtrumenti, quæ Pragm. fuit confirmata per *Pragm.* 8. §. *eadem tit.* ut ego dixi in 2. *tom. Et per prag.* 8. *de inſtrum. liquid. in* §. 5. diſponitur, quod nulla ratio habeatur de ſalvaguardia, ſed illa non obſtante exequatur contra debitores realiter, & perſonaliter, ut Juris.

Vide *nov. Conſtit.* §. I. *num.* XIII. ubi hoc idem confirmatur, his verbis: „ *Avverſo le obbligazioni* penes acta *incuſate non ſi ammetta qualſiſia eccezione*, niſi facta reali ſolutione: *E dopo la ſpedizione delle lettere eſecutoriali per poliſe Bancali non ſia inteſo il debitore*, niſi in vinculis, vel facto depoſito; *rinnovando, e confermando a tal effetto tutte le Prammatiche da tempo in tempo ſopra ciò emanate, che inviolabilmente debbano oſſervarſi.*

Diſpoſitio dictæ *pragm.* 81. §. 14. fallit in judicio concurſus coram alio judice formato, quia concurſus trahit omnes cauſas contra debitorem exiſtentes, ideoque executio executorii debet remitti ad concurſum, ut concludit *Dom. Maradei ſuper dicta prag. n.* 45. *Salgado in labirint. creditorum par.* 3. *cap.* 14. §. 12. *nu.* 60. & alii ibi.

2 Et per *prag.* 4. *de offic. Bajuli* mandatur, ut literæ executoriales expeditæ per Curiam Bajulationis pro quacumque ſumma ultra 30. carolenos impediri non poſſint a M.C.Vicar. ſed executioni demandentur.

Quæ Jura ſunt intelligenda, ut ego dixi in *cap. de exceptione conventionis, & ſolutionis nu....* ubi non declaretur ſolutionem fuiſſe factam ante incuſationem obligationis penes acta, vel ante decretum de exequendo. Quia oppoſita poſt ſententiam, & decretum videtur calumnioſe oppoſita. Idcoque opponens non 3 auditur, niſi facto depoſito, vel fit decretum de vendendo bona executa, cum clauſula: quod ſuperſedeatur in liberatione per dies tot, infra quos valeat docere de ſatisfactione. *Caravit. rit.* 128. *num.* 5. *Sanfel. ſect.* 38. *num.* 15. *de Marinis ad Revert. deciſ.* 147. *Dom. Reg. Roſa in prax. civil. cap.* 19. *num.* 11. *fol.* 511.

Et ratio eſt, quia facto depoſito, vel facta executione in perſonam, aut facta venditione bonorum executorum eſt tutus creditor; & non poteſt ſuſpicari, quod debitor calumnioſe opponat, & faciat probationes ſuper allegata ſatisfactione; & finis dictorum Jurium fuit, ne debitor per oppoſitionem ſolutionis gaudeat dilatione, ne fiat executio in ſuis bonis, vel in ſua perſona, & interim occultetur perſona, & bona, & executorium remaneat inane, vel bona executa implicentur litibus, ne vendantur.

4 Contra Nobiles non ſubſcribit Judex executoriales literas, ſed apponit clauſulam, ut oſtendatur. Quibus oſtenſis Principali, vel Procuratori fit actus de dicta oſtenſione, & firmat, *D. Marad. ad ſing.* 260. *num.* 6. *Petra rit.* 134. *n.* 23. *de Luca ad de Franch. dec.* 630. *n.* 3. & ſic quotidie videmus ſervari tam in foro Eccleſiaſtico, quam laicali.

Sed in literis executorialibus, ubi Judex dixerit, oſtendatur prius. Et eis ſe ſubſcribit; illis non oſtenſis, ſi fuerit facta executio tenet, & non retractatur. *Reg. Petra dict. rit.* 134. *n.* 22. *fol.* 135. *n.* 1.

5 Executio facta mutato Judice an valet? *Dom. Petra* ubi ſupra ſe remittit ad *Franch. dec.* 45. quem citat *Petra Aversd. ad Capyc. dec.* 136. *n.* 3. ubi *Franch.* dicit, *quod executio fieri poſſit in Regno, mutatione Judicis non obſtante.* Idem tenet *Muſcatellus gloſ. ſervata par.* 3. *num.* 67. *lib.* 2.

6 Antiquitus expediebantur executoria contra ſubſcriptos uſque ad noſtrum tempus, ſed per Excellentiſſimum Ducem Medinæ Coeli ſub die 14. Auguſti 1699. edita fuit *Prag.* 112. *ſub Titulo de offic. S.R.C.* quæ eſt in ordine 90. per quam prohibetur in futurum expediri executorium contra ſubſcriptos partibus inauditis, ſed permittitur pro ſumma dumtaxat infra carolenos triginta; & quod in aliis caſibus privilegiatis debeat procedere ad minus una citatio.

7 Tertius, qui non poſſidet, executionem non impedit

dit, *de Franch. dec. 261. Rota dec. 174. par. 4. recen. De Luca ad de Marinis melior at. 178. num. 5.*

Qui limitat, ubi nullam exigat judicialem indaginem, ut quia ex cauſa commodati, vel depoſiti, ſeu Precarii, aut adminiſtrationis, ſive ex cauſa illicita, ut furti, vel indebitæ occupationis de facto, & in ſola detentione requiritur, ut ſit penes eum, contra quem fuit judicatum, & relaxatæ ſunt executoriales, ſecus ubi dominium non ſit omnino certum, & clarum, ſed ſit in ſola pretenſione, & ita practicari tradit *Cardinalis de Luca de judic. diſcurſ. 10. n. 19. & D. Carolus de Luca ad Reg. de Marin. ubi ſup.*

8 Et quando tertius poſſidet, & allegat eſſe executum in bonis alienis, ſuperſedendum eſt, ut prius juſtificetur executio, *de Luca ibidem*, ſed vide *cap. de except. eſſe executum in bonis alienis.*

9 Litteræ executoriales a Regiis Tribunalibus Neapolis expeditæ, poſſunt, & debent in Provinciis, & ubicumque per Regnum executioni demandari a quolibet, abſque brachio Regiarum Audientiarum ſub pœna ducatorum bimille, aliaque pœna Proregi arbitraria, ex *pragm. 2. de offic. Juſtitiarii D. Petri de Toleto ſub die 26. Auguſti 1533.*

10 Decennio elapſo executoriales literæ executioni non demandantur, ſed prius debitor citari debet ad dicendum cauſam quare exequi non debeant; *Dom. Marad. ad ſing. Patr. 290. n. 2. fol. 260.* qui citat *Caravit. rit. 328. n. 4. Thor. in compen. verb. littera executoriales ſect. ſecunda fol....*

11 Executio literarum executorialium non ſuſpenditur per oblationem bonorum ſtabilium a debitore factam, in vim executionis; *Dom. Marad. ad ſingul. 290. nu. 4. eodem fol. 260.* ubi citat *Thor. in compend. verb. litteræ executoriales par. 3. ſect. 2. fol. 54. Petra rit. 287. & nu. 74.* ſic decriſum refert.

12 Neque ſuſpenditur earum executio per appellationem, nam a decreto de exequendo non appellatur ad finem impediendi, ſive retardandi executionem, idem *Dom. Marad. loc. cit. n. 3. Capyc. dec. 1. n. 17. & dec. 33. & Manſon. de cauſis execut. ampliat. 34. n. 11. Pariador rerum quotid. cap. fin. n. 1. Maranta ub. 2. par. 1. gloſ. ſi tibi num. 123. & 124.*

Sed admittitur ſolum ad finem juſtificandi ipſum decretum; *Capyc. loc. cit.* ſed melius *Muſcatell. in praxi appellat. par. 1. gloſ. prima ſententia num. 124.*

13 Et ſecus quando appellatur ab exceſſu executoris in modo exequendi, nam tunc appellatur, tam ab executore, quam a decreto de exequendo, *Tex. in l. ab execut. ff. de appellat. & relat.* ubi ponitur exceptio, niſi modus excedatur in exequendo, ut quia non fuit executum, ſervata forma *l. a D. Pio §. in vendit. ff. de re jud.* de qua videndus eſt *Aſſl. dec. 158.* licet contra deciſionem *Aſſl.* eſt videndus *Gram. dec. 36. nu... de Franch. dec. 441.* ut idem *Muſcat.* advertit.

Et quando exequitur contra non nominatum in ſententia, eſt unus ex modis, quibus executor excedit, *Muſcat. loc. cit.*

14 Impeditur tamen executio literarum executorialium ob nullitatem oppoſitam per viam exceptionis, quamvis eſſet captum exequi, *Dom. Marad. d. ſing. 290. n. 5. ex Carlevalio de jud. tom. 2. lib. 1. tom. 3. diſp. 16. in princ. n. 2. Epiſc. Aſſlictan addit. ad cap. 11. ſuarum reſolutionum num. 11.*

Et rationem aſſignat *d. Carleval.* quia quod eſt nullum, nullum poſt habere effectum, *l. 4. §. condemnatum ff. de re judic. cap. illud 8. de jure Patron. cap. non præſtat 51. de jur. in 6.* & alius eſt *tex. ibi*, idem tenet *Rodriguez de execut. cap. 6. n. 6. & 17. Coler. de proceſſ. execut. 4. par. cap. 3. n. 136. & 155.*

Sed hæc concluſio eſt intelligenda de jure Neapolitano, quando nullitates conſtant ex ipſis actis ſine ulla extrinſeca probatione, *Carleval. loc. cit. n. 6.* & ſic teſtatur ex *pragm. 5. quæ præſenti. dec. de off. S. R. C.*

Et quando ſit depoſitum in Tribunalibus Collegiatis; nullitates enim in Tribunalibus Collegiatis recipiuntur cum depoſito, quando proponuntur per viam exceptionis ad finem impediendi executionem decreti.

Hic obiter notandum cenſeo, quod ex *nov. Conſt. §. V. num. III.* datur facultas M. C. Vic. decernendi non modo, quod ſtante notoria opulentia, non recipiantur nullitates abſque depoſito, aut e contra in notoria paupertate, quod procedatur ad diſcuſſionem nullitatum abſque depoſito; verum etiam ſi nullitates nullius roboris reputentur, rejiciendi illas, etiam attento tenore ipſarum, prout ſervatur in S. R. C. Quod expreſſis verbis ſancitur. *III. Preſentandoſi nullità col memoriale di povertà da perſone, che ſono notoriamente povere, o notoriamente opulenti, vogliamo, che ſi poſſa dalla G. C. della Vic. ordinare*, e ſtante notoria opulentia, non recipiantur nullitates abſque depoſito; *e pure*: ſtante notoria paupertate, procedatur ad diſcuſſionem Nullitatum abſque depoſito; *Anzi qualora ſi ſtimaſſe dalla G. C. della Vic., che le nullità ſiano frivole, o di niuna ſuſſiſtenza, e ſolamente propoſte per dilatare l'eſecuzione del decreto, vogliamo, che poſſa in tal caſo, non oſtante qualſiſia diſpoſizione in contrario ordinare*: rejiciantur nullitates, etiam attento tenore ipſarum, *come ſi pratica dal S. R. C.*

Executio literarum executorialium vigore obligationis penes acta expeditarum non impeditur per oppoſitionem nullitatum, *Aſſl. dec. 137.* ubi citatur *Sanfel. ſect. 37. num. 23.* & vide; quæ dixi in *cap.*

15 Hic Neapoli, Suburbiis, & Caſalibus, M. C. V. ſolet expedire literas executoriales vigore Conſuetudinis contra ſubſcriptos penſionarios domorum abſque ulla citatione, tenoris ſequentis videlicet,

De Mandato M. C. V.

Ad inſtantiam N. N. ſive, &c. exequatur realiter tantum vigore Neapolitanæ Conſuetudinis contra, & adverſus ſubſcriptos penſionarios pro ſubſcriptis ſummis dummodo habitent, & ſi reperiantur in actu extractationis, exequatur etiam pro exitu ſinendo; & facta executione prædicta ponatur penes Subjectum dictæ M. C. V. ibid. detinenda, donec, &c. exequatur etiam pro aliis granis decem pro præſentium expeditione, pro veſtro juxto, & competenti ſalario, alias, &c. datum Neap. die 8. menſis Maii 1708.

Guaſcus.

Joachinus Sorrentinus Act. Mag.

Executorium vigore Neapolitanæ Conſuetudinis.

Hodie eſt introductum in calce hujuſmodi executorii non ſolum ſpecificari ſummam vere debitam, ſed et nomina debitorum; aliter non conceditur; & ita inconcuſſe ab omnibus noſtris Judicibus practicatur.

Hæc conſuetudo, de qua ſit mentio in literis executorialibus, ut ſupra, eſt in *tit. 16. quibus conſibus licet auctoritate propria pignorare*, quæ conſuetudo incipit *pro penſione domus &c.* per quam ſtatuitur, ut licitum ſit domino domorum, vel fundi, vel poſſeſſori auctoritate propria, per ſe, & alios pignorare colonos, inquilinos, partiarios colonos eorum. Pignorare, id eſt pignora capere, ſive in pignus accipere, exponit *Reg. Petra Rit. 302. num. 88.*

Cum locator per ſe ipſum, vel per alios poteſt in pignus propria auctoritate accipere bona invecta in domo conducta, attenta conſuetudine ſupradicta. Idem mirum non eſt, ſi implorato brachio ad faciendum id, quod propria auctoritate exequi poteſt, impertiatur Judex brachium ſuum, expediendo literas executoriales parte non citata, ſed pro executione conſuetudinis, quæ facit licitum pignorare, duobus concurrentibus, ut ex litera dicti executorii.

Primo, dummodo conductor in actu habitet, & bo-

bona ſint in domo conducta pro penſionibus maturatis.

Secundo, dummodo reperiatur in actu extractationis, quo caſu pignus accipitur etiam pro futuris penſionibus, ut aſſicuretur ſolutio futura.

16 Et ſi conductor eſt clericus, vel Miles, vel alius a Foro M.C.V. exemptus, tunc huic conſuetudini etiam ſubjacet coram ſuo Iudice competente, ratione æqualitatis ſervandæ, juxta tradita per *Franch. dec. 285. & Ricc. ad Franch. dec. 411.* & concludit *Vincentius Brielis in d. conſuetudine n. 27.* & ſic in praxi obſervatur, dum in dies videmus militari foro gaudentes coram Domino Auditore Exercitus, & Clericos coram Iudice Eccleſiaſtico conveniri.

Et in prædiis ruſticis accedit Alguzerius ad exequendum, & ſequeſtrandos fructus, *Moſcſ. ſuper d. conſuetud. par. 2. qu. 3. n. 17. ad 21. tom. 3. D. Maradei in praxi præſent. inſtr. cap. 9. n. 19. fol. 145.*

17 *De Exceptionibus modificativis, quando impediunt, & quando non executionem executorii.*

Prag. 4. de dilation. in §. 25. mandat, ut contra executorium exceptiones etiam modificativæ non poſſint opponi ad finem impediendi executionem ſententiæ, elapſis triginta diebus a die illius notificationis.

Sed quia exceptio diſcuſſionis inventarii eſt modificativa, ſecundum communem opinionem DD. fuit dubitatum, an fuerit nullũ decretum latum, quod D. Diomedi Caraſa, contigerentur literæ executoriales ſuper bonis hereditariis qu. Principis Caſalis Majoris, & quod procedatur ad inventarii diſcuſſionem, quem princeps heres intra menſem præciſe, & peremptorie procuret.

Fuit reſolutum per *Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 162. n. 22.* non obſtare hanc nullitatem, quia non eſt contra expreſſam diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ, nec contra aliam legem, dum nulla lege cavetur, quod exceptio diſcuſſionis inventarii ſit modificativa, ſed eſt opinio DD. & non deſunt aliter ſentientes, inter quos *Imola, & Paulus de Caſtro in l. ex diverſo §. fin. ſf. ſoluto matrim.* Et nullitas in Regno non admittitur niſi contra caſum legis.

18 Et ſtylus noſtrorum Tribunalium ita ſe habet, ut nunquam fuerint denegatæ literæ executoriales, ſuper bonis hæreditariis principalis debitoris, ſive exceptio diſcuſſionis inventarii fuerit oppoſita intra 30. dies poſt latam ſententiam, ſive poſt.

Nulla enim injuria infertur heredi per inventarii diſcuſſionem oppoſitam, dum in bonis hereditariis mandatum executivum relaxatur.

Et ſic reſolvitur, quod literæ executoriales non impediuntur per exceptionem diſcuſſionis inventarii, quia nulla lege cavetur, quod dicta exceptio ſit modificativa, ſed eſt opinio DD.

Ex his infertur, quod tunc impeditur executio ſententiæ, quando ex diſpoſitione particularis legis communis, vel municipalis, cavetur talem exceptionem eſſe modificativam, nam ſi inter modificativas numeretur ex DD. opinione, non eſſet nullitas, ſi expeditur executorium, non habita ratione exceptionis oppoſitæ intra 30. dies, ut ſupra, *de Marin. ubi ſupra.*

Verum ſi in continenti heres deduxerit eſſe conſumpta omnia bona hæreditaria, tunc dicta exceptio impedit executoriales, *Carlev. lib. 1. diſput. 23. n. 6.*

19 Et expeditis executorialibus ſuper bonis hæreditariis, ſi vigore dictarum executorialium fieret executio in bonis propriis hæredum, quæ non ſunt hæreditaria, non ſubſtinetur executio facta, ſed illa retractatur.

Verum ſi creditor probaret fuiſſe per hæredes in proprium heredis commodum, & non hæreditatis conſumpta alia bona hæreditaria ejuſdem, vel majoris valoris. Hoc probato, ſubſtinetur executio, & ad venditionem procedi poteſt, *Carlev. loco cit. num. 6.* & de hoc dixi etiam in *cap. de excep. diſcuſſion. inventarii.*

Et juxta hanc doctrinam *Carlev.* obtinui in cauſa magnificæ Univerſitatis Sancti Angeli Faſanellæ contra Magnificum D. Franciſcum Jovane ex ducibus dictæ Terræ, prætendentis 14. m. ducatos pro bonatenentia non ſoluta ab Avo, & Patre dicti Magnifici D. Franciſci, liquidata in Regia Camera Summariæ, pro qua bonatenentia fuit tranſactum inter dictam Univerſitatem, & dictum Iovane pro ducatis 14. m. de quibus remanſit debitor in duc. 1500. quos promiſerat ſolvere infra terminum unius anni, ultra alios ducatos 1500. aſſignatos ſuper Univerſitate Corleti; & conſenſu dicto Magnifico D. Franciſco ad ſolvendas certas quantitates pro reſiduo dicti crediti, & ordinato ſequeſtro ſuper bonis hæreditariis dicti Avi, & Patris, produxi pro parte dictæ Univerſitatis inſtrumentum ſtipulatum inter dictum D. Franciſcum, & Magnificum D. Joannem Matheum de Rinaldo Baronem S. Ruſi debitorem hæreditarium dictorum de Iovane, pro reſiduo pretii dictæ Terræ Sancti Ruſi, ubi declaraverat dictus Magnificus D. Franciſcus habuiſſe a dicto debitore hæreditario nonnullas quantitates, proinde obtinui ſequeſtrum fieri in bonis tam hæreditariis, quam propriis dicti D. Franciſci; adverſus quod decretum pro parte dicti Magnifici D. Franciſci, fuit præſentata inſtantia contrario imperio revocari, ſtante quod in inſtrumento tranſactionis intervenit ut heres, & aſſignavit, & obligavit bona hæreditaria, & non renunciavit beneficio *l. fin. inventarii*, & beneficio quatuor Rotarum, quibus beneficiis attentis non poſſunt heredes moleſtari ſuper bonis propriis, ſed ſuper bonis hæreditariis; ſed per Illuſtrem Dominum D. Michaelem Vargas Macucha Comitem Palatinum Præſidentem Regiæ Cameræ, & Commiſſarium omni laude digniſſimum, ſub die 26. Aprilis 1709. fuit proviſum, quod decretum exequatur in bonis propriis dicti magnifici D. Franciſci pro quantitatibus in dicto inſtrumento per dictum D. Franciſcum exactis, hæreditario nomine dictorum Io: Franciſci, Io: Antonii Avi, & Patris, oppoſitis in ſupradicta comparitione non obſtantibus, ut ex decreto *fol. 377.* in proceſſu apud Magnificum Thomam Capo Actuarium dictæ Regiæ Cameræ & ita fuit executum.

20 Notabilis eſt alius caſus, quo poteſt executorium relaxari ſuper bonis propriis heredis pro fructibus perceptis ex bonis hæreditariis, ſemper quod heres non exhibet Inventarium legitime confectum, vel non reddit rationem de effectibus hæreditariis. *Paſch. reſol. 121. num. 11. & dec. 42. Dominus Maradei in praxi inſtrum. fol. 247. n. 2. dec. 9.*

Ideo præfixo termino a Iudice ad exhibendum Inventarium, & reddendam rationem de bonis hæreditatis, recuſans, vel contumax factus heres tenetur de proprio, & relaxatur mandatum executivum ſuper rebus propriis, *D. Maradei in praxi inſtrum. fol. 220. dec. 4.*

21 Executio vero, quo ordine facienda ſit, de jure communi habemus *textum in l. a Divo Pio §. in vend. ſf. de re jud.* & de jure Regni habemus *Ritum 134.* vide *Moſcatell. par. 3. gloſſ. conſervata*, & vide, quæ nos diximus in *cap. 29. de executione ſententia.*

C A P. XXXI.

De Mandato ad reluendum.

S U M M A R I U M.

Mandatum ad reluendum, niſi præcedat, non poteſt procedi ad venditionem pignorum executorum, num. 1.

Mandatum ad reluendum non prædicatur in S. C. quia ſit mandatum de parendo, num. 2.

Man-

Digitized by Google

Mandatum ad reluendum fit, ut infra biduum ſolvat, & reluat, quo elapſo accuſantur contumacia, & datur licentia de vendendo, num. 3.

1 FActa executione res executa vendi non poteſt, niſi præcedat mandatum ad reluendum, deinde appretium, deinde licentia de vendendo, deinde banna, & ſubhaſtatio.

Et nota, quod in omnibus Tribunalibus, & Curiis poſt executionem factam, expeditur mandatum ad reluendum, priuſquam procedatur ad pignoris venditionem; *Urſil. ad Afflict. dec. 358. n. 3. Carlev. de lib. 1. tit. 3. diſp. 1. n. 25. in fin.* ubi dicit, quod termino elapſo datur licentia de vendendo, & alii allegati per *D. Marad. in prax. cap. 22. n. 13. fol. 212.*

2 Sed in S. C. non practicatur mandatum ad reluendum, quia ante executionem fit mandatum de parendo ſententiæ, ut advertit *Muſcatell. par. 3. gloſ. venduntur n. 14. Carlev. d. lib. 1. tit. 3. d. ſp. 1. n. 4.*

3 Mandatum ad reluendum non fit ad primam, ut loquitur apud *Nicol. in* d. fed fit, ut infra dies duos ſolvat, & reluat bona executa, quo biduo elapſo incuſantur contumaciæ, & datur licentia de vendendo, teſte *Novar. par. 1. qu. 37.* poſt *Carrab. de Syndic. par. 2. num. 124. Muſcatell. de appellat. par. 3. gloſ. venduntur*, & *D. Marad. in prax. cap. 22. n. 13. fol. 212.*

C A P. XXXII.

De Appretio.

S U M M A R I U M.

ÆStimatio fieri debet per Appretiatores cum interventu Judicis, & quomodo hæc concluſio ſit intelligenda, explicatur*, num. 1.

Appretium de Jure communi, & de Jure Regni fieri debet, ut legitime procedi poſſit ad ſubbaſtationem, n. 2.

Oblatio recipi poteſt cum ſexta minus juſti pretii, n. 3.

Oblationes ſi non ſunt juxta appretium, res, vel adjudicatur creditori, vel liberatur emptoribus cum pacto de retrovendendo infra certum tempus, deducta tertia parte pretii, vel circa, num. 4.

Appretium ſi non fiat, adjudicatio corruit, num. 5.

Appretium ſtabilium durabit per decennium, & poſt decennium præſumitur mutatum, cum limitatione, n. 6.

Sententia juxta peritorum relationem lata non tranſit in rem judicatam, adeo quod a dicto decreto appellari poteſt uſque ad 30. annos, num. 7.

Appretium feudalium ſemper fit per Tabularium cum conſenſu Conſiliarii, & quid agendum in diſcordia, num. 8.

Formula appretii commiſſi Curiis inferioribus, num. 9.

A peritorum ſententia quando poteſt appellari, & haberi recurſus, num. 10. „ *Et quid circa hoc fuerit a Re-* „ *ge noſtro ſtatutum.*

1 ÆStimatio rei fieri debet per Appretiatores cum interventu Judicis ſecundum practicam per *Bar. in l. 2. C. de reſcind. vendit. col. penult.* ſcilicet, quod fiat per Tabularios cum interventu cauſæ Commiſſarii, quæ praxis eſt fundata *in l. fin. C. de Jure domin. impetr. & in l. hac edictali §. in illud Cod. de ſecundis nuptiis*, & hæc Praxis in dies ſervatur a S. Conſ. teſte *de Franch. dec. 54. num. 7.*

Quæ concluſio eſt intelligenda in caſu ſuo, quando ſcilicet res non ſubhaſtatur ad finem vendendi, ſed ad finem ſciendi juſtum pretium, ut quando mulier aſſecuratur pro dote, viro vergente ad inopiam; vel in materia juris Congrui, juxta Conſuetudinem hujus fideliſſimæ Civitatis Neapolis, & in ſimilibus caſibus, prout eſt verus ſenſus dictæ deciſionis *de Franch.* quia tunc per ſubhaſtationem non poteſt diſcerni, vel probari juſtus valor rei, nam licitationes ſolent eſſe animoſæ, vel fraudolentæ, & ideo Sac. Conſ. judicavit non eſſe faciendum appretium per ſubhaſtationem in hujuſmodi caſibus, ſed per appretiatores, ut late ibi *de Franch.*

2 Sed *D. Marad. practic. obſerv. 55. n. 280. fol. 91. & in prax. cap. 22. n. 1. fol. 212.* concludit, quod ut legitime procedi poſſit ad ſubhaſtanda pignora neceſſe eſt facere appretium, non ſolum de jure Communi per *text. a D. Marad. citat. in l. fin. in fine C. de jure dom. impetr.* ibi: *vel peritos in arte mittere, qui appretient, & referant verum valorem.*

Et in *l. ſiquis 13. C. de reſcind. vendit.* & per alia jura relata a *Reg. de Ponte conſ. 126. nu. 8. & ſeq. lib. 2. Staib. reſol. 30. num. 6.*

Sed etiam de jure Regni ex *prag. 2. de Magiſtris artium*, ut prius committatur Tabulario, prævia buſſula eligendo, & petita reviſione, fiat a Primario, & ſi iterum petatur reviſio, fiat a Commiſſario cauſſæ, qui abſque buſſula eliget Tabularium ſibi melius viſum, & ita ſervatur, teſte dict. *Marad. & Petra rit. 8. n. 5.* nec amplius admittitur reviſio; *Marad. loco cit. ex Grat. & Andreol. contr. 128. num. 7.*

Et tunc intervenit Commiſſarius cauſſæ, quando res eſt magni valoris, juxta *text. in l. ſi irruptione 8. §. ad officium ff. fin. regund.* ibi: *Si ita res exigat oculis etiam ſuis ſubjectis locis.* Sed ubi res eſſet parvi valoris, committitur Tabulariis tantum, concludit *Conſil. de Roſa in civ. praxi decr. cap. 1. num. 22. & 23.*

3 Et facto appretio, recipiuntur oblationes emptorum, quæ poſſunt recipi cum ſexta minus pretii, juxta *deciſ. de Franch. 180. num. 7.*

4 Et ſi oblationes non ſunt juxta appretium, ut ſupra, res, vel adjudicatur creditori pro juſto pretio æſtimato per Tabularium, vel liberatur emptoribus cum pacto de retrovendendo infra tres annos, plus, vel minus ad Judicis arbitrium, deducta tamen tertia parte pretii, vel minus, ratione dicti pacti de retrovendendo; ut concludit *D. Marad. obſer. 55. num. 31. præd. obſer.* & ego dixi in *ſecundo tomo meæ prax. lib. 7. cap. 5. ſpec. 1. nu. 9. de adjudicat. praxi*, & docet *D. Conſil. de Roſa in praxi decret. cap. 1. num. 30. fol. 19.* ubi dat formam decreti, quod viſo appretio domus in actis deductæ juxta appretium adjudicetur.

5 Nam ſi appretium non ſit factum, corruit adjudicatio; *de Roſa ubi ſupra ex Afflicto dec. 188. & 358.* & ex *Franch. dec. 54. & 120.* omnino videndus.

6 Appretium ſtabilium durabit per decennium, & poſtea mutatum præſumitur, ut deciſum refert *Urceol. conſult. 3. num. 26.*

Verum hæc concluſio intelligenda ſecundum qualitatem bonorum; quædam enim citius variant valorem, ut concludit *D. Marad. dicta obſerv. 25. nu. 24. ex Pacion. de locat. & cond. cap. 19. a num. 256. & Poſt. reſol. 17. num. 71.* & aliis.

7 Et ſententia lata juxta peritorum relationem in rem judicatam non tranſit, adeo quod a decreto adjudicationis fundato in appretio appellari poteſt poſt elapſa fatalia, uſque ad 30. annos; *Sanfel. dec. 389. lib. 3. num. 11. & 14. D. Marad. d. obſerv. 55. num. 35.*

8 Appretium feudalium, quod fit per Tabularium cum interventu Conſiliarii, ſi diſcordent circa pretium feudalium, & burgenſaticorum, prævalet votum Tabularii.

Et ſi diſcordia erit inter Tabularium primarium, & judicem, tunc Judex coacervatis omnibus appretiis, tertiam illorum partem pro juſto pretio habere debet; *D. Marad. ubi ſupra ex Altim. de nullit. contract. rub. 1. quæſt. 14. num. 126. tom. 3.*

Form.

9 *Form. apprett i bonorum commiſſi per Curias Superiores cum integra formula Commiſſionis.*

CAROLUS II. DEI GRATIA REX.

Notarius Stephanus Corbino Gubernator Terræ Filettę,& ad infraſcripta per M.C.V.ſpecialiter deputatus, &c.

Servientibus noſtris, ſive &c. ſignificamus, qualiter in hac noſtra Curia fuit præſentata infraſcripta proviſio M.C.V.tenoris ſequentis,v3.Carolus II.gratia Dei Rex &c. D. Pompeus Pignatelli Eques Ordinis Calatravæ Regens officium magni Magiſtri Iuſtitiarii hujus Regni Siciliæ citra Pharum, Reg.& Iud. M.C.Vic. quibuſvis Alguzeriis, &c.ejuſdem M. C. V. ac ſervientibus quarumvis Curiarum, & locorum ad infraſcr.inſolidum requirendis ſignificamus,qualiter in hac M.C.V. fuit interpoſitum memoriale tenoris ſequentis, v3. All'Illuſtriſſimo Signor Preſidente del S.R.Conſiglio.Paladino, ed altri fratelli di Mandia ſupplicando dicono a U.S.Illuſtriſſima, come nella cauſa, che tengono in Vicaria con Veſpaſiano, e Fulvio Alfano ſta ordinato l'apprezzo d'uno Territorio incolto di moja dodici nelle pertinenze di Filetta di Giſuni, e d'un pezzo di Caſtagneto di moia uno in circa ſito in Vignale di detta Terra di Giſuni, e per trattarſi di tenue ſomma ſe andaſſe il Tabulario del Sacro Conſeglio vi vorrebbe molta ſpeſa; pertanto ſupplicano U.S.Illuſtriſſima ordinare alla Vicaria, che commetta detto apprezzo in partibus, e lo riceveranno a gratia, ut Deus.

Intimetur Tabulariis. Ulloa Reg.& Præſ.

Li Tabularj ſupplicano l'Illuſtriſſimo Signor Preſidente reſtar ſervita ordinare, che detto negotio ſi commetta in partibus, ſtante la modica ſumma, e diſtanza del luogo. Onofrio Tango Tabulario, a Antonio Galluccio ſupplicano, ut ſupra; Laurenzo Rogiano ſupplica, ut ſupra; Mario de Vito ſupplica, ut ſupra. Onofrio Pepe ſupplica, ut ſupra; Franceſco Venoſa è ammalato; Carlo Pepe, è aſſente; Gennaro Sacca, è aſſente; Gennaro Pinto ſupplica, ut ſupra. Die decimo Aprilis 1683.Vincenzo Caſelli ho notificati li Magnifici Tabularj perſonaliter.

Stante ſupradicta renunciatione M.C.V. ſuper ſupplicatis juſtitiam faciat. Ulloa Reg.& Præſidens. Die 25.menſis Maii 1683.Neap.Per ſubſcriptum Dominum Iudicem M.C.V. viſo memoriali prius porrecto Spect. Præſidi S.R.C., renunciatione Tabulariorum ejuſdem S.R.C.alio decreto interpoſito per dictum Spectabilem Præſidem ad hanc M. C. remiſſo &c.fuit proviſum, & decretum, quod appretium faciendum bonorum ſtabilium in memoriali mentionatum committatur magnificis Officialibus Terræ Filettæ, qui adhibitis duobus expertis partibus non ſuſpectis procedant ad appretium prædictum, quo appretio facto ad hanc M.C. tranſmittant, ad finem providendi;hoc ſuum,&c.

Marcianus. Brunus.

Nella G. C. della Vicaria comparono Paladino, e fratelli de Mandia, & penes acta della preſente cauſa, e dicono, come dovendoſi fare l'apprezzo delle robe in actis dedotte in eſſecuzione del decreto della G. C. della Vicaria, ottennero eſſi Comparenti mediante ordine del Spettabile Signor Preſidente del S. R. C. la renuncia delli Tabularj, e per ordine del det. Spettabile Signor Preſidente fu rimeſſo da eſſa Gran Corte *fol.* 86., e per il Signor Giudice Marciano Commiſſario mediante ſuo decreto fu commeſſo l'apprezzo predetto agli Officiali della Corte di Filetta; E perchè la parte avverſa portò ſupplica de verbo faciendo in S. R. C. del decreto di eſſa G. C. intimato alle parti, *ut fol.*94.ricorrono in detta G. C. e fanno iſtanza conſegnarli le provviſioni per fare detto apprezzo, ſtante la rinuncia de'detti Tabularj, e decreto di det. Spettabile Signor Preſidente del S. R. C. e queſto citra pregiudizio di tutte le ragioni, danni, ed intereſſi, omni modo meliori, &c. Die 9. menſis Decembris 1684. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Iudicem M.C.V.viſis actis, memorial.porrecto ſpectabili Præſidenti S.R.C.renunciatione Tabulariorum ejuſdem S.R.C.decreto interpoſito pro faciendo appretio per Dom. Judicem Marcianum Commiſſarium Officialibus Terræ Filettæ *fol.*86.& 87.fuit proviſum, & decretum, quod pro executione decreti S. C. partibus notificati decretum prædictum debite executioni demandetur, pro cujus executione expediantur, & conſignentur proviſiones, hoc ſuum, &c.Marcianus. &c.Brunus. Quo decreto interpoſito fuit nobis inſtatum debitas proviſiones expediri; Ideo vobis jam ſupradictis, dicimus, committimus, & authoritate qua fungimur, mandamus, quatenus receptis præſentibus, ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ſupradictorum Comparentium, ſive, &c. mandetis Officialibus Curiæ Terræ Filettæ; quod præinſertum decretum, & omnia in eo contenta ad unguem obſervent, & obſervare faciant, & debeant, juxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, ita, & taliter quod ſuum debitum ſortiatur effectum, & facto appretio prædicto ad hanc M.C.tranſmittant ad finem providendi, nec contrarium faciatis &c.Marcianus. Joannes Vincentius Brunus, actorum Magiſter.Locus ſigilli. Proviſo vigore decreti domi lati.Porter. ejuſdem noſtræ Cur.committimus,& mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem retroſcriptorum Paladini, & fratrum de Mandia mandetis ſubſcriptis ex adverſo principalibus,quatenus infra biduum poſt, &c.præſentent, ac præſentare habeant, & debeant liſtam expertorum ſuſpectorum, in hac Curia (ſi habent), ut de non ſuſpectis eligere valeamus appretiatores ad appretium prædictum, ſervata forma retroſcriptarum proviſionum M. C. V. alias &c.Datum Filettæ, die duodecimo menſis Decembris 1684.

Corvinus Gub., & Com. Deput.&c.

Nomina citandorum.

P. Veſpaſiano Alfano.
D. Belluccia Alfano.
P. Antonia Alfano.
D. Beatrice Alfano.

Die 12.menſis Decembris 1684. in Caſali Vinealis, Io Pietr'Antonio de Simone ordinario Giurato della Corte di Filetta refero aver detto giorno intimati li ſopradetti d'Alfano perſonaliter, & domi, ut ſunt ſignati; preſenti per teſtimonj Stefano de Leone, e Pietr'Antonio Mandia. Et in fede &c.

Io Pietro de Simone.

Præſentata per comparentes die 15. menſis Decembris 1684.Filettæ.

Nella Baronal Corte di Filetta comparono Veſpaſiano, Iſabella, Antonia, e Beatrice Alfano della Terra di Vignale, e dicono eſſer ſtati citati per ordine di detta Corte, come Delegata dalla G. Corte della Vicaria ad iſtanza del Clerico Paladino, & altri fratelli di Mandia della detta Terra di Vignale, che fra due giorni daſſero la liſta degli eſperti ſoſpetti ad eſſi comparenti, per procederſi all'apprezzo di una Maſſaria, e Caſtagneto, che poſſedono li comparenti predetti per ſuppoſti crediti di detti Mandia; Che perciò proteſtandoſi contro det. apprezzo da farſi di tutte le ragioni, che avverſo di eſſo li poteſſero competere, dicono avere per ſoſpetti Onofrio Leone della detta Terra di Vignale, e Diego Coſtantino della Terra di S.Mango, e Salvatore di Trono di Filetta, e fanno iſtanza non commetterſi a detti Onofrio, Diego, e Salvatore, altrimente ſi proteſtano di nullità, e di ogni altra coſa da proteſtarſi.Degli altri apprezzatori convicini dicono non aver altro per ſoſpetto. E fanno anche iſtanza eſſere inteſi in detto apprezzo, altrimente di nuovo ſi pro-

Digitized by Google

ſi proteſtano di nullità, omni modo meliori, &c.

Viſa ſupradicta comparitione præſentata pro parte ſupradictorum de Alſano, per Curiam Terræ Filettæ, fuit proviſum, & decretum, quod appretium ſupradictorum bonorum ſtabilium, ſtante ſuſpicione allegata in perſonam Didaci Conſtantino, Salvatoris de Trono, & Honuphrii de Leone; committatur Franciſco Alſano, & Carolo Piſcotta, qui requiſitis prius partibus accedant ſuper faciem loci, & recognoſcant bona appretianda, illaque ſervatis ſervandis appretient, cum noſtro interventu, & in ſcriptis cum juramento referant, ad finem tranſmittendi ad M. C. hoc ſuum, &c.

Corvinus Gub. & Comm.

Proviſum Filettæ die decima quinta menſis Decembris 1694.

De Leone Act.

Quoniam ſubſcripti appretiatores electi intendunt procedere ad appretium dictorum bonorum ſtabilium, ideo moneantur partes, quatenus die decima nona Decembris 1694. compareant coram dictis appretiatoribus electis ad dicendum quicquid, alias, &c. Datum Filettæ die decima quinta menſis Decembris 1694.

Corvinus Gub. & Comm.

Compareant die decima nona currentis menſis, &c.

De Leone Act.
o Pietro de Simone.

In eſecuzione del retroſcritto ordine, e decreto della Corte di Filetta, delegata dalla G. C. della V. ſi fa piena, & indubitata fede, etiam cum juramento biſognando, per noi ſottoſcritti pubblici apprezzatori eletti da detta Corte di Filett., come eſſendoci conferiti giunti col magnifico Governatore di detta Terra in un territorio, parte coltivato, e parte incolto, ſito nel territorio di Filetta, dove ſi dice *le Curti*, juſta li beni di Agoſtino Alſan, li beni di D. Vincenzo Mele, li beni di Steſano di Leone, e di C. Fabrizio Candido, & avendomo quello viſto, miſurato, e conſiderato a noſtro giudizio, e coſcienza lo abbiamo valutato, & eſtimato ducati ducento cinquanta, toltone il rendito di anni ducati cinque, quale rende ogni anno all'Abbaziali S. Maria a . . . . Di più con detto Signor Governatore ci ſiamo conferiti in un territorio con caſtagni, ſito nella Terra di Vignale, dove ſi dice la Penninacirca due terzi di mojo, juſta li beni di Franceſco Gajardo, li beni di Franceſco Giovannetta, & altri, & avendomo quello bene viſto, compaſſato, e conſiderato, l'abbiamo a noſtra coſcienza eſtimato duc. ſeſſanta ſicchè tutti due detti territori valono ducati trecento, e dieci, dico 310.

Et in fede del vero, abbiamo fatto la preſente per mano di detto Magnifico Governatore, e ſottoſcritta di noſtra propria mano. Filetta li 19. Decembre 1694.

Io Franceſco Alſano ho diſtſto, ut ſupra.
Io Carlo Piſcotta fo fede, come ſopra.
Ottavius de Leone Act.
Ita eſt, &c. In fidem, &c.

Stephanus Corvinus Gub. & Com.

Hæc formula eſt deſumpta proceſſu in M. C. V. in Banca Bruni ad preſens de Ruiero, *fol. 99. cui Titulus, Pro Paladino, & aliis de Landia contra Veſpaſianum, & alios de Alſano*. Quæ cauſa deinde eſt per appellationem deducta in S. in Banca Magnifici Gaſparis Rubini penes Scribamgnatium de Victorio.

30 Et licet Peritis ſtandum quoad rerum æſtimationem, tamen ab eorum ſententia poteſt appellari infra decem dies, & ubi infradictum terminum non fuerit appellatum, & appretium factum fuerit confirmatum a Judice, it rem judicatam tranſit, *de Roſa in prax. civil. diſ. 2. num. 42. fol. 13.* ex *Urſillo ad Afflict. dec. 30. in fin. Andreol. contr. 128. num. 4. Maranta in praxi par. 6. verſic. quandoque appellatur num. 115.*

Verum dictus *de Roſa* ſubjungit, quod per viam recurſus ad eundem Judicem permittitur contradictio, & quod reviſio competat uſque ad annos 30. *Altimar. de nullit. rubr. 5. qu. 18. num. 19. Theſaur. dec. 25.*

» Animadverſione dignum erit hoc loco, ne aliquid
» ex allata *Conſtit.* ut aſſumptum onus requirit, omitta-
» mus, quod ex eadem *§. III num. 7.* decernitur nullimo-
» de peti poſſe tertiam reviſionem ab æxtimatione Peri-
» torum, ſi ambæ fuerint conformes, niſi propriis ex-
» penſis cum interventu Domini cauſæ Commiſſarii,
» qui ſi ſibi videbitur expedire, hujuſmodi petitioni in-
» hærebit, alias ſecus. Prout apertiſſimis verbis fuit
» ibi cautum, ubi & præſcribitur modus eligendi Ta-
» bularios per buxulam, ne ſit in arbitrio cujuſque po-
» tius unum quem malit, quam alterum dolo habere Ta-
» bularium. Audi verba Conſtit. adducto loco: VII. *Per*
» *riparare all'abuſo introdotto intorno alle tante revi-*
» *ſioni, che dalle Parti ſi domandano per i giudizj de'*
» *Periti; ordiniamo, che non ſi poſſa domandare la*
» *terza reviſione, ſe le due relazioni ſaranno uniformi,*
» *per eſecuzione di ciò, che de jure viene diſpoſto, a*
» *riſervo però del caſo, in cui una delle Parti doman-*
» *daſſe a ſue ſpeſe la terza Reviſione coll'intervento del*
» *Commeſſario, e che queſti lo conſideri giuſto. Ed affin-*
» *chè non ſi poſſa commettere alcuna frode intorno all'*
» *elezioni, che ſi fanno de' Tavolarj precedente buſſola,*
» *nè reſti in arbitrio delle Parti di aver il Perito, che*
» *piaccia, e con ciò ponerſi in riſchio la ragione de' col-*
» *litiganti, vogliamo, che ſi debba da oggi avanti far*
» *detta buſſola in caſa, ed in preſenza del Preſidente del*
» *S.R.C. dal Segretario di det. Tribunale, ſenza che il me-*
» *deſimo poſſa eſiggere altro di quel che preſentemente*
» *ſi eſigge.* Et ſic in praxi ſervatur.

C A P. XXXIII.

De Subhaſtationibus.

S U M M A R I U M.

Venditio ſubhaſta quid ſit, & declaratur, num. 1.

Emens ſubhaſta, & pretium deponens cum ſolitis cautionibus, a nemine moleſtari poterit, etiam quod depoſitum perdatur, num. 2.

Emptor nemo ad publicas venditiones accederet, ſi ad pretium ſolutum iterum ſolvendum ſubjaceret, n. 3.

Venditio ſubhaſta facta ad inſtantiam anterioris Creditoris non poteſt ab aliis Creditoribus moleſtari, nec etiam per jus offerendi, num. 4.

Venditio, quæ ſit priore creditore non dimiſſo, emptorem non reddit ſecurum, & aſſignatur ratio, num. 5.

Venditio ſi ſit abſque inſtantia creditoris, tunc dicti prioris creditoris hypotheca non extinguitur, nu. 6.

Emptio ſi ſit per emptorem extraneum, inſtante anteriore creditore, emptor eſt ſecurus, ſecus ſi ſit per ipſum creditorem anteriorem, quia contra eum poſſunt creditores poſteriores jus offerendi exercere, num. 7. *&* vide num. 15.

Secundus creditor, qui poſtea rem poſſederit, adhuc poteſt moleſtari ab aliis creditoribus poſterioribus per jus offerendi, num. 8.

Quando bona ſubhaſta poſſunt avocari, hypotheca reviviſcit, & obſtat avocari volenti, num. 9.

Subhaſtatio licet fiat ad inſtantiam poſterioris creditoris, tamen ſi ex pretio extinguitur primus creditor, emptor eſt ſecurus, num. 10.

Emens ab hærede cum benef. l. & inventarii, etiam ſubhaſta ad inſtantiam creditoris primo venientis, eſt ſecurus, cum declarationibus, num. 11.

Cautela emptoris ſubhaſta, quæ ſit? num. 12.

Emens ſubhaſta, licet pretium ſolvatur poſteriori, eſt ſecurus, quando dicta ſolutio ſit cum expreſſo conſenſu ap-

anterioris, nam tacitus conſenſus non juvat, num. 13.
Emptor ſubhaſtæ a Fiſco diſtrahente, ſi creditor anterior eſt præſens, & tacens adhuc eſt ſecurus, num. 14.
Extraneus emens a primo creditore jure creditoris, tunc a ſecundo creditore moleſtari non poteſt, nu. 15. & vide num. 7.
Venditio jure creditoris quando facta intelligitur, n. 16.
Oblatio cum clauſula, ut jure creditoris intelligatur facta pro cautela ementis; datur formula, & advertimentum, num. 17.
Creditor anterior, qui non fuit auditus in venditione ſubhaſtæ, auditur in avocando pretio ſoluto creditoribus poſterioribus, & aſſignatur ratio, num. 18.
Emens ſubhaſta, quando pretium non ſolvitur anteriori creditori, licet præſenti, & tacenti, non eſt ſecurus, niſi fuerit admonitus creditor anterior, num. 19.
Debitor voluntarie vendens, licet pretium anteriori creditori ſolvat, tamen non eſt tutus emptor a jure offerendi creditori poſteriori competente, num. 20.
Debitor vendens in abſentia creditoris anterioris, & ſi pretium creditori priori ſolvat, non eſt tutus emptor a jure offerendi, & aſſignatur ratio, num. 21.
Emens ut ſit ſecurus, non ſolum debet pretium ſolvi creditori anteriori, ſed quod venditio ſit facta cum clauſula jure creditoris, num. 22.
Quando creditor rem, quam habuit inſolutum a debitore, alteri vendit, emens poteſt moleſtari a poſterioribus creditoribus jure offerendi, num. 23.
Creditor ſecundus emens a primo creditore, neque eſt ſecurus a jure offerendi a poſteriore creditore, imo etiam ab ipſo debitore, num. 24.
Oblatio abſque præſenti pecunia, ſed cum poteſtate concordandi creditores declarandos, an, & quando admittatur, & quando poteſt cum ſuo credito compenſari, num. 25.
Creditoris oblatio admittitur ſine præſenti pecunia, quando pretium vix ſufficit pro credito ſuo, ſed oblatio extranei non admittitur, num. 26.
Creditor præfertur extraneo licitatori, & poteſt offerre ſexta parte minus æſtimationis factæ, cum diſtinctione, & conciliatione DD. diſſidentium, num. 27.
Deciſio ad beneficium Vener. Monaſt. Monialium Divi Thomæ Marſici Novi, quod pro ſuo credito fuit admiſſum in ſubhaſtatione, deducta ſexta parte juſti valoris, num. 28.
Subhaſtatio requiritur in omni venditione, quæ fit prævio decreto Judicis, ut in ſtabilibus minoris, Eccleſiæ, Fiſci, Univerſitatis, & ſimilium, & in omnibus bonis in cauſa judicati vendendis, num. 29.
Subhaſtationes fieri debent tribus diebus intervallatis, num. 30.
Subhaſtatio mobilium quomodo fiat, datur praxis, num. 31.
Creditor, & etiam ultimus licitator poteſt emere pro ſexta parte minus, quando non reperitur juſtus emptor, tam in mobilibus, quam in ſtabilibus, num. 32.
Venditio ſubhaſta eſt nulla, quando adeſt læſio ultra ſextam partem, nam ſexta pars toleratur in ſubhaſtatione, num. 33.
Læſio quando eſt in ſubhaſtatione, tunc ſoluto debito cum expenſis, bona reſtitui debent ad beneficium debitoris, num. 34.
Fidejuſſor emens pignora ſui principalis, committit dolum, & proinde revocatur venditio, num. 35.
Emptio facta ſubhaſtæ per interpoſitam perſonam cum ceſſione in beneficium creditoris, tunc debitor ſoluto debito cum expenſis poterit bona recuperare, & ſic in omni caſu, quo ſervatus non ſit debitus ordo, num. 36.
Debitor quando non poteſt moleſtare emptorem, ſed ſolum habere recurſum ad pretium? num. 37. & vide num. 41.
Minoris pignora ſi ſint vendita, quando poſſit dicta venditio revocari, num. 38.
Creditor admittitur in ſubhaſtatione, imo præfertur extraneo, ſed quando emit per interpoſitam perſonam, tunc non acquirit dominium, ſed fructus extinguunt ſortem, cum declaratione dictæ concluſionis, num. 39.
Creditor ſecundus ſi eſt præſens in citatione, ad jus offerendi poſtea non admittitur, num. 40.
Debitori quando datur remedium ad pignus recuperandum, num. 41. & vide num. 37.
Offerendi jus quando non habet creditor poſterior, n. 42.
Creditor, ſi in ſubhaſtatione non reperitur juxtum pretium, ſeptem modos habet pro conſequenda ſatisfactione: quæ ſeptem remedia declarantur, num. 43.
Præmium ſolet concedi in ſubhaſtatione Fiſci, & Univerſitatis ad alliciendos emptores, num. 44.
Formola di offerta cautelata, con la formola de' decreti conſecutivi, ed avvertimenti, num. 45.
Altra formola, num. 46.

AN emens ſubhaſta amplius moleſtari aliquo modo poſſit ſuper re empta?

Hunc articulum late diſputat *Staib. cent. 1. reſol. 5. & cent. 2. reſol. 115.* ubi *n. 35.* dicit, quod

1 Venditio ſubhaſta eſt illa, quæ efficit emptorem tutum, ut ſuper re empta a quovis amplius moleſtari non poſſit, cum in ſui beneficium hoc privilegium de jure ſit introductum; ad quod puntualis eſt *Text. in l. fin. C. ſi propter publicas penſit.* ubi *in fine* hæc verba ſubnectuntur, ibi: *ſubhaſta diſtracta comparuerit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem*; ponderando illa verba *perpetuam*.

Nam ſi poſſet aliquomodo emptor moleſtari etiam a priore creditore, hæc emptio ſubhaſta non haberet perpetuam firmitatem.

2 Unde in dicta *reſol. 5. cent. 1.* dictus *Staib. num. 6.* dicit, quod emens rei ſubhaſtæ, & pretium deponens, liberandum per Judicem creditoribus, qui comparuerint cum ſolitis cautionibus, non poterit moleſtari, nedum a poſterioribus creditoribus, ſed neque ab anterioribus, qui agere tantum poterunt adverſus creditores poſtuores, & eorum fidejuſſores, quibus fuit pecunia librata, quæ in locum prædictæ rei ſucceſſit.

Imo quod ſecurus ſit emptor, etiam quod pecunia depoſitata ſit deperdita, nec ex ea creditores ſint dimiſſi.

3 Ne emptor authoritate publica deceptus remaneat, contra *Tex. in l. 1. C. de his, qui veniam ætatis impetr.* & ſub hoc dubio nemo accederet ad publicas venditiones, quod eſſet maxime perniciosum, *l. ait prætor, alias l. ſi ſine §. quæſitum* juncta *l. ex cauſa in princ. ff. de minoribus.* *De Marin. lib. 1. reſol. 336.* diſtinguit duos caſus.

4 Primus eſt, quando venditio ſubhaſta ſuum habet effectum ad inſtantiam creditoris anterioris, tunc nullum dubium eſt hypothecas poſteriorum creditorum fuiſſe extinctas; ita ut nec etiam poſterioribus creditoribus jus offerendi competat, *l. cum prior ff. de diſtract. pignorum l. ſi a creditore, C. eodem, & l. 1. & 2. C. ſi antiq. credit.* & ſic deciſum teſtatur *Anna Puter allegat. 56.*

5 Secundus eſt caſus, quando fit ad inſtantiam alicujus ex poſterioribus creditoribus, tunc non cenſetur extincta prioris creditoris hypotheca, *l. 1. ff. de diſtract. pign.*

Nam ubi fit venditio priore creditore non dimiſſo, quamvis creditor ſecundus, qui de venditione fuit ſollicitus, moleſtari non poſſit, emptor tamen non erit ſecurus, quia benedicebit priori creditori contra creditorem illum agere hypothecaria actione, & habet electionem contra quemmalit agere, vel contra poſſeſſores, vel contra poſteriores, & eorum fide-

Digitized by Google

dejuſſores, qui pretium receperunt, *l. 1. §. quod ergo ff. de ventre inſpiciendo, de Marin. lib. 1. reſol. 336. nu. 1. Rota Romana apud Seraph. dec. 1233.*

Et concludit, quod *Text. in l. a Divo Pio, §. quod ſi res, ff. de re judicata*, admittit rei obligatæ diſtractionem, quæ fit a Judice inſtante ſecundo creditore, ſi prior creditor dimittitur, & non aliter; & rationem tradit J.C. ibid. *quia nibi videtur conditio ante rioris creditoris deterior fieri, ſuum conſequutura, nec prius jus pignoris dimiſſuri, quam ei fuerit ſatisfactum*, ſunt verba J.C. *in Tex. prædicto.*

Et concludit, quod per venditionem factam a Judice ſubhaſta, in cauſam judicati, non extinguitur jus hypothecæ primi creditoris, niſi ei fuerit ſatisfactum. & conſequenter dum hypotheca non reſolvitur, poterit illa actione experiri contra poſſeſſorem.

Et idem *Staib. in reſol. 5. num. 4.* dicit, ibi, *licet ego quoad anteriores creditores in judicio ſubhaſtationis non auditos, valde dubitem; imo contrarium in noſtris Tribunalibus ſervari video. ad quod videndus eſt Mangil. in tract. de ſubhaſtat. qu. 104. n. 1.* & ſic videtur concludere cum dicto *de Marinis.*

Et in dicta *cent. 2. reſol. 115. obſer. ad num. 8. & 9.* dicit, quod licet facta venditione ſubhaſta, cenſeantur hypothecæ aliorum creditorum extinctæ ex *Tex. in l. cum prior. ff. de diſtract. pignorum, l. qui a creditore C. eodem l. 1. & 2. C. ſi antiq. credit. pign. vendid.* quo caſu competit ſecundo creditori Jus offerendi, *l. 4. §. in venditione, ff. quibus modis pignus, vel hypothec. ſolvit. Ludovic. dec. 161. num. 1.*

Tamen dicta regula declaratur, ſeu limitatur quatuor modis.

6 Primo, ut procedatur inſtante priore, non autem ſi fuerit facta inſtante ſecundo, vel poſteriore creditore; nam tunc prioris creditoris hypotheca extincta non eſt, ex *Mangil. ſuper alleg. 1. & Revert. & de Marin. dec. 20. & Barth. ad Rodriquez de concurſu, & privil. credit. part. 2. art. 1. n. 109.*

7 Secundo limitatur dicta regula, ſi emptor fuerit extraneus, ſecus ſi fuerit creditor, quamvis anterior, quia tunc hypothecæ aliorum creditorum, licet poſteriorum, non ſunt extinctæ, & proinde etiam jus offerendi ſecundo creditori competit, & ſic deciſum refert anno 1705. in Banca Montanari.

8 Tertio limitatur regula, quod non cenſeantur extinctæ hypothecæ ſecundi creditoris, qui poſtea rem poſſederit; nam quoad effectum retinendi, ſeu excipiendi, ejus hypotheca non cenſebitur extincta per venditionem ſubhaſta factā ad inſtantiam creditoris anterioris, ſed de hoc idem *Staib. dubitat. 11. num. 10. obſerv. in d. reſ. 215.*

9 Quarto limitatur regula prædicta, quando bona poſſunt avocari quia tunc hypotheca reviviſcit, & obſtat avocari volenti, *Text. in l. ſi ſticum, 95. §. ſi creditor debitori, ff. de ſolutionib. Staib. dict. obſerv. num. 11.*

Recenſentur omnes caſus ad beneficium emptoris.

10 Primo, tunc eſt ſecurus emptor ſuper re empta, quando ſubhaſta fit ad inſtantiam creditoris anterioris, vel licet fiat ad inſtantiam poſterioris creditoris, tamen ex pretio extinguitur [illegible], & reſiduum liberatur aliis creditoribus [illegible] quia tunc eſt ſecurus, per tradita ſupra.

11 Secundus caſus, quando quis emit bona hæreditaria debitoris, vel a Judice, vel ab hærede, cum benefic. leg. & invent. & pretium fuit ſolutum creditori primo venienti, licet poſteriori, tunc emens eſt ſecurus, per *Tex. in l. fin. §. & ſi præfatam, [illegible] vero creditor [illegible] in fin. C. de jur. de [illegible] A. 1. Fabr. definit. 9. C. [illegible] Jud. poſſid. de Marin. lib. 1. reſolut. 336. num. 7.*

Et licet *de Franch. dec. 272. & 298. num. 10.* hoc dicat, tunc habere locum, quando creditor, cui fuit ſolutum, eſſe ſolvendo; Quia creditor anterior habet tunc actionem ad avocandam pecuniam a dicto creditore poſteriore. Et ideo non permittit moleſtari emptorem. ita tenet quoque *Barbat. de fid. [illegible] par. 1. cap. 8. num. 154. fol. 213.*

Tamen *de Luc. ad Franch. in d. dec. 298.* concludit contra *Franch.* ex doctrina *Cancerii var. lib. 13. cap. 2. de invent. n. 151. Velaſc. conſult. 52. Carac. de diſ[illegible] uſ. bonor. par. 1. qu. 58.*

Et ratio eſt, quia aliter emens ab hærede non eſſet ſecurus, ſi non poſſet fieri ſolutio cuilibet creditori, vel legatario, qui primo venerit, ſed deberet fieri omnibus ſimul, Quod eſſet contra expreſſam diſpoſitionem dicti *Tex. in [illegible] fin. §. & ſi præfatam C. de jure deliber.*

12 Sed diſtinctio *de Franch.* mihi videtur æquior, & amplectenda, ex ratione per ipſum aſſignata dicta *dec. 298. nu. 10.* ibi: *æquum eſt enim, quod poſſeſſor qui non poſſidet rem mihi hypothecatam, mihi ſolvat in ſubſidium, quando creditor, cui pretium eſt ſolutum non reperitur ſolvendo, ne ſine facto meo hypotheca extinguatur.*

Ex his diſce cautelam, quando emis, ut ſis curioſus, & diligens, ut pretium, vel ſolvatur anteriori, vel cum idonea cautione, in caſu evictionis.

13 Tertius caſus eſt, ut ſit ſecurus emptor, quando pretium licet ſolvatur poſteriori tamen creditor anterior conſentivit expreſſe; nam tacitus conſenſus non juvat; vel quando legitime fuit citatus, ut ſui pignoris jus exequeretur nec ſufficit citatio per proclamata in abſentes, & ignorantes, *de Marin. reſol. 336 lib. 1. num. 30. & ſeq.*

14 Quarto caſu eſt ſecurus emptor ſubhaſta, quando quis emit Fiſco diſtrahente, & creditor anterior ſit præſens, & tacens. Quia eſt ſpeciale privilegium Fiſci, ut creditor præſens, & tacens cenſeatur remiſiſſe pignus. ex *Text. in l. ſi hypothecas C. de remiſ. pignor.*

15 Quinto caſu eſt ſecurus extraneus emens a primo creditore vendente ſubhaſta Jure creditoris, tunc. n. non poterit per ſecundum creditorem conveniri Jure offerendi, *Cæſar Biſ[illegible] all. 35 Theſaur. deciſ. 157. num. 8. ex l. 1. C. ſi antiq. credit. Neguſ. de pignor. par. 1. membr. 5. n. 4. Anna conſ. 36. & 37. n. 5. de Georg. alleg. 6. col. fin. Franc. dec. 224.*

Nec obſtat *deciſ. 69. de Franch.* ubi fuit deciſum competere jus offerendi, ibi: *Sic fuit deciſum, quia emerat idem Creditor, ſecus quando non fuit idem creditor, ſed extraneus Jure creditoris*; tunc procedit deciſio de Franc. 224. & aliæ deciſiones, ubi ſupra.

16 Et venditio Jure creditoris tunc facta dicitur ex pacto adjecto in inſtrumento, quod debito non ſoluto, poſſit rem hypothecatam vendere, *Text. in tot. convenerit in prima ff. de pignor. act. l. ſi fundus §. fin. ff. de pignor.* cum aliis adductis per *Pariſ. conſ. 81. & per Caſſan. in conſuet. Burg. de rubr. 4. num. 315. fol. 205. Or[illegible] dec. 16. n. 1. in fine.*

Et ſub hac clauſula ſolet concipi oblatio, vz.

17 Conchè detta vendita s'intenda farſi jure creditoris anterioris in vigore del patto appoſto in beneficio de creditori. ita che li creditori non poſſano aver ricorſo ſopra dette terre, ma ſopra il prezzo, con dover promettere l'evizione, così per ragione di dominio, come dell'ipoteca, tanto evincendoſi tutto, quanto evincendoſi alcun corpo, tanto de' feudali, quanto de' Burgenſatici, comprati con titolo particolare incluſi, e deſcritti nell'apprezzo.

Et venditio, ut dicatur facta Jure creditoris anterioris, ſufficit, quod anterior cum aliis pro venditione inſtiterit, vel ſuper pretii liberatione comparuerit; nam receptione pretii cenſetur venditio approbata, *Marin. [illegible] §. 1. num. 47.* qui reſpondit, & de-

clarat *Ann.alleg.56.num.3.& num.29. Text. in l.ſi ex tempore, C.de remiſſ.pign.* & declarat *Mar. Carell. de donat.contempl.matrim.fol.187.n.64.lib.1.*& alios.

Et ſic in venditione fuiſſe deciſum in R.Cam.quod non ſit neceſſarium, ut ſpecifice creditor utatur Jure, & facultate ſibi conceſſa vendendi rem Jure creditoris, ſed ſatis ſit, quod concurrat, & ubi non concurrit creditor anterior, non poteſt dici venditio facta Jure creditoris anterioris, *d.Marcian.*omnino videndus.

18 Sexto caſu, eſt veniens creditor anterior, qui non fuit auditus, & petit aſſiſtentiam ſuper re obligata, quoties abſque colluſione, & rite fuerit facta venditio ſub haſta, ſolet S.C.decernere emptorem ſubhaſtationis non eſſe moleſtandum, ſed pretium a poſterioribus creditoribus eſſe avocandum.

Et ratio eſt, ut evitetur circuitus inutilis, & nova pignoris venditio, ut pluries deciſum refert *Altimar.ad Rovit.conſ.12.lib.24. ex Carleval.lib.2.tit.7.diſp.22.n.12.relat. a D.Marad. obſ.67.n.56.fol.261.*

Caſus, in quibus emptor ſubhaſta non eſt ſecurus in re empta.

19 Primo, quando quis emit rem pluribus obligatam, & pretium non ſolvitur creditori anteriori: Quia anterior creditor jus ſuum non amittit, licet præſens, & ſciens fuerit ſubhaſtationi, cum ex præſentia, & taciturnitate non cenſeatur remittere jus pignoris, niſi fuerit admonitus, ut ſui pignoris jus exequeretur, & non exequutus fuerit, *de Marin.lib.1.reſ.336.n.3. Marcian.diſ.15.tom.1.nu.32.* Fallit hæc concluſio in Fiſco diſtrahente, *Marcian. ubi ſupra D.Marad. obſerv.65.n.57. in fine, Gizzarel.ad Latrum dec.25. nu.17.de Marin.ad Revert.dec.242.n.2.*

20 Secundo, in caſu, quo non vendit ipſe primus creditor, ſed debitor diſtrahit in alium voluntarie, tunc licet pretium ſolvatur primo, tamen a Jure offerendi ſecundo creditori competente tutus emptor non erit, quia ejus hypotheca reſoluta non erit, per eundem *Tex.in d.l.cum prior ff.de diſtract.pignor. ibi.*

21 Si tamen debitor non interveniente creditore pignus vendiderit, ejuſque pretium priori creditori ſolverit, tunc emptori poterit offerri, in concordantibus *in l.pignoris C.de remiſ. pign. & l. ſi debitor C. de diſtract.pignor.Reg.Marcian.diſp.12. nu.10.* ubi aſſignat rationem; quia debitor cum ipſe vendit, nullo modo poterit creditoribus præjudicia inferre, nec facero, quin illa res tranſeat cum ſua cauſſa, & ſit extinctum onus hypothecæ.

22 Tertio, quando ipſe debitor rem pignoratam vendiderit primo creditori, vel ei inſolutum dederit, vel etiam ſi Judex illam primo creditori adjudicaverit. Quia eo caſu hypothecæ aliorum creditorum non fuerunt reſolutæ, cum creditor uſus non fuerit illa clauſula jure creditoris, ut ſupra, & ſic ea poteſtate ſibi ex pacto, vel lege attributa, ſed rem ipſam potius a debitore, vel a Judice accepit, tuendi pignoris cauſſa, quam dominium obtinendi, *d. l.1. §.cum autem C. ſi antiquior creditor, de Franch. dec.453.* & alii relati per *Reg.de Marin.lib.1.reſol.336.n.26.*

23 Quarto, quando quis emit a primo Creditore, cui per prius fuit illa res ab ipſo debitore vendita, vel inſolutum tradita. Quia eo caſu datur poſterioribus creditoribus jus offerendi, idem *de Marin.ubi ſupra, n.27.poſt Afflict.dec.16.& Urſil.n.4.& 5.*

24 Quinto, quando ſecundus creditor emit pignus a primo creditore, non erit ſecurus, quia potius ſervandi pignoris cauſſa, quam acquirendi dominium, intelligitur pecuniam priori creditori dediſſe, *l. cum poſterior, ff.de diſtract.pign.de Marin.ubi ſup. n.18.*

Ideo eidem offerri poterit, nedum ab alio poſteriore creditore, ſed etiam ab ipſo debitore, ut ibidem expreſſe deciditur.

Venditio ſubhaſta, quando eſt nulla.

25 Quando quis emit non præſenti pecunia; Quia oblatum pretium integre debet emptor deponere, ut dominium rei emptæ conſequatur, nec Judex poterit ei fidem de pretio habere, alias dicta venditio erit omnino nulla, *Staib.cent.2.obſerv.215.num.31.poſt Urſill.dec 358.num 4.*

Itaut nec unus nummus deficiat, *Staiban.ibid.nu.32.poſt Carpe. in tract.de oblat.par.2.qu.6.*

Et nullo modo admittendæ ſunt oblationes, cum poteſtate concordandi creditores declarandos per S.C. *Staiban.num.55.*

Fallit dicta concluſio.

Primo, quando oblatio cum poteſtate concordandi ſit conſentientibus creditoribus; & ratio aſſignatur a *Staib.num.52.* quia diſpoſitio *Text. in l.a Divo Pio, §. ſed ſi emptor ff.de re jud.* fuit introducta favore creditorum, quibus pecunia ſolvenda eſt, & proinde poterunt dicti creditores huic eorum favori renunciare, ſed non poterit Judex diſſentientibus creditoribus.

Infertur hinc, quod dum ad favorem creditoris eſt requiſita pecunia præſens, non poteſt per debitorem opponi hæc nullitas venditionis factæ pecunia non præſenti; Magnificus *D. Carolus de Airzio ad Latrum conſult.155.nu.46. ex Hodiern. controv.40.num.70.*

Secundo fallit, ſi creditor obtulit pro emptione rei ſubhaſtæ, quia tunc poterit oblatum compenſare cum ſuo credito.

Verum ſi pretium oblatum erit majus ſuo credito, tunc ſi reſiduum non depoſitaverit in aliorum commodum, erit nulla, venditio, & ita deciſum refert *Staiban.ubi ſupra num.46.*

26 Creditor enim eſt privilegiatus magis eſtraneo duobus privilegiis.

Primo, quia extraneus offerre debet præſenti pecunia, ut expreſſe diſponitur *in l. a Divo Pio §.ſed ſi emptor, ff.de re jud.* alias foret nulla dicta venditio, *Urſil.ad Afflict.dec.558.n.4.Ludov.dec.22.n.1.Caſtil.dec.7.Giurb.dec.53.Surd.conſ.168.Gratian.tom.1.cap.7.nu.6.Hodiern.dict.contr.40.*

Creditor vero abſque præſenti pecunia, nec cogitur deponere pretium ad inſtantiam aliorum creditorum, ſi demonſtrabit non ſufficere pro aliis; dicti Authores ubi ſupra.

27 Secundo Privilegio, quia creditor præfertur extraneo licitatori, *l.cum bona 16. de reb.auct.jud.poſſid.alias l.1.ff.de privil.credit.Carleval.de judic.par.2.lib.1.tit.3.diſp.1.n.7.Hodiern.contr.40.n.69.*

Et creditor poteſt offerre ſexta parte minus, quo appretiantur bona, ut ſic creditor, qui gravatur in accipiendo aliud pro alio, relevetur in ſexta parte. *Reg.de Marinis ad Revert.dec.453.num.5.& lib.2.reſolut.41.num.6.ex allegat.Conſil.Piſanelli ibidem inſerto, de Luca ad Franch. deciſ.588. in fine, Hodiern. conſ.40.num.66.*

Et Ill. D. Hieronymus Borgia Epiſcopus Tropeæ in tractatu rer.inveſt.jur.civil.tom.1.lib.7.cap.7. num.14. refert ſic obtinuiſſe; diſtinguens tamen, quod creditor eligens voluntariam adjudicationem in judicio aſſiſtentiæ, tunc nulla deducitur ſexta, ſed adjudicantur bona juxta appretium, ad tradita per *Afflict.dec.... de Franch.dec.120. Muſc.par.3.obſ.adjudicaverit n.18.Carleval.lib.1. tit.3.diſp.1.n.25.*

At quando datur res in locum pecuniæ creditori invito, æquum non eſt, ut creditor duplici onere oneretur, & deterioris conditionis fiat, quam extraneus emens, ex *Poſt. de ſubhaſt. inſpec.51. num.15. Sola ad decreta Sabbaudiæ lib.3. tit.39. de forma, ac ord.obſervand.in pignorib.ſubhaſt.gloſ.3.num.35.Julian. ad Statut.Reg.ſuper.b.adjudicatio, Surd.dec.30.*

9. num.

Digitized by Google

num.15. Feſe dec.88.num.26. Duran.deciſ.8.num.36. Card.de Luca,de cred. [illegible] .142. *num.11.Minnhl.* [illegible] *conſilt. in aliquibus §.1. ſub num.34.* quos citat, & ſequitur *R. Petr.tit.287. nu.82.*rejecto *Dom.Altim.* qui ad *Rovit.conſ.48. num.30.*dicit,quod in caſu,quo creditor teneatur rem debitoris inſolutum accipere non poſſit ſextam perlucrari, prout lucraretur extraneus emptor, repugnante *Authent.hoc niſi, C.* [illegible] *lut.* per quam ſuccurritur debitori non habenti pecuniam, nec rem mobilem, nec reperienti emptorem, ut poſſit offerre, quod creditor ſibi eligat meliorem fundum, quo caſu dicit *Text.quod facta per Judicium ſubtili ejus cauſa æſtimatione* [illegible] *poſſit;* & ſic creditor videtur cogi ad recipiendum rem ſecundum ſubtilem extimationem factam a Iudice abſque detractione aliqua. Et ejuſdem opinionis fuit *Pist. in l. ſi quando C.unde vi nu.490. Marc.* [illegible] *br.conſ.3.nu.46. Surd.deciſ. 318.n.10. Joan.Bapt.Corrala conſ. 9. n.1. Gratian.diſcept.116.n.16 Aleg.* [illegible] *conſ.62. num.1.*

Ego vero credo poſſe conciliari, quod opinio *Domini Altim.* & aliorum ejuſdem opinionis habeat locum in caſu per ipſum firmato, ubi vigore authenticæ *Hoc niſi*, cogitur invitus creditor ad recipienda bona immobilia de melioribus; ubi nona illa requiſita ſunt neceſſaria, ut præcedat diſcuſſio bonorum debitoris, & probetur impoſſibilitas ſolvendi in pecunia, & quod non reperiatur emptor ex machinatione creditoris, qui deterret emptores, in quo caſu bene dixit *Dom.Altim.* cujus ſcripta ab omnibus ſunt veneranda.

28 Opinio vero *Recentis de Marin.Bor* [illegible] & aliorum, fit etiam vera, & amplectenda, in caſu, quo creditor non elegit [illegible] [illegible] nem, ſed elegit viam ſubhaſtandi, & in quo non habet locum authentica *Hoc niſi*, ut in debito jurato, & in aliis caſibus, tunc certe æquitas ſuadet, ut ſextam lucretur, prout quilibet alius extraneus emptor.

Ideo ſolet altera pars obtinere a Præſ. S. R. C. decretationem, quod Commiſſarius provideat citra præjudicium verbi faciendi, & ita ſervari debet, quia Judicis inhibitio non poteſt a Judice inhibito tolli, & ſperni, ſed a Judice inhibente tolli debet.

Et quando revocare poteſt idem Judex, qui interlocutoriam tulit, licet ab ea ſit appellatum, vide *Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. qu. 19. remed. 1. concl. 6. num. 13. & 27. & 59.*

7 Concluditur, quod, qui non appellat ab interlocutoria, præſumitur poſt decem dies lapſos conſentire. Et hac ratione, qui infra decem dies non inſtat contrario imperio revocari, præſumitur etiam conſentire, & poſt decem dies, interlocutoria, ſicut diffinitiva tranſit in rem judicatam, per *c. cum ceſſante de appellat. Afflict. in conſtit. appellationum tempora notab. 4. num. 13. Urſil. ad Afflict. dec. 42. Rovit. in Pragm. 1. de appellat. num. 8. Staib. reſol. 76. nu. 7. Galeota contr. 20. nu. 1.* relati per *D. Marad. in prax. præſ. ut. inſtrum. cap. 15. num. 15.* & adde *Bald. in l. ab arbitrio ff. qui ſatiſdare cogantur.*

Ideoque poſt lapſos decem dies petens contrario imperio revocari, repellitur, quia quoad partem petentem, dicitur decretum tranſactum in rem judicatam, ſecus, quoad Judicem, qui ſemper poteſt ſuam interlocutoriam contrario imperio revocare, quoties viderit juxtam cauſam revocandi, maxime in Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur.

Unde pars implorando officium Judicis, allegando juxtam cauſam, inſtat contrario imperio revocari interlocutoriam, etiam poſt lapſos decem dies.

CAP. XL.

De praxi compromiſſi.

SUMMARIUM.

Compromiſſum fit inter conjunctos uſque ad quartum gradum de jure civili conſanguinitatis, vel affinitatis incluſive vigore pragm. num. 1.

Judex ſtatim petito compromiſſo ligatas habet manus procedendi in cauſa civili, ſed ſolum poteſt cognoſcere ſi fuerit requiſitus ad cogendum Adverſarium, ad compromittendum, & ad eligendum Arbitros, nu. 2.

Compromiſſum inter uxorem, & virum admittitur, & etiam contra pupillum ſine auctoritate tutoris, & ſine decreto, ſecus in compromiſſo voluntario, nu. 3.

Inter Novercam, & privignum non datur, neque inter ſocerum, & generum mortua uxore generi, neque inter affines ſoluto matrimonio, num. 4.

Compromiſſum non admittitur ad inſtantiam ceſſionarii, licet ad inſtantiam cedentis admitteretur, nu. 5.

Filiusfamilias an poſſit compromittere abſque conſenſu Patris, num. 6.

Mulier an poſſit compromittere abſque mundualdo, ſeu conſenſu propinquorum, num. 7.

Auctor laudatus poteſt petere compromiſſum contra actorem ſibi conjunctum, num. 8.

In compromiſſo facto habet locum exceptio laudationis in Auctorem, ſecus in compromiſſo voluntario, nu. 9.

Laicus in foro laicali an cogat Clericum actorem ad compromittendum? num. 10.

Digitized by Google

Contumax non poteſt petere compromiſſum, num.11.

Compromiſſum neceſſarium non admittitur in cauſa appellationis; nec in baſtardis etiam legitimatis, nec in cauſa matrimoniali, num.12.

Maritus in qua re poteſt compromittere, in qua non, num.13.

Compromiſſum non habet locum, ubicumque in mero articulo lis vertitur, num.14.

Compromiſſum in quibus cauſſis habet locum, in quibus non, dantur quatuor regulæ, cum declarationibus, & limitationibus, num.15.

*Inſtrumentum in charta bambacina exemplatum quomodocumque producatur, probat, & conſtitutio in*ſtrumentorum robur *non eſt hodie in uſu*, num.16.

Compromiſſum non habet locum in inſtrumentis liquidis, in obligationibus penes acta, & aliis ſimilibus, in quibus liquide, & executive proceditur, ſecus ubi daretur terminus ordinarius, num.17.

Compromiſſum non poteſt peti contra legatarium, nec contra teſtamentum, cum ſuis limitationibus, & declarationibus, num.18.

Compromiſſum non habet locum in apoca bancali, & literis cambii, niſi in caſu, quo impeditur via exequutiva, & proceditur termino ordinario, vel ſit mortuus principalis, & inſtrumentum, vel obligatio penes acta præſentaretur contra hæredem, num.19.

In apoca privata ſi non eſt firmata non habet locum compromiſſum, rejectis contrariis, num.20.

Compromiſſum habet locum in inſtrumentis liquidis poſt tranſactos 20. annos a die nativitatis actionis, & in obligationibus penes acta poſt tranſactos 10. annos, & quando Apoca Banci, & literæ cambii fuiſſent a minore confectæ, & in omni caſu, quo via exequutiva impeditur, vel creditor conſentit, vel poſt factum depoſitum, & datur cautela debitori depoſitanti, n.21.

Compromiſſum ſi controvertitur, ſi vel ne ſit faciendum, an hoc incidens ſit compromittendum? num.22.

Univerſitas compromittere poteſt, ſed non ſufficit major pars Civium, num.23.

Compromiſſum denegatur, quando petitur aſſiſtentia ſuper bonis poſſeſſis per conjunctum, & petitur, ut condemnetur alter, qui non eſt conjunctus, num.24.

Compromiſſum eſt exceptio dilatoria, & peti debet ante terminum, vel in continenti poſt, & quid ſi fuerit renunciatum termino? num.25.

Contumax neque purgata contumacia poteſt compromittere, nec declinare, nec recuſare Judicem, nu.26.

Compromiſſo expirato, an poſſit iterum admitti? nu.27.

Poteſtas prorogandi a partibus tributa quomodo intelligitur, cum declarationibus, & limitationibus, num.28.

Compromiſſi inſtantia currit a die, quo per Arbitros fuerit acceptatum, niſi aliter fuerit conventum inter partes, & terminus currit de momento ad momentum, num.29.

Dilatione petita extra Regnum in compromiſſo coram Arbitris pro examinandis teſtibus, an currat terminus compromiſſi, num.30.

1 INter judicia, quæ fieri ſolent Judicio ordinario eſt compromiſſum inter conjunctos uſque ad quartum gradum de jure civili conſanguinitatis, vel affinitatis incluſive, vigore *Regiæ Pragmaticæ de arbitris*, per quam in Regno ſtatuitur pernecesse fieri debere, ad petitionem tam rei, quam actoris; unde poterit actor petere coram Judice, ut cogatur reus ad compromittendum, & poterit reus petere, ut cogatur actor compromittere, & hoc dicitur compromiſſum neceſſarium, vigore Pragmaticæ.

2 Et petito compromiſſo vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ, ſtatim ligatæ ſunt manus Judicis, & nequit amplius cognoſcere de meritis cauſæ, niſi de his, quæ concernunt exequutionem, ut admittatur petitum compromiſſum, & Adverſarius cogatur in electione Arbitrorum, *Riminald. ſenior in conſ. 479. num.2. vol.3.* penes *Gallup. p.1. cap.3. num.15. Motil. de gradu cit. ante num.*101. *Lagan. ad Rovit. pragm.1. de arbitris num.3. fol.*13.

In hoc cap.40. tractabimus, inter quas perſonas, & in quibus cauſſis compromittendum eſt.

In cap.41. qui poſſunt, & qui coguntur eſſe Arbitri.

In cap.42. De ſolario Arbitrorum.

In cap.43. De poteſtate Arbitrorum.

In cap.44. De appellatione, & nullitatibus laudi.

In cap.45. De praxi cogendi partes ad compromittendum, & de actis, quæ fiunt per Arbitros.

In cap. 46. De formulis petendi compromiſſum per actorem, & formulis compromittendi.

In cap.47. De formula nullitatum in foro Eccleſiaſtico. Hic itaque videndum eſt

Inter quas perſonas, & in quibus cauſſis, & quando, & quoties admittitur.

Compromiſſum habet locum, quando lis vertitur inter conjunctos uſque ad quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis incluſive computandum ſecundum jus civile, ita ſtatuitur *in dicta pragm.1. de arbitris*.

Quæ qualitas ſi negetur ab adverſario, debet ante omnia probari, & dandus eſt terminus ad eam probandam, juxta praxim traditam per *Afflict. in deciſ.* 297. ex regula generali, quod qualitas fundans juriſdictionem debet probari; & in ſpecie de compromiſſo concludit *Gallup. in 1. p. cap.3. num.12. ex Gabriel. conſ.33. num.12. volum.2. Cephal. conſ.72. num.7. vol.2.* & aliis.

3 Compromiſſum inter uxorem, & virum, quia dicuntur affinitatis origo, admittitur, hinc lis eſt compromittenda inter eos, *Gallup. p.1. cap.3. num.*13.

Compromiſſum etiam contra pupillum in Regno admittitur, nam dicta pragmatica loquitur indefinite, *Maranta actu 2. p.6. num.8. & Paul. de Caſtr. ubi alleg.* Verum requiritur decretum Judicis, quod interponitur abſque ſcrupuloſa cognitione, ſed ſufficit, quod Judex cognoſcat evitari litis expenſas, *Gallup. p.1. cap.3. num.18. Anna ſing.*105.

Imo cum agatur de compromiſſo neceſſario non requiritur decretum, nec alia ſolemnitas, alioquin neceſſaria in compromiſſis voluntariis, & aliis contractibus minorum, *Staib. cent.2. tom.2. obſerv.167. num.60. ex Hieronimo de Palma Lucenſ. in conſ.17. num.9. Tiraquell. de leg. connub. gloſ.8. nu.87. & 195. & ſeq. Altograd. conſ.89. num.*179.

Procedit etiam ſi extra judicium compromiſerint abſque juſſu, & decreto Judicis, quia ſufficit, quod poſſunt ad hoc compelli, *Staib. ubi ſupra.*

Et tutor ſolus abſque decreto, nec alia ſolemnitate compromittere poteſt, *Montan. de tutelis cap.35. Giurb. deciſ.69. num.5. Staib. ubi ſupra.*

Et minor ſolus abſque decreto, nec alia ſolemnitate compromittere poteſt, *Montan. de tutelis cap.35. Giurb. dec.69. num.5. Staib. ubi ſupra.*

Et minor ſolus ſine tutoris auctoritate, aut curatoris poteſt compromittere, ſtante ſtatuto, ſive *prag. de compromittendis litibus in Regno, Staib. reſol. 57. num.21.*

Secus vero in compromiſſo voluntario, tunc nec tutor, nec minor abſque Judicis auctoritate compromittere poteſt, *Staib. dicta reſol.57. & ibi in obſerv. num.58.*

4 Compromiſſum inter Novercam, & Privignum non datur, affinitate ceſſante, *Bald. in l. affinitatis C. com. de ſucc.* penes *Gallup. p.1. cap.3. num.*14.

Compromiſſum inter ſocerum, & generum mortua uxore generi neque datur, *Maſcat. gloſ. gradum n.30. Vivius dec.181. Gallup. p.1. cap.3. num.14.*

Ubi

Ubi ita quoque concludit de filiis naturalibus.

Compromiſſum inter affines quoſcumque non habet locum ſoluto matrimonio, ſed ſolum eo conſtante, quia, quoad compromiſſum dicitur diſſoluta affinitas, *Motill.de grad.cit. num.*100.*Borrell.de Compromiſſo* §.1.*gloſ.*4.*num.*18.*Rovit. ſuper Pragm.de arbitris num.*17.

5 Compromiſſi exceptio, quæ competebat cedenti uti conjuncto, non tranſit in ceſſionarium etiam ex cauſa oneroſa, *Afflict.in dec.*73. *num.*3. *Borrell. in tract.de compromiſſ.*§.1.*gloſ.*3. *nu.*304. penes *Gallup. p.*1.*c.*3.*num.*16.*Urſil.ad Afflict. dec.*46.

6 Compromiſſum vigore Regiæ Pragmaticæ non habet locum cum filioſam. quia obſtat alia Regia Pragmatica, per quam exigitur conſenſus Patris ad contrahendum, ita concludit *Gallup. p.*1. *cap.*3. *nu.*20. *ex Viſcont. lit.C. Bald.in l.non ſolum* §.*neceſſitate C.de bonis, quæ lib.& Foll.ad Marant. act.*2.*num.*10.ubi allegat *Caſtrenſem conſ.*465. *v.viſo compromiſſo, col.*1.*lib.*1.& alios.

Sed de hoc dicto ſatis dubito, quia pupillus adhuc eſt in poteſtate tutoris, & ſine tutoris conſenſu non poteſt contrahere, & tamen pupillus adſtringitur compromittere, ut pluries deciſum refert *Ann. ſing.* 1015. & diximus ſupra, quia dictum ſtatutum de compromittendo reſpicit favorem publicum, & loquitur indefinite. Ideo filiiſam. includuntur, ſicuti includuntur pupilli, & ſicuti ipſe filiusſam.adſtringitur per dictum ſtatutum, ita adſtringitur pater ad præſtandum conſenſum pro executione ipſius ſtatuti, quo non præſtito habetur pro præſtito, & minor in compromiſſo neceſſario non opus habet decreto Iudicis, quod expedit, *Staib.d.reſol.*57.

Sed in ſpecie, quod filius ſine conſenſu, & præſentia patris poſſit compromittere, & ſtipulare compromiſſum neceſſarium vigore *Regiæ Pragmaticæ de arbitris*, non obſtante *pragm.*1.*ad Maced.* quamquam omnis contractus a filiisſam. celebratus abſque conſenſu patris nullus declaretur, ſingularis eſt doctrina *Bald.in l.cum non ſolum* §.*neceſſitate num.*14.*C.de bonis, quæ lib.Alexand.conſ.*29. *colum.*1. *in fine vol.*1.relati per *Marad.p.*6.*art.*2.*num.*10. *Borrel.in ſumm. dec.lib.*3.*tit.de arbitris num.* 10.quos ſequitur *Staib. tom.*2.*cent.*2.*reſolut.*166.*num.*27.*& reſol.*57. *nu.*22. *tom.*1.

Et ratio aſſignatur, quia ubi ſunt duo ſtatuta in Civitate, unum, quod cauſa compromittatur, alterum, quod filius non contrahat ſine conſenſu, & præſentia patris, prævalet ſtatutum, quod compromittatur, quia eſt magis ſpeciale, & favorabile.

7 Compromiſſum vigore *dictæ Pragmaticæ*, an habeat locum cum muliere, *Gallup. p.*1. *cap.*3.*num.*10. concludit, quod non, & aſſignat rationem, quia obſtat ſtatutum, per quod exigitur conſenſus conjunctorum, ut mulier poſſit contrahere, & pro dicta ſententia fundanda, citat *Borrell. Tiraquell. Lanfranc.Lambert.*& dictus *Gallup.* teſtatur, quod ſic in praxi ſervamus in dies.

At ne Tirones decipiantur ex dicta doctrina *Gallup.* ſciant, quod ſi eſſet vera doctrina prædicta, haberet locum in locis, ubi eſſet tale ſtatutum, per quod exigeretur conſenſus propinquorum, & non habet locum in Regno noſtro, ubi mulier contrahere poteſt abſque conſenſu propinquorum; nam hujuſmodi ſtatutum non eſt in Regno, ubi vivimus jure Romano, at in aliqua Provincia, ubi vivitur Jure Longobardorum, ibi requiritur conſenſus Mundualdi, ideſt conjunctæ perſonæ: quæ aſſumitur per mulierem in ſuum Conſultorem ad illud faciendum.

Et quia in Regno hoc jus Longobardorum fuit certo tempore in uſu, ideo Notariorum inolevit uſus, & praxis, ut in principio inſtrumenti dicant T. mulier licet jure Romano vivat, tamen ad uberiorem cautelam intervenit etiam auctoritate T.ſui Mundualdi per ipſam electi, & per nos confirmati.

Quæ cautela fit ad tollenda dubia, & lites.

Et neſcio, quomodo potuit dicere dictus auctor, quod ſic ſervamus in dies, &c. dum contrarium ſervamus in Regno.

Concludo itaque, quod mulier adſtringitur ad compromittendum vigore noſtræ Pragmaticæ, quæ indefinite loquitur, & ubi eſſet ſtatutum, per quod exigitur conſenſus propinquorum ad contrahendum, adhuc poſſe adſtringi propinquos ad præſtandum conſenſum, alias haberi pro præſtito, rejecto *Gallup.* & aliis.

Imo in illis locis ubi dicitur jure Longobardorum, mulier ſine Mundualdo poteſt compromittere in compromiſſo neceſſario vigore Regiæ Pragmaticæ prædictæ, quia dicta Pragmatica eſt magis ſpecialis, ut tenet *Marant.part.*6.*act.*2.*num.*11. quem ſequitur *Staib.tom.*2.*conſ.*2.*reſol.*166.*n.*27.

8 Compromiſſum peti poteſt ab auctore laudato contra actorem ſibi conjunctum, ut deciſum refert *Urſill.ad Afflict.decis.*11 *num.*5.*Motil.de grad.cit.nu.*90.& deciſum refert *Revert.dec.*406. ubi *D.Marin.*& dixi *in cap.de Author.laudato*, ubi vide.

9 Et in compromiſſo facto habet locum exceptio laudationis in auctorem, quando eſt compromiſſum ex neceſſitate ſtatuti, ut eſt Pragmatica in Regno noſtro, ita *Motill.de grad.citat. num.*154. rejecto *Arnon. ſingul.*70. ſecus in compromiſſo voluntario, ubi non habet locum laudatio in Auctorem, *Motil.dicto loco ubi ſupra.*

10 Compromiſſum peti poteſt a laico contra Clericum actorem in ſoro laicali, *Capyc. deciſ.*66. *Motill. de grad.cit.num.*90.

Sed contra *Capyc.* concludit *de Marin. lib.*2. *reſol.*74.*num.*9.*ex Borrell.in comment. ad principium* §.1. *gloſ.*3.*a num.*223. *ad* 261.*Arnon. ſing.*38. *Mart.de juriſdict.part.*4.*caſu* 40.*cent.*1.*num.*14.*Bellet.diſquiſit. clar.part.*1.*tit.de exempt.Cleric.a ſtatu laicali* §.3.*nu.*10.*Rovit.in pragm.de Arbitris num.*5.

11 Compromiſſum contumax petere non poteſt, *Motill.de grad cit.num.*30.*&* 77. *& num.*90.*in fin. Affl. dec.*185.*&* 46.ut diximus in annotatione, &c.

12 Compromiſſum non habet locum in cauſa appellationis, *Motill.de grad.citat. num.*65. *ex Alex. conſ.*82.*num.*4.

Compromiſſum non habet locum in alimentis futuris, ſecus eſt in alimentis præſtitis, *Motil. de grad. cit.nu.* 97.*Surd.de alim.tit.*8.*privil.*61.*nu.*39.

Compromiſſum non habet locum in baſtardis etiam poſtea legitimatis, quia non comprehenduntur in dicta Regia Pragmatica, ſecus ſi fieret compromiſſum remoto ſtatuto, ſcilicet voluntarium, *Motil. de grad.cit. nu.*100. qui voluit ita eſſe intelligendum *Paul.conſ.*181.*Grat.conſ.*145.*num.*9.*vol.*2.

Compromiſſum non admittitur in cauſa matrimoniali, *cap.penult.de in integr.reſtit.Trid. ſeſ.*24.*de reformat.cap.ult. Abb.in cap.ex parte de Arbitris nu.*5.*Verde ad Gallup.par.*1.*cap.*3.*num.*53.

13 Compromittere maritus de re dotali non poteſt, ſicuti non poteſt tranſigere, nec in dote ſervitutem, vel aliquod præjudicium facere, *Gallup. part.*1.*cap.*3.*num.*21 *ex Staib. Jun.reſol. forenſ.*56. *&* 244. *per text.in l. ſi pro fundo C.de tranſ.* Sed ſi vertatur lis inter conſanguineos de dote, talis cauſa debet compromitti, quamvis cauſa dotis in multis aliis rebus ſit privilegiata, ut in generali ſtatuto non comprehendatur; ſed ſub hoc ſtatuto de arbitris comprehenditur, quia dicta pragmatica eſt favorabilis, inducta ad utilitatem hominum, & non debet in odium retorqueri, ut late *Troyſ. ad dictam pragm. de arbitr. num.*718.*&* 218.*ex Dec.* & aliis ibi allegatis. Sic in exactione dotis, ubi cadere poſſunt probationes, ha-

Digitized by Google

habet locum compromiſſum, *Motil.de grad.cit.nu.*99.

Secus vero ſuper articulo, an debeatur dos, quia merus articulus juris eſt, ideo non habet locum compromiſſum. *Motil.ubi ſupra Minad.dec.*11. *num.*10.

14 Et generaliter compromiſſum non habet locum, ubicumque merus articulus juris vertitur, quia cum de jure agitur omnia ſunt certa, *Motil.ubi ſupra* ex auctoritate *Bald.in Lancilla col. prima de furtis.*

Et ex *dicta pragm.prima de arbitr.* ſume plures regulas generales.

15 Prima regula, quod in cauſſis civilibus, vel mixtis fit compromiſſum, non autem in criminalibus.

Secunda regula generalis eſt, quod compromiſſum non poteſt fieri in cauſis feudalibus, ut ſtatuitur *in dicta pragm.prima de arbitr.* & idem eſt ſtatutum per *Conſtitutionem Divæ Memoriæ*, niſi præcedat Regius aſſenſus.

Limitatur, ut hæc regula procedat, quando in cauſſa eſt intereſſe Fiſci ratione dominii directi; ſecus ſi agatur de poſſeſſorio, quod eſt quid facti, quia tunc poterit compromitti, *Troyſ.in d.pragm. prima de arbitr.n.*130.*Gallup.par.prima cap.*3. *n.*35.

Limita ſecundo, ubi agitur de taxatione vitæ, & militiæ tantum, non autem ſi debeatur, vel non, & ſic in diem practicari teſtatur *Gallup.ubi ſupra ex Afflict.deciſ.*43.*Rovit.prag.*5. *de arbitr. Capyc. Latr. deciſ.*33.*num.*10.& aliis ibi.

Tertia regula generalis eſt, quod compromiſſum non admittatur, ubi eſſent inſtrumenta liquida, ſententiæ liquidæ, vel obligationes liquidæ, ut ex *dicta pragm. in fin.* quod intelligendum eſt, ut Reus conventus poſſit contra dicta inſtrumenta, &c. petere compromiſſum.

Nam compromiſſum poteſt peti ab eo, pro quo inſtrumentum, ſententia, vel obligatio cantat, *Ioſeph Ludov.deciſ.*26.*num.*2. *Rovit. prag.prima de arbitr.num.*10.

Quarta Regula eſt, quod compromiſſum non poſſit fieri in cauſſis criminalibus, ut *in d. pragm. de arbitris.*

Circa quas regulas ſupradictas, occurrit de multis dubitari, & primo.

Compromiſſum in cauſſis mixtis, an ſit admittendum, indiſtincte *Muſcat. in gloſ. gradum in ſua addit.lit.C.* negat poſſe compromitti cauſſam mixtam, quæ incaleſcit criminalitati.

Dum cauſſa mixta dupliciter dicitur, vel reſpectu pœnæ, quæ applicatur Fiſco, & parti, nam illa dicitur cauſſa mixta, in qua Fiſcus, & pars participant de pœna, *Gallup.part.*1.*cap.*3.*num.*31.*ex Alex.conſ.*72.*in fin.volum.*1. *Borrel.in tract. de compromiſ.* §.2. *gloſ.*1.*num.*63.

Vel reſpectu modi procedendi, ut quando pro delicto civiliter agitur.

Qui *Muſcat.* ibi advertit, quod compromiſſum procedit ſolum in cauſſa mixta reſpectu modi procedendi, quando ſcilicet civiliter agitur pro crimine, & dicit eſſe notandum, quia commentantes dict. pragm. non bene aperiunt illud verbum mixtas.

Et *Gallup.* ubi ſupra licet nihil dicat, tamen videtur contra *Muſcatell.* ſentire, dum dicit ſolum, quod cauſſæ mixtæ ſunt illæ, in quibus Fiſcus, & pars participant de pœna.

At dicta opinio *Muſcat.* mihi non arridet, dum *pragm.* loquitur generaliter in cauſſis mixtis, & quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

Et dictus *Muſcat.* ſe fundat *in dec.Afflict.*184. ubi id non dicit, ſed ſolum, quod ſpolii cauſa intentata criminaliter, non eſt compromittenda, ratione, quia pœna applicatur Fiſco; & de hoc non dubitamus, quia ubi de pœna non participat pars, ſed ſolum participat Fiſcus certe quod non admittitur compromiſſum, quia cauſſa tunc non dicitur mixta, ſed criminalis.

Nec obſtat, quod in Regno per *pragm.*2.*de juriſd. invic. non turbanda*, declaretur ad juriſdictionem criminalem ſpectare tantum cauſſas, in quibus venit imponenda pœna mortis, aut mutilationis membri, &c. nam per dictam *pragm.* non notatur, quæ dicatur cauſſa civilis, quæ mixta, & quæ criminalis, ut advertit *Manſ.de cauſ. execut.nu.*22.

Cauſſa itaque ſpolii criminaliter intentata reſpectu *pragm. de arbitris*, dicitur criminalis, in quo compromiſſum non eſt admittendum; ſed non propterea poteſt ex dicta *deciſ. Afflict.* 84. inferri id quod dicit *Muſcat.* ſed teneo, quod in omnibus cauſſis mixtis habet locum compromiſſum, rejecta *diſtinct.per Muſcat.* tradita. Et generaliter ſcias quod

Olim quando cauſſa erat nimis dubia, & exemplaris, S. C. vel Reg. Cam. eam non decidebat, ſed ſolebat compromitti facere in eodem Tribunali, licet partes non eſſent conjunctæ, ſed extraneæ, hodie tamen hoc eſt prohibitum, & non poſſunt amplius compromitti in Tribunali S. C. vel Reg. Cam. teſte *Reg.de Marin.in arreſto* 56.*& Rovit.dec.*95.

Compromiſſum non habet locum in cauſſa criminali, *Motill.de grad. cit. num.*100. *Afflict. & Urſill. deciſ.*94.

Compromiſſum itaque, ubi ſunt inſtrumenta liquida, non habet locum, ut ſtatuitur in *dicta prag. prima de arbitr.* Ampliatur etiam ſi dicta inſtrumenta non producantur in forma probante, ſed in carta bambacina, intra tamen dietam a Civitate Neapolitana, ut deciſum refert *Minad. deciſ.*11.penes *Gallup.par.*1.*cap.*3.*nu.*33. & ratio erit, quia inſtrumentum non dicitur liquidum, ut poſſit liquidari via Ritus M. C. V. niſi ſit in forma probante, imo non probat, ut ſtatuitur *in Conſtit.Regni Inſtrumentorum robur*, ſed toleratur, quando intra dietam a Civitate Neapolitana copia fit in bambacina, quæ ultra dietam non probat, niſi ſit in forma probante.

Et probat etiam fides extracta a Protocollo, ſi duo vivant teſtes, *Afflict.in conſtit.Bajulos n.*54.

16 Ex hoc infero, quod dum hodie ex generali conſuetudine, & ſtilo Regni copia in bambacina charta probat etiam ultra dietam, dicta inſtrumenta impediunt compromiſſum quomodocumque producantur, ſive in forma probante, ſive per copiam ſimplicem in charta bambacina, ſive charta ſimplici, quia *dicta Conſtit. inſtrumentorum robur* re vera non eſt in uſu, prout erat tempore *Minad.* Circa hoc teſtatur *Thor. in compendio deciſ. verbo inſtrumentum confectum fol.*281.*verſ.miror in fin.& Carrab. ſing.*109.& nos latius diximus *in lib.*2. *tit.de aſſiſtentia c.*2. *n.*4.

Sed dicta conſtitutio eſt in uſu ſolum ad criminaliter accuſanda inſtrumenta liquida, quod debeant exhiberi originalia in charta pergamena, ſive coriacea, ut dixi *in d.meo ſecundo tomo.*

Limita hanc concluſionem, ubi habens inſtrumentum liquidum, eo noluit uti contra principalem, ſed contra tertium conventum vigore hypothecæ, tunc non obſtante, quod inſtrumentum ſit liquidum, cauſſa eſt compromittenda, ut deciſum refert *Gallup.in part.*1.*cap.*3.*num.*33 *& Thor.in compendio deciſ.tom.*2. *verbo compromiſſum*, & ratio erit, quia contra tertium poſſeſſorem opus eſt exhibere probationem extrinſecam, quæ non adhibetur, quando præſentatur contra principalem, & ita interpretatur ſenſus dicti ſtatuti, ut in liquidis non fiat compromiſſum, ſecus quando illud liquidum eget alia extrinſeca probatione, & ſic in judicio aſſiſtentiæ vigore *pragm.*1.*de aſſiſt.præſtant.* contra tertios poſſeſſores, qui peterent Compromiſſum, eſt cauſſa compromittenda, rejecto *Cavenſ.ſuper pragm.* 1. *de arbitr.* qui loquitur ex doctrina *Anchar. conſ.* 183. tenentis non competere compromiſſum, quia eorum opinio non eſt recepta: Judicium enim aſſiſtentiæ

tiæ

tiæ eſt judicium ordinarium, & *Anchar.* loquitur de judicio executivo, ut advertit *Muſcat. in gloſ. gradum par. 2. addit. lit. G.* quem ſequitur *Altim. rubr. 9. quæſt. 16. num. 20.*

Hinc fit quod compromiſſum admittitur, quando adeſt ſententia, quæ non eſſet liquida, ut quia partes declarant eſſe nullam, vel conſtat evidenter de nullitate, ita *Marc. dec. Delph. 466. & Bald.* concludit, *Gallup. part. 2. cap. 3. num. 34.*

17 Compromiſſum peti non poteſt, ubi adſunt inſtrumenta liquida, item in obligationibus penes acta liquidis, ut *in pragm. 1. de arbitr.* tamen hoc intellige, quando nihil opponitur contra inſtrumentum, quia ſi opponatur aliqua cauſa, ex qua offuſcaretur liquiditas illius, ex quo non via executiva, ſed ordinaria agi oporteret, tunc non obſtante inſtrumento eſſet locus compromiſſo, ita *de Marin. lib. 1. reſol. 66. nu. 4. ex Soccin. ſen. conſ. 4. col. 2. vol. 1. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 9. num. 6. Surd. de alim. tit. 1. cap. 15. num. 11. & in conſ. 252. num. 12. vol. 1. & conſ. 451. num. 50. vol. 3. Blanc. de comprom. qu. 4. num. 4. Cartar. deciſ. 76. num. 3. Borrel. in ſumm. dec. in tit. de arbitr. & comprom. n. 241. tom. 1. Lagan. ad Rovit. in prag. 1. de arbitr. ſup. num. 41.*

18 Hinc ſi contra teſtamentum opponatur, ut invalidum ex aliqua cauſa declaretur, certe erit locus compromiſſo, ut late *de Marinis ubi ſupra num. 3.*

Secus ſi non contra teſtamentum, ſed vigore teſtamenti ageretur ad legatum conſequendum, & ex adverſo peteretur dictam cauſam compromitti, denegaretur compromiſſum, licet teſtamentum non poſſit dici liquidum, dum adhuc aliqua extrinſeca ſint probanda, ut mors teſtatoris, aditio hæreditatis, & alia, *Staiban. reſol. 63. num. 25.* ut deciſum refert *Capyc. deciſ. 48. in primo dubio Borrell. in tract. de compromiſſ. §. 2. gloſ. 1. nu. 169. Maxill. ad Conſuet. Barenſ. in rubr. de donat. inter virum, & uxorem §. marito num. 22.* relati per *Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 66. nu. 2. Afflict. dec. 46. num. 12.*

Et eſt regula trita, quod dum petitur exequutio legatorum non habet locum compromiſſum, *Troyſ. in Pragm. de arbitr. ex Rom. conſ. 262. & conſ. 54. col. 1. & 2. lib. 1. Soccin. conſ. 95. col. 3. lib. primo*, & deciſum refert *Galeot. controv. 63. lib. 1. Prat. lib. 1. diſcept. 9.* reprobato *Simone de Petris conſ. 33. cent. 3.* contrarium dicente.

Limita hanc concluſionem, ubi compromiſſum petitur ab eo, pro quo conſtat inſtrumentum, tunc habet locum dicta exceptio compromiſſi, etiam in inſtrumento liquido, & obligatione penes acta, *Motil. de grad. cit. num. 93. Rovit. ſuper Pragm. 1. de arbitr. num. 40.*

19 Aliud dubium hic inſurgit non ſpernendum, an creditor vigore apocæ Bancalis, vel literarum cambii compromittere teneatur, cum eæ habeant etiam executionem paratam ſicuti inſtrumenta publica, & obligationes liquidæ, quando apoca eſt recognita, & literæ cambii ſunt proteſtatæ, & ratio dubitandi erit, quia in Pragmatica fit mentio ſolum de inſtrumento liquido, & obligatione liquida.

Concluditur, quod ex identitate rationis, ſeu ex vi comprehenſionis, dict. Pragmatica ampliatur etiam ad Apocas Banci recognitas, & literas cambii proteſtatas, vel acceptatas, quod in eis non cadat compromiſſum, *Maſull. ad Capycium dec. 7. ſub num. 1.* quem citat, & ſequitur *Laganar. ad Rovit. in Prag. 1. de Arbitr. num. 2. Petra rit. 128. num. 2.*

Et ita intelligendus eſt *Muſcatel. pr. 2. gloſ. gradum num. 48. in addit. lit. G. & Altim. rubr. 9. qu. 16. num. 16. & 17.* qui intelliguntur loqui de Apocis recognitis; at ſecus in Apocis privatis etiam trino teſte notatis, quia cadit compromiſſum ſuper eis, ex eo quia Apocæ privatæ requirunt probationem extrinſecam per judicium ordinarium.

Imo ampliatur ad Apocam Banci etiam non recognitam, ut non detur compromiſſum.

Et ratio erit, quia exceptio compromiſſi eſt dilatoria, & ante recognitionem non admittitur ulla exceptio dilatoria. Poſt vero recognitionem, quia eſt liquida nec debet cauſa liquida compromitti.

Propterea ſine dubio ſicut compromiſſum cadit quando inſtrumentum, vel obligatio penes acta eſſet aliquo modo illiquida, aliquamqua pateretur exceptionem, per quam via executiva impediretur. Ita etiam admittitur compromiſſum, quando Apoca Banci, vel literæ cambii non poſſent exequutive expediri.

Ut quando principalis eſt mortuus, & inſtrumentum, vel obligatio penes acta præſentatur contra hæredem, admittitur compromiſſum, quia tunc non poteſt exequi via ritus, ſed eſt citandus hæres, & audiendus extra vincula, & abſque depoſito.

20 Apoca privata trino teſte firmata, quia æquiparatur publico inſtrumento, ſecundum *Viv. deciſ. 23. num. 6. in fin. & Troyſ. ſuper dicta pragm. de arbitr. num. 77. Ioan. de Monte Sperello in conſ. 25. vol. 1.* ex vi comprehenſionis compromiſſum denegari debet vigore dictæ apocæ licet privatæ, ita tenet *Staib. reſol. 63. n. 3. Mandoſ. ad Roman. conſ. 23. lit. 3.*

Ea forſan ratione, quia paria ſunt inſtrumenta eſſe liquida, vel brevi tempore liquidanda, ut ex doctrina *Capycii deciſ. 48.* deducit *Ioann. Iacob. de Laurentiis de Iudice ſuſpecto cap. 7. num. 43. Aſinius de executione §. 1. cap. 31. num. 2. & 49.* relati a *dicto Staib. ibidem num. 26.*

Quia in apocis privatis quocumque modo recognitis non poteſt executive procedi, ſed ordinarie cum termino, & ſententia, ideo ſemper cauſa eſt compromittenda, prout compromittitur cauſa inſtrumenti liquidi, quando proceditur via ordinaria.

21 Item quando poſt tranſactos 20. annos a die nativitatis actionis præſentaretur inſtrumentum, vel poſt decem annos accuſarentur obligationes penes acta, quo caſu ſimiliter auditur debitor prævia citatione extra vincula, ut ſupra, *D. Conſ. Petra rit. 128. num. 2. & Lagan. ad Rovit. pragm. de Arb.*

Et quando apoca Banci, & literæ cambii fuiſſent a minore confectæ, & in ſimilibus aliis caſibus, in quibus rigor paratæ exequutionis impeditur, ſemper cauſa compromittenda eſt, quia tunc non ſumus in liquidis, ut Pragmatica dictat, *Lagan. ad Rovit. in d. Pragm. de arbitr. ubi ſup. Petra ubi ſupra.*

Ampliatur hæc concluſio, ut non ſolum, quando ex neceſſitate propter illiquiditatem creditor cogitur relinquere exequutivam viam liquidandi inſtrumentum, accuſandi obligationem, & exequendi apocam banci, & literas cambii, cauſa compromittenda eſt.

Sed etiam, quando creditor voluntarie elegit benigniorem viam procedendi judicio ordinario, quia tunc non poteſt redire ad judicium exequutivum relicto judicio ordinarie intentato, & non obſtante, quod inſtrumentum, obligationes, apoca, & literæ cambii ſint liquidæ, cogitur creditor compromittere; ſibique imputandum eſt, qui poteſt exequutionem petere extraordinarie, & viam ordinariam eligere maluit, *Lagan. ubi ſupra, & Reg. Galeota lib. 1. contr. 73. a n. 3.* quem citat *Dom. Conſ. Petra rit. 128. num. 2.*

Cui concluſioni ego non adhæreo, ſic indiſtincte, quia hæc concluſio eſt fundata ſuper axiomate, quod a via ordinaria non liceat recedere ad viam exequutivam. Quod axioma a nobis impugnatur, ut late videbis *in cap. de via executiva vigore pacti in 2. tom.* Unde diſtinguendum cenſeo; quod tunc compromiſſum peti poſſit, quando Actor non recedit a via ordinaria, antequam petatur compromiſſum, ſed ſi ad executivam redierit, exceptio compromiſſi non obſta-

Digitized by Google

ſtabit, prætextu, quod fuit prius iotentata via ordinaria. Vide quæ dicimus *in cap. de via exequutiva vigore pacti tom.2.*

Ampliatur etiam in liquidis, ubi debitor non poteſt audiri, niſi in vinculis, aut facto depoſito, licet non poſſit cauſſa compromitti propter rigorem paratæ exequutionis, tamen poſt depoſitum jam factum, ſi debitor petierit ſuper exceptionibus, quas habet, tenetur Judex compromiſſum admittere, firmo interim remanente depoſito, per quod ſatisfactum eſt Pragmaticæ.

Cauti ergo ſint Procuratores, ut ſtatim cum depoſito ante liberationem petant compromiſſum, & in caſu denegationis appellent, ita docet *Laganar. ubi ſupra num.4. & D.Conſ.Petra d.rit.128.n.2.in fin.*

22 Et demum compromiſſum ſi controvertitur ſi vel ne ſit faciendum, hoc incidens debet compromitti, ita *Piſanel. ad Pragmaticam editam Thori num. 43. fol.66.* ubi allegat *l.penult. & ibi Bart.* & alii citati *C. de pactis Urſill. decif. 119. num.3. Aymon. conſ.224. Lagan.ad Rovit.pragm.1.de arbitr. d.num.41.num.3.*

Sed contrarium, nempe quod hoc incidens noo ſit compromittendum, tenet *Bart.in l.ſi quis in conſcribendo prima lectura num.5.verbo quod eſt utile ſcire C.de pactis.* Quod dicta opinio *Bart.* negativa procedit, quando dictus articulus conſiſtit in mero puncto juris, ſecus in facto, juxta *dec. Capyc.7.num.1.*

23 Ultimo nota, quod compromiſſum factum ab Univerſitate, ut ſit validum, debent omnes de Univerſitate legitime congregati in communi expreſſe conſentire, nec ſufficit major pars, *Panormit. in c.cum omnes de conſtitut. Borrell.de compromiſſ. §.1.gloſ.3. num.382.*

24 Denegatur compromiſſum petitum a conjuncto, quando aſſiſtentia petitur ſuper bonis poſſeſſis per conjunctum, & petitur, ut alter, qui non eſt conjunctus, condemnetur, uti hæres debitoris: ea ratione ne continentia cauſſæ dividatur, dum Actor divideret judicium apud diverſos Judices, cum utrumque caput unico contextu ſit decidendum, *Staib.reſol.63.num.1.*

25 Compromiſſum uti exceptio dilatoria ante terminidationem petendum eſt. Poſtea vero denegandum, *Pragm.1.de arbitr. Afflict.decif.185.Capyc.dec.48.n.4. Viv.decif.121.num.80.Maron.decif.73.num.12.*

Verum ſi immediate poſt terminum, & in continenti petatur, non eſt denegandum, dummodo non ſit ad citationem teſtium, & præſentationem articulorum proceſſum, ut ex *Capyc. & Borrell.* docet *Gallup.part.1.cap.3.num.10.*

Sed quid, ſi per ambos litigantium Procuratores eſſet termino renunciatum, an poſt dictam renunciationem peti poſſit, & concedendum ſit compromiſſum, reſolvit affirmative *de Marin. lib.1. reſol.66.num. 7.* & rationem aſſignat, quia Procurator abſque ſpeciali mandato juriſdictionem Judicis prorogare non poteſt, quando autem Procurator eſt contentus, ut Judex expediat cauſam ſine termino, prorogat, extenditque illius juriſdictionem, quia aliàs Judex non poſſet, maxime in Regno, cauſſam expedire ſine termino, per *Rit. M.C.V.69.* niſi eſſet ſimplex juris articulus, vel Procurator haberet ſpeciale mandatum; ergo renunciatione prædicta non obſtante eſt locus compromiſſo, quia cenſetur eſſe ante terminum petitum, quando Procurator non habet ſpeciale mandatum; ut ſupra.

Et ſi compromiſſum peteretur poſt præſentationem articulorum, & poſt citationem teſtium, & a Judice concederetur, vigore Regiæ Pragmaticæ erit nullitas, cum eſſet conceſſum contra formam Pragmaticæ, tenet *Muſcatell.gloſ.grad p.2.num.12.* quem ſequitur *D.Conſ.Altimar.rub.9.qu.16.num.34.* ubi dicti Auctores dicunt, quod eſſet nullum, & allegant ita eſſe deciſum in S.C.penes *Affl.dec.185.*

Sed pace tantorum virorum *d.decif.Afflict.* non dicit, quod laudum erit nullum, ſi concederetur poſt terminum, ſed quod non poteſt peti poſt datum terminum, quod nos negamus.

Sed quid ſi licet non poſſet peti, fuiſſet conceſſum, laudum deinde factum, eſſet ne nullum? hoc non fuit deciſum, nec dubitatum. Propterea dicerem, quod non eſſet nullitas; dum partes acquieverunt in compromiſſo uſque ad laudum, quia decretum Judicis eſſet tranſlatum in rem judicatam, & quia pars, quæ poterat contradicere infra fatalia, non contradicendo, acceptavit compromiſſum. Nam ſi Judex admitteret poſt terminum, & ubicumque non eſſet compromittendum, meo rudi judicio non eſſet nullitas, ſed eſſet gravamen, de quo daretur aditus appellandi, & ſi gravatus non appellat, & conſentit uſque ad laudum, tenet, & non poterit amplius ei ſuccurri, nec per appellationem, nec per nullitatem, quia tempora non largiuntur.

26 Compromiſſum neque admittitur ad inſtantiam cootumacis poſt accuſatam primam contumaciam, etiam purgata contumacia, *Motill.de grad.cit.nu.31. ex Afflict.decif.185. & ibi addent.* quia contumacia etiam purgata, contumax non poteſt declinare, nec recuſare Judicem, nec compromittere.

27 Compromiſſum inter conjunctos ſi bis fuit factum, & expiravit, non debet Judex tertio compellere partes ad compromittendum, vigore *Pragmaticæ primæ odia litium ſub titulo de arbitr.* Ita teſtatur deciſum *Afflict.decif.46.Ann. ſingul.109. & Rovit.in d.Pragm. num.9.*

Contrariam ſententiam, ut ſemper peti poſſit ante tamen termini dationem, donec lis finiatur per arbitros, tenent Doctores citati per *Borrell.in dicta Pragmatica 1. §.2. gloſ.3. a num.9.de arbitr.* & citati per *Gallup.par 1.cap.3.num.23. Reg.Latr.tom.3.dec.182. num.43.* refutata *decif.Affl.*& ſequacium.

At hæc ſecunda reiicitur a *Regen.de Marin.lib.1.reſol.65. nu.3.* ubi amplectitur ſententiam *Afflict.* & ſequacium, cum reſtrictione, quod ſi ſemel expiravit compromiſſum ex Arbitrorum defectu, iterum partes compellantur ad compromittendum, & ſic compromittatur.

Quando autem ſemel expiravit ex dilatione calumnioſa rei, tunc eo ſemel expirato, non eſt cogendus actor ad iterum compromittendum ad dilationes evitandas, & rei calumnias reſecandas, ita *de Marin. ubi ſup.* ſed *Motillus* examinat late hanc quæſtionem *in grad.citat.in ſua appendice num.149.* ubi relatis hinc inde, & diſcuſſis omnibus concludit, quod poſſit iterum, & non ultra compromitti, vigore *dicta Prag. de arbitr.* & ita obſervantia in Regno inolevit, & allegat addentes ad *Afflict. decif. 46.* & hoc quodes ex qualitate negotii intra terminum dictæ Pragmaticæ cauſſa terminari non potuit.

Quod ſecus erit, ſi ob incuriam arbitrorum fuiſſet compromiſſum expiratum, *de Marin. reſol.65.tom.1. ubi Rodoer.num.8. & 9.*

Sed ego dico, quod omne erit in arbitrio Judicis diſcernere, an ob malitiam, & cauſam actoris, vel rei, vel arbitrorum provenit impedimentum, vel ex qualitate negotii, & Deum pro oculis habendo Judex ſe uniformando cum mente legislatoris, cujus finis fuit dictam Pragmaticam promulgare, ita ſe regulabit ex epicheja, ut legislator interrogaretur, qualiter reſponderet.

28 Ita quoque quando a partibus tributa eſt poteſtas prorogandi, illa poteſtas non intelligitur ultra unam vicem, *Papienſis in forma libelli, qua peti poſſit ex compromiſſo, verbo infra duos menſes Motill.in grad. citat.in ſua append.nu.251.* concludit, quod ubi voluntarie compromiſſum fecerint de jure, & de facto

per

per amicum communem, quod duret per menſem cum poteſtate, quod poſſint prorogare toties, quoties voluerint, tunc dicta poteſtas reſtringitur ad duas vices tantum, & non ultra, & allegat *Bartol. de Capua ſuper d.Pragm.Specul. in tit.de arbitr.§.extinguitur verſ.ſed quid fuerit factum*, & alios ibi.

Prorogatio facta poſt tempus compromiſſi expiratum, nullius eſt effectus, & laudum eſſet nullum ex defectu poteſtatis, *de Franch.deciſ.354.de Luca ibidem Bald.conſ.3 ** *Borrel.§.3.gloſ.4. n.29*.

Et compromiſſi prorogatio, quæ fit ante expirationem, nulla eſt, ubi citatio non præceſſit in prorogatione facienda, *Ricc.part.4.deciſ.289.nu.10.ex Bald. in Leos, §.Apoſtolus c.de appellation. Dec.conſ.39. & conſ.632.num.14.Boer.deciſ.Burdegal.283.* & ita deciſum refert in S.C.*Capyc. deciſ.93. num.5*. Alias laudum non valeret, *de Luc.ad Franch.dec.354.* ubi reiicit *Coſtam*, qui contrarium dixit. Et non valeret, etiam, quod renunciaſſent intimationi de prorogatione facienda, *Dec. ubi ſupra.*

Sed ſi partes poſt lapſum tempus compromiſſi comparuerint, videtur tacite facta prorogatio, utraque tamen parte comparente, *de Luc. ad Franch.deciſ.354.in fin.ex Soccin.deciſ.438.num.9. Carocc.diſcept.25.num.52.*

Et ſi utraque pars penes acta compromiſſi inſtaret, ut non obſtante lapſu temporis procedant, prorogatum intelligitur compromiſſum cum repetitione omnium poteſtatum, & clauſularum appoſitarum in inſtrumento compromiſſi expirati, tamen non intelligitur repetitum juramentum, nec guarantigia, nec pœna, niſi ea particulariter repeterentur.

Tunc enim proprie prorogatio non eſt, ſed novum compromiſſum, ideo omnia ſunt de novo paciſcenda, & clauſulæ relativæ ad primum compromiſſum non operantur ſic generaliter, circa ea, quæ certam ſollemnitatem requirunt, ut juramentum, pœna, & ſimiles, *Urſil. ad Afflict. deciſ.148. num.3. Calcan.conſ.80.num.15. Petr. rit.166. num.76.tom.2. Anchar. jun.quæſt.2.num.6.lib.1.*

29 Compromiſſi tempus, ſive inſtantia nunquam regulariter incipit currere, niſi a die, qua illud per Arbitros fuerit acceptatum, niſi in compromiſſo fuerit appoſitum illud currere ab eo die, vel a tali die, quia tunc currit a dicto die præfixo, *de Franch. dec. 354. num.3.& dec.626.nu.2.Rovit.pragm.de arbitr. num.52.Motil.de grad.citat.nu.*101.ubi declarat *dec. Giz. ad Capyc.Latr.46. & de Luc.ad Franch. d.deciſ.354.* tenet quoque contra *Gizzium* dicentem currere terminum a die acceptationis arbitrorum. Nam tempus currit de momento ad momentum a die præfixo in compromiſſo, quia arbitri non habent aliam poteſtatem, niſi eam, quam partes tribuunt, & per illud ſpatium temporis per partes præfixum decurrendum a die per partes præfixo; at tunc currit a die acceptationis, quando non fuit dictum currere a tali die.

Compromiſſi tempus currit de momento ad momentum, ita *Hodiern.controv. for.48. num.4. Surd. dec.183.num.1.& 203.num.6.*

30 Sed ſi petatur dilatio per unum ex compromittentibus extra Regnum, quæ eſt duorum menſium pro examinandis teſtibus, juxta *Conſt. Regn. Edictorum*, ſive ultra marinam, ſecundum *pragm.*de qua nos diximus *in tit.de nominatione teſt.*Tunc non currit terminus compromiſſi datus a *Reg.Pragm.de Arbitr.* ſed poſt lapſam dilationem de cauſa recognoſcetur, ita *Troyſ.in d.pragm. de arbitr. per Dynum, Cynum, & Bald.in l.cum ipſi ff.de excuſat.Tutor. Afflict.in ſimili in deciſ.124.*

C A P. XLI.

Qui poſſunt, & qui coguntur eſſe Arbitri.

S U M M A R I U M.

*ARbitri vigore Pragm.debent eſſe duo,& coguntur ad acceptandum onus, ſecus in compromiſſo voluntario,ubi poſſunt eſſe multi,*num.1.

*Judex ordinarius Tribunalis Regii prohibetur eſſe Arbiter, nec Arbitrator tam de jure communi, quam de jure Regni, & quando eligitur mediante aſſenſu Regio, nihil poteſt accipere pro trigeſima,*num.2.

*Officialis Baronalis poteſt eſſe Arbitrator, ideſt Amicabilis Compoſitor,*num.3.

*Judices delegati poſſunt eſſe Arbitri,*num.4.

*Monaci, & Clerici Regulares prohibentur eſſe Arbitri, vel Arbitratores, ſed poſſunt eſſe, cum licentia Superioris,*num.5.

*Arbitri ſi diſſentiunt,quid faciendum?*num.6.

*Arbitri an poſſunt allegari ſuſpecti, ſicut Judices?*nu.7.

*Laici non poſſunt eſſe Arbitri in cauſſis Eccleſiaſticis, ſecus in bonis temporalibus Eccleſiarum,*num.8.

*Arbiter non poteſt eſſe minor, neque Mulier,*num.9.

1 ARbitri dum debent eſſe duo conjuncti, vel communes amici, an poſſint cogi ad recipiendum hoc onus?

Reſpondetur affirmative per *Rovit. in d.Pragm.nu.28.& Felin. in c.paſtoralis col.2. verſ.Compromiſſum de reſcriptis Gallup.part.1.cap.3.num.24.*

Limitatur, quoties quis aliquod damnum ex dicta acceptatione pateretur, nam tunc poterit petere de indemnitate prius ſibi cavere, *Bart. in l. apud Julianum ff.ad Trebel.in deciſ.47. num.9.* penes *Gallup. d. part.1.cap.3.num.25.*

Arbitri ex diſpoſitione dictæ Pragmaticæ debent eſſe duo, ut diximus, nam de jure communi poſſunt eſſe multi, unde illi, qui fiunt non ex neceſſitate dicti ſtatuti, ſed voluntarie inter extraneos, poſſunt ultra duos eſſe, *l. item ſi unus 17. §. item ſi plures ff.de recept.arbitr.*& ex tribus præſentibus ſtatuitur ſententia duorum; non vero uno abſente, quia forte poterat eos trahere in ſuam ſententiam, *dicta lex item §. principaliter*, ſi autem abſens citatus nolit comparere, præſentes ſententiam ferunt, *c.2. de arbitr.in 6.*penes *Verd. ad Gallup.par.1.cap.3.n.50.*

2 Arbiter num poſſit eſſe Judex ordinarius? de jure prohibetur, *DD. in lege Iudex ſi §. ſi quis ff.de arbitris, Manſuer. in pract. c.4. tit.de arbitr. num.8.* penes *Gallup. p.1. cap.3. num.25.* & in Regno habemus *Pragm. 7. de offic.Jud. §.3.* per quam ſtatuitur quod Officialis Regius Supremorum Tribunalium non poſſit eſſe arbiter, neque amicabilis compoſitor, & quando aliquis eſſet, mediante diſpenſatione Regia, tunc nihil accipiat pro trigeſima, nec quovis quæſito colore.

3 Unde a contrario ſenſu dictæ Regiæ Pragmaticæ infero, quod Officiales Baronis poſſint eſſe arbitratores, nam dicta Pragmatica loquitur de Regiis Officialibus Supremorum Tribunalium, & circa Officiales inferiores Baronum, imo etiam Officiales inferiores Regiarum Curiarum remanent in diſpoſitione juris communis, ſed licet de jure communi non poſſit Judex ordinarius eſſe arbiter, per *text. in l. ſed, & l.ubi gloſ. ff.de arbitr. Gram. dec.9. num.1.Rovit. pragm.1.de arbitr. num.30.* poſſunt tamen Officiales eſſe arbitratores, ſcilicet amicabiles compoſitores, de voluntate tamen communi partium, & per hunc modum poſſunt partes facere cauſam ſummariam, ut teſtatur *Marant.p.4.diſt.9.num.213.*ex doctrina *Lucæ de Penna in l. de ſubmerſis pen. col. in fin. & Arnon.problem.57.Anna ſingul.114.Carrab. ſingul.74.* & ſi iniqua judicaverit, in ſyndicatu tenetur, *Arnon.*

pro-

Digitized by Google

problem.56. Pariſ.de ſyndicat. in verb. ſis ſua cap.3. num.1.Carrab.ubi ſupra.

4 Judices Delegati poſſunt eſſe arbitri, *c.dilecti 8.de arbitr.Verd.ad Gallup.p.1.cap.3.nu.5a.*

Hodie ſervatur, ut Reg. Conſ. poſsint eligi arbitri, prævia diſpenſatione R.Coll.eum clauſula, *dummodo non recipiant trigeſimam*, teſte *Ann.d.ſing.114. Gallup.p.2.cap.3.num.26. Maradei ſuper d.Pragm.7. de offic.Iudic.ſing.272.fol.247.*

5 Arbitri, imo nec arbitratores eſſe poſſunt Monaci, & Clerici Regulares, *Rovit.in rub.de arbitr.Gallup.in part.1.cap.3.num.25.*

Sed cum licentia Superioris poſſunt eſſe amicabiles compoſitores, quia pacificare eſt actus pietatis, *c.præſentium c.Monaci el 2. qu.1. Abb. in c.Quintavallis de jure jur.*

6 Arbitri ſi diſſentiant in votando eligant tertium, ut dictum eſt ſupra. At ſi iſte tertius diſſentiat in votando ab utroque, tunc ejus opinio prævalet, & eſt attendenda, & cum eo votare debent alii duo, *Angel.in conſ.152.Soccin.Sen.conſ.54.col.1.vol.1.Gab. in com.concluſ.lib.2.tit.de arbitr.concl.1.num.2.*penes *Gallup.p.1.cap.3.num.29.*

7 Arbitri an poſſint allegari ſuſpecti, ſicut Judices? Affirmat *Gallup.par.1.cap.3.num.3. per text.in l.non diſtinguemus §.dum quidam ff. de arbitr. & ex Bar. obſ.16.num.29.vol.3.Maſtril. deciſ.91. num.7.* qui ſic deciſum teſtatur.

Tertius vero electus adhuc poteſt recuſari ſuſpectus, ſecundum *Borrel.in ſum.dec. ſub num.389.*

Sed contrarium tenet *Ann.alleg.22.*

At ego teneo, quod nec tertius, nec arbitri poſſint recuſari ſuſpecti, poſtquam eorum electio venit approbata a partibus, dum illa fit, ut ſupra diximus, partibus vocatis ad dandam liſtam ſuſpectorum.

Ideo dicta opinio, quod poſsit recuſari, intelligenda erit habere locum dumtaxat, quando ſuſpicio ſupervenerit, juxta tradita per nos ſupra.

8 Arbitri in bonis temporalibus Eccleſiaſticorum poſſunt eſſe perſonæ laicæ, *c.dilecti c. contingit de arbitr.Filiuc.tract.c.396.qu.2.num.106.*

Sed in aliis cauſis Eccleſiaſticis non poſſunt laici eſſe arbitri, *c.per tuas de arbitr. Verde ad Gallup. p.1.cap.2.nu.51.*

9 Arbiter non poteſt eſſe minor, *l.non lege ff. de recept.Arbitr.l.cum vigeſimum ff.de minor. & omerib. Verde ubi ſupra.*

Arbiter non poteſt eſſe mulier, niſi primariam habeat juriſdictionem, *d. l. cum lege, & c. mulierem 33.qu.5.l.2. ff.de reg. jur. c. dilecti 8. de arbitr. Verde ubi ſupra.*

C A P. XLII.

De Salario Arbitrorum.

S U M M A R I U M.

ARbitris, & Arbitratoribus debetur ſalarium, ſeu ſportulæ, quæ ſunt quinta pars trigeſimæ, dividenda inter eos, qui concordes in ſententiando fuerint; ſecus in compromiſſo voluntario, quia tunc habent trigeſimam integram, num.1.

Trigeſima quomodo eſt taxanda, & dividitur inter omnes collegas, num.2.

Sportulæ per ambas partes ſubminiſtrantur, ſed a victo victori reſtituuntur, ſi fuerit condemnatus, num.3.

Pauper non ſolvit ſportulas, & ideo ſi victor erit pauper, nec victus ſolvere cogitur, num.4.

1 ARbitris judicialiter electis ex forma ſtatuti debentur ſalarium, ſeu ſportulæ, ut dixit *Bald. conſ. 38. Ieſon.in §.triplici inſtit.de action. num.48. & 49.* ubi ampliat etiam de arbitratore, *Tuſc.concl.13.verb. ſalarium, & ſportulæ, & concl.* 14. quem ſequitur *Epiſc.Ricc.dec.393.par.4.num.3.*

Et ratio aſsignatur, quia omnibus Judicibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, quibus ex publico ſalarium taxatum non reperitur, debentur ſportulæ, ad *text. in c.cum ab omne,* arguendo a contrario ſenſu *de vita, & honeſt.Clericor.*

Arbitrorum ſportulæ, quantæ debeant eſſe, colligitur ex *Pragm.7.* quæ olim erat nona *de offic. Iudic.* & ex *Pragm.6. de Trigeſimis*, in quibus Pragmaticis clare habetur, quod arbitri habent trigeſimam, pro eorum arbitratu, & ſententiis, *Vincentius Vita in ſuo repertorio juris, verb.arbitris. fol.mihi 19. col.2.*

Quæ trigeſima antiquitus exigebatur pro ſalariis Officialium, ut *in Conſt. cum juſta, & ſequ.* & de jure cognitum eſt, ut *toto tit.de ſportulis, & ſumpt. lib.6.§.triplici inſtit.de action.*

Sed *in Pragm.prima de arbitr.* quæ incipit *odia litium*, ſtatuitur pro ſalario ſolum quinta pars trigeſimæ, quæ Judicibus olim ſolvebatur, dividenda inter eos, qui concordes in ſententiando fuerint.

Quæ tamen in Pragmatica non extenditur in ſalario debito in compromiſſo voluntario, quod fit inter extraneos, nam dicta Pragmatica loquitur in compromiſſo neceſſario inter conjunctos tantum.

Itaque ſalarium debetur in compromiſſo voluntario, juxta diſpoſitionem juris communis, ut ſupra.

Argumentum eſt clarum, dum in *Pragm.2.* circa appellationem faciendam a laudo, legiſlator in fine voluit, ut dicta 2. *Pragmatica* haberet locum etiam in compromiſſo voluntario. Ubi itaque legiſlator voluit, expreſsit, ubi noluit, non expreſsit, & ſi voluiſſet, ut Pragmatica prima haberet locum etiam in compromiſſo voluntario, circa quintam trigeſimæ, expreſsiſſet, prout expreſsit in ſecunda Pragmatica, ſed dum in prima non expreſsit, remanſit ſalarium Arbitrorum in compromiſſo voluntario pro trigeſima integra, juxta diſpoſitionem juris, quod non reperitur circa hoc correctum reſpectu compromiſſi voluntarii.

Arbitri itaque neceſſarii habent quintam partem trigeſimæ, juxta dictam Pragmaticam primam, ſed Arbitri voluntarii habent trigeſimam integram, ut ſupra; & ita de juris rigore ſervandum eſt. Tamen didici a Spettab. Reg. Dom. D. Carolo Cito, & Reg. Conſ.Dom.D.Franciſco Antonio Prota, & a Dom.D. Gaetano Ageta, nunquam fuiſſe ſervatam dictam Regiam Pragmaticam reſpectu Taſſæ quintæ partis trigeſimæ, ſed etiam in compromiſſo neceſſario fuiſſe receptam praxim taxandi integram trigeſimam.

2 Et quod trigeſima taxanda eſt juxta æſtimationem quantitatis, ſuper qua eſt conteſtata lis ſecundum valorem rei petitæ, ſive controverſæ; non autem juxta æſtimationem, quæ eſt in ſententia, vel quæ in effectu debetur, & ita ſervatur in Regno, teſtatur *Epiſcop. Ricc. in deciſ.393. num. 5. par. 4.* & dixit *Bartol.in l.cum quemad. §.fin.Neviz.conſ.15. Natta conſ.154.Surd.conſ.76. nu.10.vol.1. Tuſch. ubi ſupra concl.14.*

Adeo ſportulæ debentur ad ratam rerum petitarum, quod ſi petatur res, ratione ſolius poſſeſſionis, tunc habetur reſpectu valoris poſſeſſionis tantum, & non proprietatis, ad tradita per *Oſaſc. dec.Pedem.4. ita Surd.d.conſ.76.num.1.& Ricc.ubi ſupr.*

Et Trigeſima prædicta dividitur inter omnes collegas, ut dixit *Coſta de remed. ſubſid. remed.78.num.5.* at dicit *d.pragm. odia litium* eſſa dividendam inter eos, qui fuerint concordes.

3 Sportulæ per ambas partes litigantes ſubminiſtrantur, & inde reſtituuntur a victo victori, ſi ad expenſas fuerit condemnatus, ſecundum *Gloſ. in d. §.triplici inſtit.de action.Ricc. ubi ſupra dec.393.n.7.* ſed a contrario ſenſu *d. gloſ.* ubi victus non fuerit

con-

condemnatus ad expenſas , quilibet, ſolvit ſuam quantitatem.

4 Quod limita in paupere , quia gratis fiunt acta pro paupere , & ſi pauper erit victor , ne ad imparia judicetur , non poterit ab adverſario ſuo expenſas exigere , ad *tex.*expreſſum , & ibi *Bart. in l.fin.ad finem C.de fruct.& lit.expenſ.*& idem *Bart.in l.en facrit C.de proxim. ſacr. ſcrinior.lib.12.*

C A P. XLIII.

De Poteſtate Arbitrorum .

S U M M A R I U M.

Arbitri neceſſarii vigore pragmat.æquiparantur Iudicibus ordinariis , ſed voluntarii ſunt delegati, rejectis contrariis, num.1.

Neceſſarii poſſunt compellere teſtes , & punire, ſecus voluntarii, num.2.

Arbitri quid differant ab Arbitratoribus? num.3.

Poteſtas Arbitri , & Arbitratoris a voluntate compromittentium regulatur , & excedentes poteſtatem a partibus tributam nulliter agunt, num.4.

*Compromiſſum factum ſine expreſſione poteſtatis, vigore pragm. intelligitur factum , in qua ſtatuitur, ut procedatur de jure , & de facto , & ſententia feratur de jure tantum,*num.5.

*Laudum partibus præſentibus conſentientibus latum, valet cum tali poteſtate factum, licet non appareat de tali poteſtate,*num.6.

Laudum eſt invalidum, ſi ultra poteſtatem ſit, ſed partes poſſunt convenire , ut valeat tanquam pactum , cum limitatione,& declaratione, num.7.

*Electus,ut Arbiter, & Arbitrator, utens uno modo, non poteſt variare, & in dubio videtur judicare , ut Arbiter,*num.8.

Iudex ordinarius electus Arbiter,& Arbitrator præſumitur procedere ſecundum poteſtatem ordinariam, num.9.

*Arbitri non habent poteſtatem committendi audientiam teſtium,*num.10.

*Examen Arbitrorum fidem facit coram alio Iudice inter eaſdem perſonas tantum,*num.11.

Arbitratores citationem partis , an omittere poſſunt? num.12.

*Arbitri an jurare debeant?*num.13.

*Arbitri neceſſarii infra duos menſes debent proferre laudum , & ſi fuerint diſcordes debent eligere Tertium,*num.14.

Arbitri vigore Pragm.quomodo eliguntur, num.15.

*Tertius eligitur ab ipſiſmet Arbitris , & quomodo fiat electio;*num.16.

*Arbitri non poſſunt ipſi laudum exequi, nec poſſunt aliquas differentias determinare,& aliquas non: nec ſine monitione laudum proferre , ſecus in compromiſſo voluntario per Arbitratores,*num.17.

Arbitrator poteſt declarare ambiguitatem laudi , ſecus Arbiter juris, qui neque uti teſtis valet deponere poſt latum laudum, ſecus antequam fuerit latum, nu.18.

1 Arbitri, qui in Regno eliguntur inter conjunctos vigore *Reg. pragm. de arbitris*, Judicibus ordinariis æquiparantur, *Gratian.diſcept.for. 66. nu.15. Marant.in ſpecul.diſt.14.nu.3. Arnon. in problem.25.* incip.*quæ res*, & alii penes *Gallup.p.1.cap.3. nu.1.*ubi reficiuntur contrarii, aſſerentes æquiparari Judicibus delegatis ; ſed *Muſcat. in gloſ. actorem p. 3. in additis.*Addicit Arbitros vigore Reg.Pragmaticæ eſſe delegatos , per doctrinam *Bart. & Bald. in l.apertiſſimi, & in l.fin.C.de judic.Marant.part.4.diſtin.6.nu.22.* & idem *Muſcat.*latius *in gloſ.nominee d.p.3.num.21.*ubi rejicit *Arnon. ſing.7.* tenentem contra *Bart.*Sed mihi illa diſtinctio placet , quod Arbitri voluntarie electi a partibus nullo ſtatuto cogente ſint delegati,& non poſsint citare teſtes , ſed pro illis citandis recurritur ad Judicem, *Motill.de grad.citat.num.102.Specul.tit. de arbitr.§.differ.verſ.ita arbitri non poſſunt .*

2 Arbitri vero neceſſarii vigore ſtatuti electi æquiparantur ordinariis Judicibus , ideo poſſunt citari facere teſtes , & eos compellere , & punire , *Motill. de grad. citat. num.102.* intellige de præſentibus , ſecus de abſentibus,ut mox dicam.

Licet alii velint eſſe recurrendum ad Iudicem pro compellendis , & puniendis teſtibus , ut idem *Motill. ubi ſup.* ſed quidquid hoc ſit , certum eſt , quod facultas Arbitrorum notio eſt dicendi , non autem juriſdictio ; juriſdictio enim convenit habenti poteſtatem cognoſcendi de quavis cauſa, notio vero competit Arbitris,ut notat *gloſ.in l.ait Prætor ff.de re judic.* quam ſequitur , & aliegat *Motill.in appendic.de grad. cit.num.285.*

Sed nota , quod *d.gloſ.* loquitur de jure communi de Compromiſſariis , qui de voluntate partium eliguntur , quæ partes uti privatæ perſonæ, juriſdictionem tribuere non poſſunt , *l.Privatorum 7. C.de juriſd.omnium Iudicum , Oinotom. tib.4.de actionibus tit.6.§.omnium num.27.fol.mihi* 1279.Secus de jure ſtatuti , ſive *pragm. Regni* , quæ ſuſpendit poteſtatem Judicis ordinarii , & illa totaliter transfundit in Arbitros , qui poſſunt cogere , & punire teſtes præſentes , ſive degentes in loco judicii, ubi vicem ordinarii gerunt per *textum* clarum *in l. 2. ff. de juriſd. omnium Iudicum*, ubi DD.omnes concludunt, quod uno conceſſo cenſetur id omne conceſſum, per quod ad illud perveniri poſsit , & ſine quo illud impleri non poteſt.

Comprobatur exemplo Syndicatorum Officialium, qui poſſunt non ſolum citare , & cogere teſtes, ſed cogere, & citare Actuarium Curiæ , & Officialem ad exhibendos proceſſus pertinentes ad querelas Syndicatus . Imo ego firmiter teneo , quod citatio teſtium abſentium , etiam fieri debeat per Arbitros, implorato brachio Officialis loci , quia Officialis ordinarius ligatas habet manus pendente compromiſſo , & etiam extra locum ſuæ juriſdictionis eget brachio alterius Judicis.

3 Arbitri , & Arbitratores differunt a compromiſſariis ; nam compromiſſarii habent poteſtatem a voluntate partium inter ipſas partes tantum, ideſt ſimplicem notionem.

Arbitri vero , quia habent poteſtatem a lege, tanquam electi non tantum conſenſu partium, quantum a ſtatuto ita cogente , eandem acquirunt juriſdictionem quam Judex habet, *Oinot. ubi ſup. num.28. per text.in l.apertiſſimi.*

Arbitratores autem dicuntur , qui poteſtatem habent judicandi de jure , & de facto , *l.ſocietatem §. arbitrorum, ff.pro ſocio,*penes *Gallup.ubi ſup.* unde

Arbitri Judices appellantur , & Judicis partes ſuſcipiunt , ideo juris ordinem ſervare coguntur , & ſecundum illum judicant.

Arbitratores vero componunt , conciliant , & judiciarium ordinem ſervare non tenentur , & eorum ſententia ad arbitrium boni viri , vel ad audientiam ſuperioris remittitur, *Motil.de grad.cit.n.105.*

4 Arbitri , & Arbitratoris , & Compromiſſarii poteſtas regulatur a voluntate compromittentium , qui poſſunt eam poteſtatem , quam volunt, tribuere in compromiſſu , ex verbis dictæ Pragmaticæ , ibi : *niſi inter partes aliter concordatum fuerit.* Unde

Arbitri,Arbitratores, & Compromiſſarii excedentes poteſtatem ſibi a partibus tributam nulliter agunt, *l.non diſtinguemus.§.offic.ff.de arbit.cap.pervenit ad nos eod. tit. Afflict. dec. 217. nu. 14.Cacheran. deciſ.Pedem.39.num.5.*penes *Gallup.par.1.cap.3.n.5.*

5 Et ſi de poteſtate nil dictum ſit in compromiſſu , in-

intelligitur in noſtro Regno, ſervata forma dictæ Regiæ *Pragmatica prima de Arbitr.* per quam eſt ſtatutum, ut procedatur de jure, & de facto, verum ſententia proferatur de jure tantum, & de jure etiam conſuetudinario, *Duar.in reg.59. Mari in voto 46.num.8.Gallup.ubi ſup.*

6 Et ſi non appareat de poteſtate; ſed conſtet fuiſſe latum partibus præſentibus, & conſentientibus, præſumitur præceſſiſſe compromiſſum cum tali poteſtate factum, *Affl.decif.117.& ibi Urſil. Viv. dec.131.n.2. Franc.Marc.dec.440.nu.1.vol.2.*

7 Arbitri itaque, & Arbitratores proferentes laudum ultra poteſtatem eis tributam a partibus, laudum faciunt nullum, ut ſupra ampliatur, & dict. nullitas non ſanatur, quamvis ſubſequatur partium ratificatio. Niſi ubi partes conveniant, ut valeat tanquam pactum de novo initum; *Affl.dec.117. nu.6.Urſil.nu. 1.& 2.* & alii, penes *Gallup.p.1.cap.3.num.8.*

Limitatur hæc regula in laudo lato pro bono communi, ut pro pace concilianda inter litigantes inimicos; tunc enim erit licitum ultra poteſtatem decidere, *Corſet.in ſing.incipiente laud. ab arbitrio, ver. arbitr.in c.laudum ab arbitrio*; Nam bonum publicum eſt adeo privilegiatum, ut ſi fieret compromiſſum inter perſonas prohibitas contrahere, puta duas Univerſitates, ad evitanda ſcandala, rapinas, homicidia; tunc nec etiam decretum Judicis requiritur, & valet laudum ultra poteſtatem; & ſic in aliis ſimilibus caſibus, *Bilot. conſ. 90. poſt quæſtiones feudales* penes *Gallup.p.1.cap.3.*

8 Arbiter, & Arbitrator electus, ut ſolet dici in compromiſſo, v. g. *eligimus Titium in Arbitrum, & Arbitratorem T.* ille talis poterit pro ſuo libito uti poteſtate.

Verum utens uno modo non poterit variare, & in dubio videtur judicare, ut arbitrator, maxime quidem ſi in rubrica laudi dicatur: Nos talis arbiter, & arbitrator, *Maſcard.de probat.concl.326.n.5.vol.1. Viv. dec. 444. Viſcont. concl. juris in verbo arbit. & arbitrat.* penes *Gallup.p.1.cap.3.nu.9.*

9 Arbiter, & Arbitrator, ſi eſſet Judex ordinarius, in dubio præſumitur procedere ſecundum poteſtatem ordinariam, *Felin.in rubric.de offic.& poteſt.Judicis deleg.in princip.*

10 Arbitri non habent poteſtatem committendi audientiam teſtium. Ideo commiſſio pro examinandis teſtibus, fit per Judicem ordinarium loci, ubi eſt factum compromiſſum; & ſic ſervari in praxi teſtatur *Capyc. Latr. decif.33.num.15.* penes *Gallup. part.1. cap.3.nu.11. Motill.de grad.citat.num.102.* quæ praxis mihi videtur ſine ratione; & amplectenda in compromiſſo voluntario, non autem in compromiſſo neceſſario vigore Pragmaticæ, quæ ligat manus judicis ordinarii, & in locum Judicis ordinarii deſtinat arbitros, ut dixi *in num.2.*

11 Arbitrorum examen fidem facit coram alio Judice inter eaſdem perſonas tantum, *Capyc. dec.47. Motill. de grad.citat.num.102.*

12 Arbitratores an partis citationem omittere poſſint? Alii affirmant, alii negant, alii diſtinguunt, alii limitant, de qua re vide *Tiraquell. in tit. res inter alios acta verſ.limita fol.28.* vide *Urſil. dec.283.n.13. de Franch.& addentes dec.354. D.Altim.rub.9.q.38.*

13 *Arbitri ante omnia jurare debent ad cognitionem, & deciſionem ipſius cauſæ ſe proceſſuros, ipſam veritatem, & Deum præ oculis habentes*, verba ſunt *d.prag.1.de arbitr.* ſed ego nunquam vidi hoc ſervari.

14 Arbitrorum poteſtas durat per duos menſes, infra quos debent definire negotium, ſi fuerint concordes, at ubi eſſent diſcordes, tunc ultima die, vel prius debent eligere tertium non ſuſpectum, vocatis partibus, quæ in promptu ſuſpectos nominare debent. Qui tertius infra unum menſem una cum dictis arbitris, vel altero ex eis per ſuum laudum cauſſam expediat, ut ex *d.pragm.1. de arbitr.*

Sed dictus tertius eligi non poteſt, niſi prius de diſcordia duorum conſtet, *Alex.conſ.123.lib.2.verſ. 3.ratione. Decius conſ 475.num.4. Cavalc.* & alii congeſti per *Vant.de nullit. ex defect. juriſdict. num.186. Motill.de grad.citat.num.150.*

15 Arbitri eligendi vigore dictæ Pragmaticæ debent eſſe duo conjuncti, vel communes amici, ſed quomodo electio prædicta fiat, Pragmatica hoc non dicit, ſed ut *Gallup.* teſtatur *in part. 1. cap.3. num.27.* quod unus eligitur, & nominatur pro una parte, & alter pro altera, & quod ſic ſit intellecta, & practicata diſpoſitio dictæ Pragmaticæ, forſan quia verba ipſius Pragmaticæ diriguntur ipſis met litigantibus, ut per ipſos debeat compromitti in duos conjunctos.

Hic infertur, quod facto decreto ut cauſſa compromittatur, Judex provideat, ut partes concordent in eligendo duos ſibi conjunctos, vel amicos ſibi communes, ipſoſque nominent, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ infra biduum, vel in eodem termino nominent ſibi ſuſpectos, ut termino elapſo ipſis non concordantibus, valeat Judex de non ſuſpectis eligere. Quæ forma eligendi colligitur ex verbis dictæ Pragmaticæ, ibi, *ordinamus inter conjunctos, &c. ad petitionem cujuslibet ex prædictis conjunctis compromiſſum fieri debere in duos conjunctos, vel communes amicos*, ergo debent communi conſenſu concordare in eligendo duos, nec poteſt una pars eligere, diſcordante altera; ſed in caſu diſcordiæ Judex eligit modo, ut ſupra dictum eſt.

16 Arbitri ſi ſint diſcordantes in ferendo laudo, eligitur tertius ut ſupra diximus, qui tertius eligitur ab ipſiſmet duobus arbitris, prævia liſta ſuſpectorum danda a partibus in promptu, ut ſuperius diximus. Verum ſi iſti duo diſcordarent in electione tertii, Judex ordinarius illos cogere poterit, ut tertium eligant; *Petr.Gregor.Sint.lib.47.cap.39.num.17.Franc. Marc.dec.463.num.2.vol.2.* penes *Gallup. p.1.cap.3. num.28.* Et ſi neglexerint exequi ordinem Judicis, ipſe eligere poterit. *Gallup.ubi ſup. arg. l.Item ſi unus §. fin. ff.de arbit. Rebuf ad Gall. conſt.de arb.1. gl.2.n.48.*

Et ſi una pars non nominaverit in promptu ſuſpectos, tunc in ejus contumaciam dictus tertius eligitur per illum Arbitrum electum per partem, quæ nominaverit ſuos ſuſpectos; verba ſunt ejuſdem Pragmaticæ, vz. ibi: *Si autem fuerint diſcordes, debeant eligere tertium non ſuſpectum, vocatis partibus, quæ in promptu ſuſpectos nominare debeant, quod ſi partes, vel altera ex eis nominare dictos ſuſpectos in promptu ceſſaverit, arbiter electus per partem, quæ nominaverit, in contumaciam alterius partis non nominantis tertium eligat.*

17 Arbitri non poſſunt laudum exequi, quia carent juriſdictione, *Specul. in tit.de arbitr. lib.1. §.differt autem num.3. Lagan.ad Rovit.ad num.49. Pragm.1.de arbitr.num.2.*

Nec poſſunt in laudo reſervare expenſarum taxationem, nec aliud, & poſt terminum facere taxam, vel liquidationem, aut aliud, *Lagan.ubi ſup.ex Alex. conſ.18.n.1 & Specul.ubi ſup.in §.excipitur.*

Nec poſſunt aliquas differentias terminare, & aliquas non, quia eſt individuum, & eſſet nullum, *de Franch. dec.354. & 173.* licet *de Luca* ibi afferat aliquas diſtinctiones ex *Pract.Papien.*ut ibi.

Arbitri juris vigore ſtatuti electi non poſſunt laudum proferre, niſi præcedat citatio ad audiendum laudum, alias eſſet nullum, per *text. in l. diem proferre §.ſi quis litigatorum ff.de arbit.Roman.conſ.72. n.4.* & alii apud *de Marin.lib.1.reſol.45.n.3.*

Secus in compromiſſo voluntario per Arbitratores, maxime quibus data eſt poteſtas procedendi de jure, & de facto, quia ii poſſunt abſque dicta mo-

ni-

nitione laudum proferre validè, *Motil. de grad. monit. ad ſeatent. fol. mihi 51. n. 5. de Marin. d. lib. 1. reſ. 45. n. 4. & ſeq.* quibus adde *Riac. dec. 289. p. 4. n. 4.*

Et ratio diverſitatis, quia Arbitrator non ſervat ordinem judiciarium, per *tex. in l. cum patet §. hæreditatem, & l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* ubi Arbitrator deportatus erat, & voluit laudum proferre, & tamen ibi non potuit partes citare, vel illarum habere præſentiam.

18 Arbiter poteſt declarare verbum ambiguum in laudo contentum, & ſuum laudum interpretari parte tamen citata, ſicut Princeps etiam interpretatur ſuum Privilegium, *Urſil. ad Afflict. decif. 115. num. 3.* per doctrinam *Decii in conſ. 43.* incip. *& pra tenui facultate* circa finem, quod ſequitur, & approbat *Muſcat. part. 7. gloſ. condemnando in ſua addit. lit. D.* & vide *decif. de Franch. 398. n. 4.* ubi tractat, quando Judex poteſt ſuam ſententiam ex intervallo revocare, ſeu reformare poſt jus parti quæſitum.

Ubi *de Luca num. 3.* diſtinguit, quod Arbitri juris poſt laudum latum functi ſunt officio ſuo, & illud amplius declarare non poſſunt, *c. cum olim de Teſtib. Borrell. de comprom. 5. gloſ. 4. n. 46.*

Arbitratores vero ſive amicabiles compoſitores poſſunt laudum declarare, & interpretare, *Cap. Quintu vallis de jure jurand. Altograd. conſ. 99. lib. 2. n. 27.*

Imo Arbitri poſt latum laudum, neque poſſunt teſtes adhiberi, quia præſumitur per teſtimonium defendere propriam ſententiam; ſed ante quam latum ſit laudum, ut quia priuſquam proferretur, exſpiravit compromiſſum, & cauſa devoluta eſt ad Judicem ordinarium, tunc poſſunt Arbitri adhiberi in teſtes, *de Marin. lib. 2. reſ. 9. n. 7. de Luc. ubi ſupra ad Franch. dec. 398.* & vide *Blanc. de comp. 8. principali.*

C A P. XLIV.

De Appellatione, & nullitatibus laudi.

S U M M A R I U M.

Appellatio a laudo admittitur in Regno quamquam de jure communi ſit prohibita, num. 1.

Appellatio non poteſt fieri niſi ad Judicem ſecundarum cauſſarum, cui ſubjacent compromittentes, rejectis contrariis, num. 2.

Appellans a laudo non incurrit ad pœnam compromiſſi, num. 3.

Juramentum appoſitum in compromiſſo non obſtat, quando adeſt enormiſſima læſio, num. 4.

Cautela non invenitur, ut compromittens appellari non poſſit, licet reperitur cautela, ut pœna appoſita ſolvatur, num. 5.

Laudum a partibus acceptatum nec per appellationem, nec per recurſum reſcindi poteſt, num. 6.

Appellatio ab arbitris neceſſariis, & voluntariis fit ad Judicem loci, ubi fertur laudum, & ubi unus arbiter eſt de una Civitate, & alter eſt de altera fit coram ſuperiore Rei, ubi reus eſſet conveniendus, rejectis contrarium dicentibus, num. 7.

Appellatio fit in foro Eccleſiaſtico, ſi unus Arbiter eſt Eccleſiaſticus, niſi aliter fuerit conventum inter partes, num. 8.

Appellans ab arbitris tam neceſſariis, quam voluntariis non auditur, niſi facta prius reali executione; verum appellatus cautionem dare debet de reſtituendo in caſu, &c. num. 9.

Nullitas impedit executionem laudi, quando concernit juſtitiam; niſi cum juramento etiam nullitatibus fuerit renunciatum, & abſolutio non fuerit obtenta, num. 10.

Appellatio a Judice confirmante, vel revocante laudum admittitur, num. 11.

Appellatio ab arbitris tranſit in rem judicatam ſi non ſit infra decem dies, num. 12.

Laudum ſi a Judice nullum declaratur, iterum compromitti debet, num. 13.

Sententia compromiſſi neceſſarii lata agi poteſt de evictione, num. 14.

Appellatio admittitur in laudo etiam quoad diverſa capita ſeparata, cum limitatione, & declaratione, n. 15.

Sententiam laudi publicatam abſente arbitro, fuit deciſum valere, num. 16.

Laudum latum ſine ſcriptis eſt nullum, ſicut ſi eſt in arbitramenta, & ſecus ubi talis facultas data eſſet, num. 17.

Acta facta coram arbitris non probant coram Judice ordinario, & teſtes iterum ſunt examinandi, niſi ſint inter eaſdem partes, num. 18.

Laudum proferri debet infra terminum compromiſſi, alias eſt nullum, num. 19.

Terminus currit a die ſtatuto a partibus, vel a die acceptationis, ſi non fuerit ſtatutum, num. 20.

Reductio laudi ad arbitrium boni viri quando peti poteſt? num. 21.

Juramentum de ſtando laudo intelligitur ſi juſte fuerit arbitratum, num. 22.

Pœna tunc exigitur, quando confirmatur laudum a Judice appellationis, num. 23.

Renunciatio appellationis in compromiſſa ſub certa pœna non habet locum, rejecta Affl. & aliis, num. 24.

Reductio ad arbitrium boni viri non eſt appellatio, n. 25.

Cautela conſtituendi Procuratorem ad acceptandum laudum, vel ſubſcribendi folium in albo pro acceptatione laudi, reprobatur, num. 26.

1 Appellatio a ſententia arbitri (quæ in jure dicitur laudum) non fit, & ſic non appellatur, ſed recurritur ad arbitrium boni viri (ideſt Judicis) *l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. c. Quintavallis, & cap. veniens de jure jur. l. ſi ſocietatem 1. §. arbitrorum ff. pro ſocio l. diem proferre §. ſtari de receptis arbitr. l. 1. C. eodem tit.*

Nam appellatio propriè de jure communi eſt prohibita, *l. 1. l. non diſtinguemus 37. §. cum quadam ff. de rec. arbit.* ibi: *ſi appellari non poſſit.*

Et quicquid ſit de jure communi, habemus in Regno *pragm. 2. de arbit.* quæ ſtatuit, partem gravatam poſſe adire Judicem loci, ubi laudum latum fuit, & ſic datur appellatio in Regno non ſolum ab arbitris electis ex neceſſitate *dictæ pragm. 1.* ſed ab arbitratoribus electis inter extraneos voluntarie, *Gallup. p. 1. cap. 3. num. 38.*

2 Ubi executo laudo juxta decretum Judicis loci, ubi laudum latum, gravamina illius Judicis debent recognoſci, vel per M.C.V. vel per S. C. Et ſic per *d. pragm. de arbit.* videtur eſſe datus ſpecialis Judex in cauſa appellationis, & nullitatis poſt decretum Judicis loci privative, ita ut non poſſit prætendi remitti ad Judicem ſecundarum cauſſarum, ut concludit *Novar. tom. 1. de gravam. vaſſal. gravam. 400.* quem poſtea ſequitur *D. Mar. ad. ſingul. 40.*

Sed pace ipſorum eſt ſummus error hoc dicere, quia læderetur Baro, & ſubditus appellans, qui non poteſt trahi extra Provinciam, & *d. pragm. 2.* & eæ ſimiles ſunt correctæ, ſive limitatæ in fine per *pragm. 7. de offic. S.R.C.* & per *pragm. 1. ubi de delicta*; & vide *num. 7.* hic.

3 Appellatio ab arbitri ſententia, caſu quo fit, non incurritur in pœnam compromiſſi; *Puteus dec. 384. lib. 2. in novis*, quem ſequitur *Peregr. in prax. civil. par. 3. præmiſ. 3. fol. 72. n. 13. D. Altim. rub. 5. de nullit. qu. 32. & 72. de Marin. & ibi de Luca lib. 2. reſol. 18.*

4 Amplia, ut non obſtante juramento in compromiſſo appoſito, ubi eſſet enormiſſima læſio poterit appellari, *Vital. clauſ. 32. pag. 413. Paſchal. de virib. patr. pot. cap. 10. part. 1. n. 38. Borrel. in ſumma decif. tit. de*

*juram.*90.*nu.*280.*Gallup.part.*1.*cap.*3. *nu.*38. & læſio in iſto caſu remittitur arbitrio Judicis, idem *Gallup. ubi ſup.ex Menoch.caſ.*73.*cent.*1.*lib.*2. & aliis ibi.

5 Ampliatur ſecundo, ut non inveniatur cautela, qua poſſit renunciari huic appellationi, ſeu reductioni ad arbitrium boni viri, ut *d.Gallup. ubi ſup.*concludit per *text.in l.non diſtinguemus §. cum quidam ff.de arbitr.*quando ſcilicet adeſt iniquitas magna; & in aliquibus caſibus licet appellatio non poterit prohiberi, tamen committitur pœna appoſita in compromiſſo, *Gallup.ubi ſup.*ſed vide *n.*9. hic inferius.

6 Advertere tamen eſt, quod dicta intelligenda ſunt, quando non fuit ſecuta acceptatio laudi. Poſt enim acceptationem valet ut pactum, & conventio, ut notat *D.Marad. in* 2.*tom. obſer.*7. poſt *Altim.ibi citat.*

7 Appellatio ab arbitris, tam neceſſariis, quam voluntariis non poteſt fieri ad alium ſuperiorem, niſi ad Judicem loci, ubi fuit latum laudum, ut ſtatuitur in *d.prag.*2.*de arbit.* non obſtante diſcordia inter *Afflict.dec.*51.*& Theſaur. dec.*24. quia hoc diſſidium hodie eſt ſublatum in noſtro Regno per *d. pragm.* & poſt *Muſcatel. in gloſ. ſententia n.*71. *&* 74. advertit etiam *Motil.de grad.cit.num.*103.

Sed difficultas erit, ſi compromittentes ſint Salernitani, & arbitri electi Cavenſes, & in Civitate Cavæ ferant laudum. Tunc juxta literam pragm. deberet procedere in executione Judex dictæ Civitatis Cavæ, ubi laudum fuit latum.

Sed hoc eſt abſurdum, dum mens pragm. eſt attendenda, quæ debet intelligi, ut procedat Judex Salerni, qui eſt Judex cauſæ, nam verba ſunt impropria ad Judicem loci, ubi laudum eſſet proferendum, & non ubi accidentaliter profertur, & *de Luca ad de Marin.reſol.*180.*n.*6.refellit *deciſ.Afflict.*51.& concludit reductionem laudi fieri coram ſuperiore Rei, ubi reus eſſet conveniendus ceſſante arbitramento, quia actor ſequi debet forum rei, & Judex Rei videtur delegaſſe cauſſam, ſeu a ſe cauſſam abdicaſſe. & commiſiſſe arbitris, & lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & ita eſt interpretanda pragm. quæ non lædat jus commune.

8 Verum ſi unus arbiter eſſet Clericus, alter laicus, ad ſuperiorem Clerici eſt appellandum, niſi partes expreſſe conveniant, quod Judex appellationis ſit laicus, & ſic paſſim fieri ſolet, *Gallup. d.part.*1. *cap.* 3. *num.*39.*ex Ancher.conſ.*309. *Arnald. ſing.*83. *Bald. Coſta*, & aliis.

9 Appellans ab arbitris tam neceſſariis, quam voluntariis non auditur, niſi prius facta reali executione, præſtita per appellatum cautione ad beneficium appellantis de reſtituendo in caſu retractationis, ut teſtatur *Rovit. in prag.*2.*de arbitris Capyc.dec.*53.*nu.* 4.*Gallup.part.*1.*cap.*3.*num.*41. *Staib.tom.*2.*cent.*2.*reſol.*167.*num.*43.etiam vigore *Reg. pragm.*1. *de arbitr.* maxime ſi adeſt pactum in inſtrumento compromiſſi de non contraveniendo, nec appellando, nec de nullitate dicendo, *Staib.*late *ubi ſupra.*

Laudi executio nullo modo poteſt ſuſpendi, quia non competit niſi reviſio, quæ non datur niſi facta ſolutione, ita judicatum refert *Maſtril. dec. Syc.* 90. *nu.*20.quem ſequitur *Staib.d.reſol.*172.*n.*40.

10 Sed licet per appellationem non impediatur executio laudi, tamen ſi fuerit dictum etiam de nullitate, tunc impeditur executio; Quia *d. prag.* loquitur de ſimplici appellatione, ſecus quando quis appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, *Menoch.de præſumpt.præſumpt.*48. *nu.*28. *Viv.dec.*220. penes *Gallup.d.part.*1.*cap.*3.*num.*42.

Quam concluſionem ampliant, etiam ubi eſſet pactum appoſitum in compromiſſo, *quod non obſtantibus nullitatibus exequatur*, ut non obſtante dicto pacto nullitas evidens opponi poſſit; dummodo dicta nullitas concernat juſtitiam, nam de nullitatibus circa ordinem tanta ratio non habetur, ut *Gallup. ibid.ex Minad.dec.*25.*Anna ſingul.*199. & alii ibi.

Nam regulariter ubi expreſſe cum juramento fuit renunciatum nullitatibus in inſtrumento, tunc laudum ante diſcuſſionem nullitatum omnino eſt exequendum cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis; intellige in compromiſſo neceſſario vigore Regiæ Pragmaticæ ex verbis *d.pragm.*2. *de arbitr. in fine*,ubi nec auditur ſe gravans.

Quæ pragm.fuit intellecta, etiam quod fuerit dictum de nullitate, quando expreſſe cum juramento ſuit nullitatibus renunciatum in inſtrumento compromiſſi, ut ſupra, ita *Rovit. in dicta pragm.*2.*num.* 14.ubi plures allegat, & deciſum refert *Anna ſingul.* 299. & non obſtantibus nullitatibus oppoſitis fuit executum laudum in S. R. C. refert *Camil.de la Ratha conſ.*60.*in fine*, quos ſequitur *Staib.tom.*2.*cent.*2.*reſol.*167.*num.*4.maxime ſi non fuerit obtenta abſolutio a juramento, quia uti perjurus non debet audiri, *Staib.ibidem Marin.lib.*2.*reſol.*219.

Et quod debet ſuſpendi executio laudi non obſtante, quod fuerit nullitatibus renunciatum, & non obſtante quavis clauſula, ſic in S.C.practicatum ſemper refert *Theod. allegat.*77.*num.*9.*Minad.dec.*19. *Gallup.par.*1 *cap.*3.*nu.*42. *Lavanar. ad Rovit. in prag.* 2. *lit.* B. *Tapia lib.* 5.*Juris Regni in pragm.* 2. *de arbitr. Marad.in* 2.*tom.obſerv.*7. *num.*47. & vide *Ant. Merend.lib.*21.*controv.*47.*num.*16.*& ſeq.Card.de Luca de judic.diſcurſ.*11.*num.*16.

11 Appellatio etiam fieri poteſt a ſententia Judicis ordinarii confirmantis, vel revocantis laudum, *Muſcat.gloſ. ſententiam n.*87.*Gallup.par.*1.*cap.*3.*n.*41.

12 Appellatio ab Arbitris ſi non fiat intra decem dies, laudum tranſit in rem judicatam, *Verd. ad Gallupp. par.*1.*cap.*3.*num.*55.*ex Marant.tit.de appellat. n.*255. *Parlador.Padil.*& aliis ibi.

13 Compromitti iterum debet, ubi laudum latum a Judice fuerit nullum declaratum, *Motil. de grad.cit. num.*104.*ex Rodoer.ad reſol.de Marin.*65.*nu.*8.Intellige in compromiſſo neceſſario vigore Prag.

14 Compromiſſi ſententia, an operetur, ut agi poſſit de evictione, & affirmative concluditur, quoties compromiſſum fuerit factum ex neceſſitate ſtatuti, ſecus vero ubi nullo cogente ſtatuto fuerit factum, *Motil.de grad.cit.n.*103.*ex dec.Bov.*21.*nu.*14.

15 Et licet regulariter appellatio facta ab uno capite ſententiæ devolvat illud caput tantum, a quo fuit appellatum, & non totam cauſam, ut dixi *in tit. de appellat.*

Fallit tamen dicta regula in laudo arbitrorum continente plura capita etiam ſeparata, & diverſa, ubi non poteſt unum acceptari, & ab alio appellari, & contradici, quia dependent a voluntate individua partium, juxta tradita per *de Franch.dec.*173.*n.*4.

Limitatur tamen *d.deciſ.de Franch.* ubi capita eſſent penitus ſeparata, & nullam haberet connexionem unum cum altero, *Gallup. part.*1. *cap.*3.*nu.*41. *Staib.reſolut.*7.*num.*28.*Cancer.var.reſol.cap.*17.*num.* 70.*Giurba dec.*30.*num.*15.

Et dicta *deciſio de Franch.* 173. quomodo intelligatur circa perjurium, quod ibi dicit obſtare, ubi aliqua capita quis acceptat, & aliquibus contradicit, diximus *in cap. de exception. Perjurii*; ubi omnino vide.

16 Et licet omnis ſententia regulariter debeat publicari præſente Judice, tamen laudi ſententiam, quæ fuit publicata abſente arbitro, fuit deciſum valere, *de Franch.dec.*354.*ubi de Luca nu.*4. *in fin.*

17 Laudum vero latum ſine ſcriptis eſt nullum, niſi eſſet data facultas procedendi etiam ſine ſcriptis; vel niſi eſſet arbitramentum; *de Luc. ad Franch. d.deciſ.* 354.*in fin.Borrel.& Cirach.*ibi citatis.

18 Acta

18 Acta facta coram arbitris non probant coram Judice ordinario, & proinde teſtes iterum ſunt examinandi, niſi ſint inter eaſdem partes, ut dixi.

19 Laudum proferri debet intra terminum compromiſſi, alias eſt ipſo jure nullum, *Affl dec.78.n.8.Viv. dec.38.num.19.Gratian.dec.63.num.8.*

20 Terminus compromiſſi currit a die acceptationis regulariter; ſed ſi dictum fuiſſet ab hodie, tunc currit a die ſtipulationis, *Franch.dec.454. & 626. Surd. dec.203.*Et currit de momento ad momentum, *Franch.dec.626.n.4.Rov.prag.1.de arbit.ſub n.34.* Et dies termini computatur in termino, *Moleg.ubi ſup.n.13.*

21 Reductio laudi ad arbitrium boni viri ſemper peti poteſt, non obſtantibus quibuſvis clauſulis, & juramento, & pœna, nec invenitur cautela, ne peti poſſit dicta reductio, *Molegn.alleg.38 nu.4.ex Boer.decis. 224.n.18.Guid.Pap.dec.519.Tap.dec.32. Maſtrill.dec. 90.n.8. Joſeph.Ludov.dec.27.* & alii apud *Marad.in 2. tom. ſup.prag.obſer.7.n.41.& Theod. alleg.77.n.7.*

Intellige quando dicitur de enormiſſima læſione laudi, & vide *de Marin.lib.2.reſol.*119.

22 Juramentum promiſſorium de ſtando laudo habet tacitam conditionem ſi juſte fuerit arbitratum, *Tex. in l.ſi libertas ita ff.de oper.liber.l.fin.C.de non numer. pecun. c. Quinta vallis de jur. jurand. Auctores ubi ſup.Marad.ubi ſup.num.42. & Joſeph Ludov. dec.17. & Theod.alleg.77.num.9.*

23 Fœna in compromiſſo appoſita tunc exigitur, quando confirmatur laudum a Judice appellationis, *Molegnan.d.alleg.38.num 6. Boer.decis.184.num.20.de Marin.lib.2.reſol.180.Borrell.de arbit. verb.adeat Judicem loci num.6.*

24 Si itaque fuerit renunciatum in compromiſſo appellationi ſub certa pœna, dicta renunciatione non obſtante appellatio procedit, executo tamen prius laudo: nec pœna exigitur, neque quodcumque intereſſe concurrit. Nec obſtat *decis. Afflict.* 135. ubi fuit deciſum teneri contravenientem ad pœnam, quatenus cum intereſſe ſervantis concurrat; nec obſtat *text.in auth. decernit Cod.de recept.arbitris*, quia *d. Afflict.decis.135.& d.auth.*receſſit ab Aula, ut advertit *Montan.controv.57. Tap.decis.32.Theod.allegat.76.* quos citat, & ſequitur *noviſſ. D. Conſtantinus in prag. 2.de arb.tr.col.2.pag.85. de Marin.reſol.180.lib.2.nu. 6.in fi. & reſol.119.*

25 Reductio ad arbitrium boni viri, non eſt appellatio, ſed eſt quid ſimile appellationi, *Maſtrillus deciſ. 90. num.8. Gaill.lib.1.obſerv.150.num.9. Jacob.Emilanus conſ.48.num.37.*

26 Cautela, qua utuntur Notarij in inſtrumento compromiſſi, conſtituendi procuratorem adverſæ partis, vel aliam certam perſonam adverſario beneplacitam ad acceptandum, & emologandum laudum, vigore cujus conſtitutionis ſtatim lato laudo dictus procurator acceptat, & emologat, qua acceptatione facta, putant non poſſe amplius reductionem ad arbitrium boni viri nec appellationis remedium adhiberi.

Reprobatur dicta cautela a *Rovito ex prag.2. nu.5. de arbitr.*poſt *Bald.conſ.119.& 158. vol.3.Saſſo de inhibit.§.3.num.40.*& alios ibi. Et ratio poteſt aſſignari contra dictam cautelam, quia ante promulgationem laudi præſumitur ignorantia, & quando ſubſcribens ignorabat contenta in ſcriptura, ſubſcriptio ei non nocet etiam ſi juraverit, vel ſaltem dicta ſubſcriptio tacitam continet conditionem, ſi laudum proferendum fuerit juſtum, & validum, ex traditis per *M. Antonium Sabell.in §.laudum nu.13.* & late *Altagrad. conſ.102.lib.2.Cabal.conſ.dec.8.lib.1.*

Facit *obſervatio Staib.169.nu.2.* ubi dubitat de eo, quod dixerat *in reſol. prædicta*, dicens legiſſe *deciſionem Rotæ Romanæ* 159. apud *Paul.Rub.lib.2.* in qua, cum compromittens ſubſcripſiſſet folium in albo penes Notarium pro acceptatione laudi proferendi fuit ſubſcriptio prædicta rejecta ob ignorantiam contentorum in laudo futuro.

Et poſt *D.Altimar.rubr.1.de nullitat.contract.ſect. 1.q.9.n.95.& q.28.p.2.n.191. tomo 4.* ſequitur *D.Maradei in 2.tomo ſuper Pract.obſerv.7.num.45.* ubi dicti Auctores reprobant ſubſcriptionem folii in albo cum conſtitutione procuratoris ad acceptandum laudum futurum, ſed tanto magis ad reprobandum dictum pactum, quod ex nunc pro tunc habeatur acceptatum ſtatim promulgato laudo.

Et in Regno ceſſat dictum dubium, dum ex *prag. 2.de arbitr.* expreſſe permittitur appellatio a laudo, *Maranta par.6.& quandoque appellat.n.273. Muſcat. p.2.gl.ſ.gradum nu.62.*

C A P. XLV.

De praxi cogendi partes ad compromittendum, & de actis, quæ fiunt per Arbitros.

S U M M A R I U M.

F*Ormula decreti de conſenſu partium pro arbitrorum electione*,num.1.

Formula decreti parte reluctante,num.2.

Formula aliorum decretorum cum effectu,&c.& decreti electionis facta,num.3.

Formula actorum, quæ fiunt per Arbitros electos a Iudice,num.4.

SI partes ſunt concordes, eligunt de conſenſu duos conjunctos, vel communes amicos in uno libello, quem præſentant in Curia.

Et per Curiam interponitur decretum tenoris ſeq.

1 *Formula decreti de conſenſu partium.*

Per Curiam T. de T. attento communi partium conſenſu, fuerunt electi T. e T. in arbitros ſupradictos T.actoris, & T. Rei conventi, qui valeant cauſſam, & differentias inter eos laudare, & ſententiare, juxta formam, & tenorem compromiſſi inter dictas partes facti, prout præſenti decreto confirmantur, cum omnimoda auctoritate, ſervata forma Regiæ pragmaticæ hoc ſuum & intimetur.

Ubi partes conveniunt, ſolent ſcribere compromiſſum, vel per actum publicum manu publici Notarii, vel penes acta Curiæ, & deinde præſentatur copia, vel præſentatur coram arbitris abſque quod interponatur ſubſcriptum decretum.

Sed ubi una pars reluctaret, tunc conſtito ſummarie per teſtes, quod ſint conjuncti intra quartum gradum, fit decretum, vz.

2 *Formula decreti in contradictorio parte reluctante.*

Die, &c.

Per Curiam Civit. T. Viſis hinc inde oppoſitis, & replicatis, viſis teſtium depoſitionibus, ex quibus conſtat T. e T. eſſe conjunctos in ſecundo gradu conſanguinitatis, fuit proviſum partibus auditis, cauſſam, & cauſſas, & omnes differentias inter eos eſſe compromittendas in duos conjunctos, vel communes amicos, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, prout præſenti decreto compromitti mandatur infra biduum, infra quem terminum concordent in eligendo dictos communes amicos, vel conſanguineos, ſive cōjunctos arbitros, vel in eodem termino dent liſtam ſuſpectorum, ut per Curiam ipſam poſſint de non ſuſpectis eligi, & hoc ſub pœna duc. decem Curiæ, &c. alias, &c. hoc ſuum, & intimetur.

3 *Et elapſo biduo ſi non obediverit pars reluctans, fit ſecundum decretum*, vz.

Die, &c.

Pro executione decreti interpoſiti ſub die, &c. Partes infra aliud biduum eligant Arbitros, vel liſtam dent ſuſpectorum, alias, &c.

Et

Et ad ſummum ſit tertium præceptum ad arbitrium Judicis, quod cum effectu infra aliud biduum pro executione decretorum præciſe, & peremptorie partes eligant arbitros, vel liſtam dent ſuſpectorum, alias providebitur, quod arbitri eligantur per ipſam Curiam.

Si neque obediverit, poterit interponi decretum. Quod eligantur, prout eliguntur N.& N.cum omnimoda poteſtate, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ.

Et deinde fiat commiſſio juxta formulam traditam *in ſeq.cap.45.num.17.*

Formula Actorum, quæ fiunt per Arbitros electos a Judice.

Die, &c.

Præſens proceſſus cum copia compromiſſi facti inter T.& T.fuit præſentatus per T. & T, coram infraſcriptis Magnificis Arbitris electis, ut in cauſa prædicta ad laudum proferendum procedatur juxta formam dicti compromiſſi præſentati. Et per dictos Magnificos arbitros fuit dictum, quod onus prædictum acceptant, & terminus currat ab hoc die acceptationis,& ita,&c.& expediatur citatio in forma.

T.Arbiter. T.Arbiter.
T. Actuar.

Ex proviſione infraſcriptorum Magnif. Arbitrorum.

Quoniam Nos infraſcripti Arbitri intendimus vigore compromiſſi inter T. & T. facti, nobiſque præſentati procedere ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ; Ideo moneantur, & peremptorie requirantur ambæ partes, quatenus legitime compareant coram nobis in edibus noſtris prima die poſt, &c.& deinde in antea ad dicendum, & proponendum eorum jura per capita, & allegandum quicquid, &c. alias dicto termino elapſo, & ipſis, vel altero ipſorum non comparentibus, procedemus ad omnes, & ſingulos actus uſque ad diffinitivi laudi expeditionem, citentur, & referantur in forma.Datum in Civitate T.die,&c.

Fiat relatio Nuntii per Actuarium Curiæ.

Et ſi altera pars non compareat, non accuſatur contumacia, ſed in quolibet actu citatur.

Imo cauti Arbitri tempore, quo præſentant compromiſſum, faciunt conſtituere ſtatim Procuratores.

Formula decreti termini.

Per infraſcriptos Dominos fuit ſtatutus, prout ſtatuitur terminus dierum ſex utrique parti pro omni tempore, & ad probandum in præſenti compromiſſo, hoc ſuum,& intimetur.

Expeditur citatio ad teſtes, & firmatur ab Officiali ad evitandas controverſias, ſi, vel ne Arbitri habeant etiam poteſtatem in teſtes, ſtante, quod poteſtaa Arbitrorum inter conjunctos eſt data a Regia Pragmat.ut diximus ſupra de poteſtate Arbitrorum.

Deinde fit publicatio teſtium,fit concluſio, fit monitio ad laudum proferendum, tenoris ſequentis.

Formula monitionis ad laudum ex proviſione infraſcriptorum Dominorum Arbitrorum.

Quoniam intendimus ad expeditionem diffinitivi laudi, in Dei nomine proferendi procedere. Ideo moneantur, & peremptorie requirantur ambæ partes, quatenus prima die, poſt, &c. compareant coram nobis in edibus noſtris ad dicendum, allegandum, &c.quicquid dicere,& allegare voluerint,& ad audiendum laudum in nomine Domini proferendum, alias, &c.quoniam,&c.citentur, & referantur in forma.

Fit relatio citationis, ſive monitionis ad audiendum laudum, & deinde fit laudum juxta formulas in ſeq.cap.deſcriptas.

C A P. XLVI.

De Formulis petendi compromiſſum per Actorem, cum actis, & advertimentis.

S U M M A R I U M.

Formula primi libelli, num.1.
Decretum in calce libelli, num.2.
Formula negandi parentelam, num.3.
Decretum, quod procedatur petito compromiſſo non obſtante, num.4.
Actor intentans judicium coram Judice non poteſt ſe pœnitere,& petere compromiſſum, num.5.
Exceptio compromiſſi oppoſita per Reum, num.6.
Praxis procedendi ad inſtantiam Rei, cum formula laudi, num.7.
Advertimenta quando partes ſunt præſentes, & quando abſentes, num.8.
Formula decreti, ut exequatur laudum, & ſi fuerit appellatum quomodo ſit decretum, num.9.
Formula laudi coram Epiſcopo Riccio, num.10.
Advertimenta quando arbitri ſunt idiotæ, num.11.
Compromittentes ad quid poſſunt cogi inviti, num.12.
Compromiſſum ſtipulatum penes acta Curiæ, num.13.
Cautela faciendi compromiſſum, & tranſactionem etiam ſuper rebus claris, & deciſis, num.14.
Pragmatica prima de arbitris, declaratur, num.15.
Advertimentum, ut Curia expediat literas commiſſionales, num.16.
Commiſſio arbitrorum, qui fuerunt electi per Curiam parte contradicente, num.17.
Acceptatio, quæ fit per arbitros, num.18.
Compromiſſum per actum publicum cum variis pactis, num.19.
Formula compromiſſi in Congregatione S.Ivonis, nu.20.
Formula compromiſſi per Procuratores, num.21.

1 IN Curia Civitat.T.comparet T.de T.dicens elapſis annis fuiſſe ab hac vita migratum T. de T. communem patruum ipſius comparentis, & T. de T. & ipſius hæreditas ad eum ſpectavit,& ſpectat pro T.rata,& licet facta ſit diviſio aliquorum bonorum d.hæreditatis, tamen dict.T.debet ſupplere, & exburſare multas quantitates ipſi comparenti, & multæ ſunt ortæ differentiæ inter eos.

Primo, quia, &c.

Secundo, quia...& hic narrantur differentiæ.

Et quia ſunt conjuncti in quarto gradu conſanguinitatis de jure civili, pro obſervatione *Regiæ pragmaticæ de arbitris*, dictæ eorum differentiæ debent compromitti in duos conjunctos, vel communes amicos. Et licet pluries requiſitus dictus T. ad compromittendum, recuſavit, & recuſat, ſive diſtulit id exequi in grave damnum, præjudicium, & intereſſe comparentis. Ideo recurrit ad dictam Curiam, & petit cogi, & compelli, juris, & facti remediis opportunis dictum T. ad dictum compromiſſum faciendum, ſummarie, de plano, & ſine figura judicii, ſalvis,&c.omni modo meliori, &c.

Die 7.menſis T.1697.

2 Per Curiam Civit.T. fuit proviſum, & decretum, quod T.conventus ſub pœna aureorum decem, infra biduum conveniat cum dicto T. actore ad compromittendum, & eligendum duos conjunctos, vel communes amicos, ſervata forma Regiæ Pragm. vel ad dandam liſtam ſuſpectorum, ut de non ſuſpectis Curia ipſa poſſit eligere; & reus in eodem termino legitime compareat ad dicendum quidquid, &c.& quare petitum compromiſſum fieri non debeat, quoniam juſtitiæ complementum ei miniſtrabitur, alias, &c. hoc ſuum, & intimetur.

Pro-

Proviſum die quo ſupra in Civitate T.Curia, &c.

Subſcribatur ab Officiali, & a Magiſtro Actorum, & fiat relatio Nuntii, qualiter citavit conventum.

3 Poterit Adverſarius negare parentelam, vel opponere, quod affinitas ſit diſſoluta ob mortem mulieris, & alias oppoſitiones facere, per quas excluderetur compromiſſum.

Tunc ſtatueretur terminus ſummarius ad probandum utrique parti, & debet parentela probari, quia eſt illa, ſuper qua fundatur compromiſſum.

Et ſi Parentela non probatur ſit decretum, vz.

4 Die, &c. Viſis comparitionibus fol... & actis omnibus, proviſum, & decretum eſt, quod procedatur in hac Curia T. petito compromiſſo non obſtante, &c.

5 Sed dubium, an poterit Actor incipere judicium coram Judice, & ante dationem termini, ſive incontinenti ſe pœnitere, & petere cauſam compromitti? Juxta negativam ſententiam refert deciſum *Scopp. ad Nicolin. fol.* 109. *n.* 80. *& S.R.C. & M.C.V. anno* 1637. *in Banca Caſtaldi*, ex doctrina *Marſil. ſing.* 344. *& Guid. Papæ dec.* 94.

6 *Formula quando Reus opponit exceptionem compromiſſi contra Actorem.*

T. de T. intimatus ad inſtantiam T. dicit cauſſam eſſe compromittendam, ſtante quod ipſe Reus eſt affinis cum T. Actore infra quartum gradum de jure civili. Propterea inſtat ad actum aliquem non procedi, & cogi Actorem ad compromittendum, offerens paratus ex parte ſua, ita dicit omni alio meliori modo, &c.

7 Fit præceptum ſimili modo, ut ſupra.

Formula laudi.

In Dei Nomine. Amen.

Noi T. di T. Arbitri, ed Arbitratori nelle cauſe, e differenze tra T. e T. avendo veduto il compromiſſo, e poteſtà a noi conceduta, e li capi delle differenze avanti di noi propoſte, ed inteſe le ragioni, e pretenſioni di ambe eſſe parti, e quelle più volte citate, e pieniſſimamente inteſe, e finalmente monite ad dicendum, & allegandum, e conſiderate tutte le coſe da conſiderarſi, invocatulo di nuovo il Signore Noſtro Gesù Criſto, dichiaramo, diciamo, ſentenziamo, e laudamo.

Primo, circa il primo capo, che ſi oſſervi così, e così.

Secondo, circa il tal capo, &c.

E così ſi va dicendo capo per capo delle differenze.

E poi ſi conchiude.

E così per lo preſente laudo, ed arbitramento dichiaramo, ed in ogni altro miglior modo.

E ſi ſottoſcrivono gli Arbitri.

E poi ſi ci fa il letto lato in preſenza di due teſtimoni almeno, altrimente è nullità, vz.

Letto, e proferito detto laudo oggi li 2. del meſe T. 1697. nella Città T. preſenti li T. e T. per teſtimonj.

8 E ſe ci foſſero preſenti le parti, ſi dice anche di T. attore, e det. T. reo convenuto, audienti, & accettanti.

E ſe non l'accettaſſe alcuno di eſſi, ma ſe ne gravaſſe, ſe ne farà menzione, vz. audienti, ma il detto T. ſi è gravato del T. e 5. capo, & ita, &c.

E ſe non foſſero preſenti, ſi manderà la copia a notificare per lo Giurato, e ſi farà la relazione in piedi.

9 Et pro exequendo laudo præſentatur in Curia, ubi reus eſſet conveniendus, & fit decretum, vz.

Die, &c. Viſo laudo *fol.* & comparitionibus *fol.* exequatur laudum juxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem.

Et ſi a laudo fuerit appellatum, fit decretum, vz.

Die, &c. Viſo laudo *fol.* & comparitionibus *fol.* laudum promulgatum a Magnificis N.N. Arbitris debitæ executioni demandetur, præſtita tamen cautione de reſtituendo in caſu, &c.

Et reſpectu prætenſorum per N. Appellantem infra quatuor dies audiantur partes, hoc ſuum, &c.

10 *Formula laudi, quæ eſt penes Reg. de Marin. lib.* 1. *reſ.* 16. *cum advertimentis.*

Viſo compromiſſo ſuperioribus diebus facto in nos Jo: Aloyſium Riccium Epiſcopum, Vicarium ſuper differentiis extrajudicialiter noviter exortis inter Dom. D. Jo: Capycium Latro, Baronem Caſalis Navani ex una, & D. Franciſcum Antonium Muſcettula Regium Conſiliarium uti Baronem Caſalis Mileti ex altera, circa jus, quod dictus Dom. D. Joan. aſſerit habere prohibendi, & vetandi dicto Dom. Franciſco Antonio Baroni, ut ſupra, ne divertere poſſit aquam pluviam, vulgo lavam, dependentem a Caſalibus Chiajani, Pollica, & aliis locis ſuperioribus, & currentem per dict. Caſalem Mileti, nec non quod dicto Dom. Conſiliario Franciſco Antonio, nullatenus liceret accomodare vias publicas, & ſignanter illam, quæ caput, & initium habet ſubtus Parochialem Eccleſiam dicti Caſalis Mileti.

Factoque per nos acceſſu ſuper faciem locorum, inſtantibus, & præſentibus partibus prædictis, ſub die Jovis ſecunda infraſcripti menſis & anni.

Viſis denique videndis, & conſideratis omnibus de jure conſiderandis, partibus pluries pleniſſime auditis cum eorum Magnificis Advocatis, tam in dicto Caſali Mileti tempore acceſſus, quam demum in ædibus noſtris, Deum ſolum præ oculis habentes.

Per hoc præſens laudum, & arbitramentum dicimus, decernimus, laudamus, arbitramur, & definitive declaramus nullum jus, nullamque actionem competere dicto Domino D. Joan. Capycio Latro Baroni Caſalis Nivani prohibendi Domino D. Conſiliario Franciſco Antonio Muſcettula uti Baroni, ut ſupra, ne in dicto ejus Caſali Mileti divertere poſſit aquam pluviam, ſeu lavam dependentem a dictis Caſalibus Chiajani, Pollica, & aliis locis ſuperioribus, & currentem per dictum Caſalem Mileti, nec in aliquo eidem prodeſſe affictum noviter factum a Regio Portulano, ac proinde licuiſſe, & licere eidem D. Franciſco Antonio aquam, ſeu lavam divertere, illamque ad ſui libitum uti pro beneficio, & utilitate tam dicti Caſalis, quam ſuorum fundorum, & rerum, nec non eidem Domino Conſiliario Franciſco Antonio Baroni, ut ſupra licuiſſe, & licere accomodare vias publicas, & ſignanter illam, quæ caput, & initium habet ſubtus Parochialem Eccleſiam dicti Caſalis Mileti; oppoſitis prætenſis per dictum Dominum D. Joannem non obſtantibus.

Et ita dicimus, pronunciamus, & diffinitive declaramus, hortantes partes ipſas, ut præſenti noſtro diffinitivo laudo pareant, & obediant, ex quo ſic promiſerunt ſub verbo proborum, & nobilium virorum.

Epiſcopus Riccius Arbiter, & Compromiſſarius.

Lectum, latum Neap. 17. Decembris 1683. coram, &c. præſentibus, &c.

Notarius Andreas Sapius Actuarius aſſumptus.

11 Nota, quod ubi arbitri electi eſſent perſonæ idiotæ, & in compromiſſis occurrerit aliqua juris diſcuſſio, poterit fieri pactum, quod in diſcutiendo juris articulos, & illos ſententiando procedant cum conſilio, ſeu voto talis Doctoris, vel cum voto Doctoris partibus non ſuſpectis ab arbitris eligendi, prævia liſta ſuſpectorum, & terminus compromiſſi currat a die diſcuſſionis ipſius.

Quia in omnibus poteſtas arbitrorum regulatur a voluntate partium circa pactiones, & conventiones voluntarias ipſorum.

12 Solum partes invitæ coguntur compromittere cauſas inter conjunctos intra quartum gradum de jure civili, in duos, de jure, & de facto in procedendo, ſed de jure tantum in ſententiando infra terminum duorum menſium decurrendum a die accepta-

tio-

Google

tionis, & hoc ſive altera pars conſentiat, ſive contradicat cogitur fieri per Judicem altera parte inſtante, & petente compromiſſum.

Sed ubi partes alia pacta velint concorditer facere, hoc non prohibet Reg. Pragmatica, ut ex mente, & verbis dictæ Regiæ Pragm. clare habetur.

13 *Formula compromiſſi ſtipulati penes acta Curiæ.*

Die 26. Novembris 1697. in Civitate T.

Conſtituti perſonaliter penes acta hujus Curiæ Petrus T. ex una, & Antonius T. aſſerentes inter ſe ortas fuiſſe quaſdam differentias, lites, & quæſtiones, de quibus in hac eadem Curia fuit inſtatum fieri compromiſſum pro parte dicti T. & per dictam Curiam ſervatis ſervandis, partibus auditis fuit ordinatum eſſe compromittendum, ex quo dictus Petrus, & Antonius ſunt conjuncti in T. gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, & volentes partes ipſæ mandatis dictæ Curiæ parere, ut debent, ſponte compromiſerunt in T. & T. arbitros, & arbitratores, & amicabiles compoſitores communiter per ipſas partes, & concorditer electos, licet abſentes tanquam præſentes, &c. infraſcriptas differentias, vz.

incumbentes circa executionem, præſtita tamen cautione per dictum Actorem de reſtituendo in caſu retractationis, & ambæ Partes in biduo recipiant, & tranſportent litteras dimiſſoriales ab hac Curia ad dictum Dominum Judicem, coram quo in eodem termino, & deinde in antea cum continuatione compareant ad dicendum, & allegandum, &c. & ad audiendam proviſionem per ipſum Dominum Judicem ſuper dictis exceptionibus faciendam, & ita per hoc ſuum, &c. intimetur, & reſcribatur in forma, omni modo meliori.

N.Gub. & Jud.

Proviſum Viggiani die 16. Novembris 1691. Curia, &c.

Piſanus Act.

Eodem ſupradicto die Angelus de Naſca ordinarius Bajulus dictæ Curiæ retulit mihi infraſcripto Actuario intimaſſe, & notificaſſe ſupradicta omnia Jo: Baptiſtæ Piſano perſonaliter, & Franciſco de Ragho perſonaliter; modo, & forma ſibi commiſſis, &c. ita retulit, &c. & ad fidem, &c.

Piſanus Act.

Annotatio.

21 Juramentum, quod inducatur ex præſtatione fidei, & quod præſtatio fidei ſit ſervanda, ut juramentum, ita etiam tenent *Boſſ. in l. ſi quis major num.28. C.de tranſact.* ubi *Curt.ſen. Abb.in cap.2.num.3.de his, quæ vi metus, &c. & in cap.querelam col.pen. de jur. jur. Summa Angeli in ver. juramentum, §.6. Imola in cap. ad aures num.4. de his, quæ vi, &c. Rim. jun. conſ. 3.num.19. & 20. lib.1.Burſat.conſ.304.num.51.lib.3. Aret.in cap.tuis num.14. de teſtibus, Seraphin.de privilegiis juram. priv.77.num.27.* quos refert, & ſequitur *Mancin. tract. de juram. par.1. qu.7. per totam*, idem tenet *Affl.dec.389.num.2.* ubi *Urſillus* etiam citat *DD. in l.ſi quis major, Cod. de tranſact.*, dicens ex *Felin.in cap. præterea num.16.de ſponſal.* hanc opinionem eſſe de jure veriorem.

Licet idem *Urſill. d. dec.389. num.3.* teneat, quod non eadem pœna plectatur frangens fidem, quam rumpens juramentum.

22 Similiter jurans per ſalutem ſuam, obligatur juramento, & non ſervando eſt perjurus, *l. qui per ſalutem, ff.de jur.jur. Mancin.ubi ſupr.n.7.*

Similiter formale juramentum importat promiſſio, ſub verbo *proberum militum*, ut docent *Ant.Pinell. & Burſatt.*, quos ſequitur *Surdus dec.234.* ſignanter *num.9.*

23 Et ſicuti ex pacto nudo cum juramento oritur actio, ita pariter ex pacto nudo propter fidem datam oritur actio, *Affl. dec.289. num.2.* quia fides, & juramentum æquiparantur, *Caravita, & de Martin. ad d. dec.Affl.* ex *Jacob.in l.1.2.lect.ff.de pactis, Beltran.conſ. 1.num.50.vol.1.*

24 Et fides ſuccedit loco juramenti, & Principem ligat, *Surd.dec.234. num.8.* & ſub fide, & verbo Regio conceditur ſecuritas delinquentibus, *de Franch. dec. 258.590.& 623.* poſt *Farin.de inquiſ.qu.6.n.7.*

25 Adeo quod qui contravenit fidei, dicitur perjurus, ut probat *Papar.in prax.civ.fol.208. num.13.* ex doctrina *Innocentii in c. Et ſi Chriſtus de jurejurando, & Butr.in c. tuis de teſtibus, Covar.in repet.c.quamvis de pactis in 6. parte 1. §.2.num.4.Cravet.conſ.241. n.11.gl.& DD. in c. querelam ne Prælati Vic. ſuis.*

Nam idem eſt venire contra fidem datam, quam contra juramentum, *cap.2.in fine,& ibi gl. verb.juramentum de fidejuſſ.c.Nos Sanctorum, 29.*

Finis Primi Tituli Tertiæ Speciei.

SECUNDUS TITULUS

De Recuſante ſtipulare contractum.

PRÆLUDIUM.

PRaxis cogendi ad ſtipulandum contractum, quando quis recuſat ſtipulare, videtur eſſe potius de Specie Judiciorum, quæ fiunt cum ſcripturis, quam ſine ſcripturis.

Regulariter enim actor habet ſcripturam, vigore cujus adverſarius obligatus eſt ſtipulare, ſive ratificare aliquid, vel aliud adimplere; Unde hic Tit. male videtur poſtpoſitus in hac Tertia Specie Judiciorum, quæ fiunt per actorem non habentem ſcripturas.

At ne, benigne Lector, mireris; ſcias, quod dantur multi caſus, in quibus ſine ſcripturis eſt quis obligatus ſtipulare; exemplum erit, quando fuit legatum nomen debitoris, & debitor depoſuit in Banco pecuniam vinculatam, tunc legatarius cogit hæredem ad facienda adimplementa, & ſtipulandum ad beneficium debitoris, qui depoſuit pecuniam, ubi hæres non eſt mediante ſcriptura obligatus, & tamen cogitur a legatario ad ſtipulandum.

Exemplum etiam erit, quando Univerſitas pro ære alieno impetrat Regium Aſſenſum, ubi ponitur clauſula, *dummodo decem Cives ſe obligent, &c.* illi decem Cives non ſunt per aliquam ſcripturam obligati, tamen ſi recuſant, adhuc ſine ſcripturis pro ſecuritate creditoris coguntur ſtipulare inſtrumentum.

Ideo congruentius putavi in hac Tertia Specie collocare hunc Titulum.

CAP. UNICUM.

De recuſante ſtipulare contractum.

SUMMARIUM.

PRaxis cogendi aliquem ad ſtipulandum contractum triplici modo regulatur per prudentem Judicem, juxta perſonarum, & negotii qualitatem, num.1.

Nam, vel deſtinatur Actuarius cauſſa, ut procedat ad ſtipulationem nomine illius, qui recuſat.

Vel cogitur præciſe ad ſtipulandum.

Vel in contumaciam decernitur haberi pro facta obligatio.

Praxis cogendi cedentem ad inſtantiam ceſſionarii ad liquidandum inſtrumentum, num.2.

Form. libelli ad inſtantiam Monaſterii Legatarii contra hæredem ad ſtipulandum beneficium debitoris legati, num.3.

Decretorum form. ad inſtantiam legatarii contra hære-

redem recuſantem ſtipulare ad beneficium debitoris legati, num. 4.

Decretum, quod in contumaciam hæredis ſtipulare recuſantis, deſtinetur Actuarius Cauſſæ ad facienda adimplementa nomine S.R.C. num. 5.

1 STipulare cogitur contractum, tam hæres, quam quicumque ad inſtantiam intereſſe habentis, hac praxi ſervata. Per Judicem fit præceptum, ut procedat ad ſtipulationem contractus, & parte recuſante, contumacis inculatis, vel trinis præceptis adhibitis, deputatur Actuarius Cauſſæ, ut procedat illius nomine ad ſtipulationem illius actus, quem ſtipulari fuit ordinatum, & ita per S.C. fuit ordinatum quibuſdam hæredibus, ut ratificarent contractum ad finem impetrandi Regium Aſſenſum, & cum non paruiſſent, fuit deputatus Actuarius Cauſſæ ad ſtipulandum, licet in S. C. magis frequenter deputatur perſona Secretarii dicti S.C. & ſemper ſic ſervari in S. C. teſtatur *de Marin. lib. 2. reſol. 43. num. 9.* quam praxim fundari dixit ex dictis per *Bald. in l. vidua ſub num. 4. verſ. pone, ibique Addentes verſ. & Paul. de Caſtr. C. de nuptiis*, idemque in *l. cum ſententiam 6. num. 6. verſ. ſed ſi, C. de ſententiis, & interloc. omn. jud. Add. ad Bart. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut. matrim. Abb. conſ. 65. lib. 2. Maxill. in conſuet. Barenſ.*, quæ incipit: *Cum Mundualdum num. 2. fol. 170.* in magnis *Joſeph Mele ad Gizzar. dec. 60. num. 1. Mentim. in cap. Imperialem fol. 99. lit. V.* ita hæc omnia *de Marin. lib. 2. reſol. 43. num. 9.* ubi refert in Sac. Conſ. ſic ſemper ſervari, & dum fuit oppoſitum de nullitate per hæredes, qui poſtea comparuerunt, Sacr. Conſilium illas rejecit, ita *de Marin. ubi ſup.*

Et quandoque vel cogitur præciſe ad ſtipulandum, & ſe obligandum, vel in contumaciam decernitur haberi pro facta obligatio, & ſic Judex ſe regulabit juxta diverſitatem negotii, & qualitatem perſonarum, ex traditis per *Reg. de Marinis in cap. 59.* ubi habetur, quod

Promittens Univerſitas pro creditoribus ſecuritatem, quod decem Cives ditiores ſe proprio nomine obligare debeant; illis poſtea renuentibus, ſolet Collat. Conſ. expedire proviſiones, quod tales Cives cogantur, & aliquando in eorum contumaciam decretum interponitur, quod pro obligatis habeantur, *de Marin. lib. 2. cap. 59. num. 7. ex Reg. de Ponte de pot. Pror. tit. de diverſis proviſionibus fieri ſolitis in qu. de alienat. fieri ſolita bonor. Univ.*

Non eadem praxi utimur in liquidatione inſtrumenti facienda per cedentem ad inſtantiam Ceſſionarii, vel per Notarium, qui nomine creditoris ſtipulavit, nam præciſe cogitur per capturam perſonæ, hoc modo, v3.

2 Ceſſionarius requirit cedentem, ut exerceat illud pactum juratum circa liquidationem inſtrumenti, & ſequitur inhærentia fiſci pro intereſſe pœnæ, & vigore inſtantiæ fit præceptum cedenti, ut pactum adimpleat, alias compellatur, & jam compellitur per capturam perſonæ, quia liquidatio debet fieri arbitrio Ceſſionarii, ita judicatum refert *Moccia in Sylv. reſ. cap. 10.*

Imo cedens ductus per Satellites ad M. C. V. cum fuiſſet proclamata liquidatio, cedens cum perfidia dixit ſe nolle penitus liquidare; Fuit deciſum, ut pœna ponatur in libro Inferni, & exequatur, &c. Ita *de Luca ad Franch dec. 353. n. 3. ex Thor.*

Et ita pariter compellitur Notarius per capturam perſonæ, quando cum ipſius interventu liquidatio erit facienda, quia ipſe Notarius ſtipulavit pro Domino, ut fieri ſolet, juxta tradita per *Urſill. dec. 64.* & ita practicari teſtatur *Petra ritu 156. num. 126 & de Luca ubi ſupr. n. 6. in fine.*

3 *Form. libelli ad inſtantiam Monaſterii legatarii contra hæredem ad ſtipulandum in beneficium debitoris legati.*

Nel S.R.C. ed avanti il Reg. Conſ. Signor N. Commiſs. penes acta compariſce il Ven. Monaſtero N., e dice come il qu. N. nel ſuo ultimo teſtamento fè un legato a ſuo beneficio d'annui doc. 70. con il ſuo capitale di doc. mille conſequendi dall'Illuſtre quond. Marcheſe T.

E perchè N. erede di detto Marcheſe ha reſtituito detto capitale con poliſa del Banco del Popolo depoſitata in mano del Mag. Not. T. la di cui copia ſi preſenta in pronto.

Quale poliſa è diretta alli legittimi eredi di detto N. Teſtatore, per aver da quelli la retrovendita, e quietanza, e benchè non ſi dovea diriggere a detti eredi, che non vi hanno intereſſe alcuno, ma ad eſſo ſucceſſore legatario, e che ſta in poſſeſſione di eſiggere; ad ogni modo ad evitandos circuitus inutiles, fa iſtanza coſtringerſi detti eredi a far gli adempliменti contenuti in detta poliſa, altrimente eſſer lecito farſi da eſſo Monaſtero, e quelli fatti eſſer lecito convertir detto capitale in altra compra, & interim detto denaro ſtia in Banco a riſico, pericolo, e fortuna, così di detto Ill. Marcheſe, come di detti eredi, con eſpreſſa proteſta, che non s'intenda con la preſente, nè con altri qualſivogliano atti appreſſo, indotto pregiudicio alcuno alle ragioni di detto Monaſterio, in ogni miglior modo, &c.

Hic præſentatur etiam copia apocæ Banci.

4 *Form. Decreti, ut hæres conficiat adimplementa.*

Die 1. Julii 1700. Neap. Per Dominum Militem U.J.D.D.N. R.Conſ. & Cauſſæ Comm. Viſis actis proviſum eſt, quod hæredes qu. N. infra dies duos conficiant adimplementa contenta in apoca præſentata, alias providebitur ſuper petitis, hoc ſuum, &c.

Form. Secundi decreti.

Die 6. menſis Julii 1700. Neap. Per Dominum Militem, &c. proviſum eſt, quod hæredes qu. N. cum effectu præciſe, & peremptorie infra alios dies duos conficiant adimplementa prædicta, ſervata forma alterius decreti, alias providebitur ſuper petitis, hoc ſuum, &c.

5 *Form. tertii, & ultimi decreti.*

Die 10. menſis Julii 1700. Neap. Per Dominum Militem, &c. Viſis actis proviſum eſt, quod ſtante lapſu termini ad conficienda adimplementa prædicta per hæredes qu. N. contenta in apoca, & comparitione in actis præſentata. Fiant dicta adimplementa per Actuarium Cauſſæ, nomine S.R.C. hoc ſuum, &c.

Fede degli adempliменti.

Fo fede, che per lo Sig. N.N. Maſtro d'Atti del S.C. nella ſopradetta cauſa, come perſona deſtinata da detto S. C. a fare li ſudetti adempliменti mediante decreto interpoſto dal Reg. Conſ. Sig. N. ſotto li 10. Luglio 1700. copia del quale ſi conſerva per me, è ſtata fatta la ſuddetta retrovendita, e quietanza ſervata la forma della ſuddetta poliſa, come per iſtrumento per mano mia rogato, notato alla margine del detto iſtrumento di vendita, e nel patto di retrovendita non vi ſono condizioni da oſſervarſi; reſta bensì da oſſervarſi la condizione del teſtamento di detto q. N.

Not. T. di T. di Nap.

Finis Secundi Tituli Tertiæ Speciei.

TER-

Digitized by Google

TERTIUS TITULUS

De Salario Famulorum, & aliis cauſſis modicis.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

CAuſſa modica, & cauſſa inter ſtipendiarios expediuntur viva voce per Officialem idiotam, & qua praxis ſervatur, num.1.

Cauſſa modica, qua ſint, num.2.

Cauſſa viliam, & pauperum perſonarum, etiam in magna ſumma expediuntur ſummarie, num.3.

Cauſſa alimentorum, & ſalarii medicorum, & aliorum, ſimiliter de plano expediuntur, quod intellige in alimentis futuris, non in præteritis, num.4.

Creditor ex cauſſa frumenti, vel pecunia mutuo data, ſed in alimentis converſa, quando poteſt filios, & uxorem cogere ad ſolvendum, num.5.

Uxor, & filii quando tenentur ſolvere penſionem domi, quando maritus non eſt ſolvendo, num.6.

Creditor ex cauſſa alimentorum, ſive pecunia data ad alimenta, præfertur omnibus creditoribus anterioribus, num.7.

Creditor pro alendo equo, vel alio Animali, præfertur omnibus creditoribus in eorum pretio, num.8.

Famuli, & Miniſtri in bonis dominorum habent tacitam hypothecam, & præferuntur creditoribus anterioribus, dummodo fiat famuli neceſſarii, & ſalarium ſit conventum, num.9.

Faber lignarius, & Cementarius pro refectione domi præfertur etiam Pharmacopola inquilino creditori medicamentorum, num.10.

Alimentarius præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, num.11.

Salarium non conventum in operibus non debetur, & ut debeatur quid probari debeat, num.12.

Salarium Præceptoribus liberalium artium, ut Medici, Aſſeſſores, ludi Magiſtri, & ſimiles, debetur, etiam non conventum, & ex officio conſtituitur, num.13. *& vide num.26.*

Conſuetudo ſervanda eſt in ſalariis ſolvendis, etiam non conventis, num.14.

Procurator ſive ad lites, ſive ad negotia, non poteſt prætendere ſalarium, niſi fuerit conventum, ſed in Regno Procurator ad lites ſemper habebit ſalarium, etiam non conventum, num.15.

Salarium famuli per triennii ſpatium præſcribitur, ſive potius præſumitur ſatisfactum, & quando ceſſat dicta præſumptio, num.16.

Operarii, fabrimurarii, & ſimiles opifices perfecto opere ſatisfacti præſumuntur, num.17.

Famulo infirmo ſalarium non debetur durante infirmitate, num.18.

Operarius impeditus a pluvia pro rata temporis tantum habebit mercedem, num.19.

Famulus diſcedens non finito tempore, non poteſt petere ſalarium, & ſic è contrario, ſi dominus expellat famulum, tenetur dare integrum ſalarium, num.20.

Operas ſuas locans, ſi per ipſum non ſtetit, poteſt petere ſalarium, num.21.

Advocato præſtandum eſt ſalarium, licet non ſit cauſſa finita, quando per ſe non ſtetit, num.22.

Advocatus in morbum incidens, habebit ſalarium, etiam ſi alium Advocatum ſuſcepit Cliens, num.23.

Advocatus non tenetur reſtituere mercedem pro futuro patrocinio acceptam, quando cliens non requiſivit patrocinium, num.24.

Advocatus tuta conſcientia retinet ſalarium acceptum, ſi detegens malam fovere cauſſam, deſerit Clientem, num.25.

Advocato debetur ſalarium, etiamſi non ſit conventum, num.26.

Advocatus ſi moriatur, hæredi debetur integrum ſalarium pro toto anno, infra quem moritur, num.27.

Salarium Doctoris eſt privilegiatum, ſicut mulier pro dote, ut præferatur creditori vigore inſtrumenti eodem dis ſtipulati, num.28.

Salarium Advocatorum, & Exactorum pro vincenda lite, & exigendis debitis, ex quibus ſatisfiat creditoribus, ſolvitur cum prælatione, num.29.

Vicario Epiſcopi, quando debetur ſalarium non conventum, & quando non, num.30.

Mercedis cauſſa eſt inappellabilis, quando mercenarius non habet unde ſe alat, prout cauſſa alimentorum etiam eſt inappellabilis, num.31.

Nullitas notoria impedit cauſſam mercedis, & alimentorum, num.32.

Appellatio admittitur in ſalario non convento, num.33.

Nullitas notoria ſuſpendit executionem in omni cauſſa, dummodo ſit contra expreſſum caſum legis, & contra ſcripturam publicam præſentatam, ſecus quando ſcriptura eſt præſentanda, & ſecus de jure communi, num.34.

Notarii merces quomodo taxatur, num.35.

Pragmatica 4. de Notar. *non ſervatur circa taxam Notarii, ſed ſervatur circa paratam executionem ad ſimplicem oſtenſionem libri Notarii*, num.36.

Praxis committendi taxam intra Neapolim, & extra, num.37.

Formula mandati facti contra debitorem confeſſum cum advertentiis, num.38.

1 IN cauſſis modicis, & quæ tractantur inter ſtipendiarios, proceditur per Officialem idiotam ex non ſcripto viva voce ſolum ſuo arbitrio ſine conſilio Judicis, mandando debitori per unum Servientem Curiæ, quod ſolvat; vel die ſequenti compareat coram eo, niſi dubium aliquod occurreret in jure, aut factum eſſet valde intricatum, quia tunc ad conſilium Judicis remittitur. Aliquando Officialis mandat, ut ſtatim debitor accedat coram eo, & ſi debitor erit ſuſpectus, mandat, ut ducatur coram eo, quo debitore veniente, creditor oretenus exponit ſuam intentionem, & debitor opponit, quod ſibi videtur, & ſic ſummarie, & oretenus auditis partibus, præcipitur viva voce, quod ſolvat, & aliquando, quod non diſcedat, niſi facta ſolutione, vel probet, quod dicit, prout negotii qualitas expoſtulat.

Quæ praxis fundatur in Regno ex *ritu* 115. & 287. & de jure communi ex *text. in §. ſit tibi in auth. de mandato Princ. & auth. niſi breviores, C. de ſent. ex brev. recit.* quam praxim approbat *Carav. ſup. d. rit. ibi, & Saafel. in prax. ſect. 28. n. 2. fol. 119. Muſcat. in gl. petitur p. 1. n. 34.*

2 Et quæ ſint iſtæ cauſſæ modicæ, quæ ſine ſcriptis, & ſine conſilio Aſſeſſoris tractantur, diximus in Præludio hujus Operis, nempe in Regno, quando cauſſa non excedit duos Auguſtales, ideſt infra carolenos triginta, ex diſpoſitione Conſtitutionis, *Dilationes in judicio tit. de dilationibus*, ut late in dicto Præludio diximus.

3 Item cauſſæ vilium, ſeu pauperum perſonarum expediuntur ſine ſcriptis, licet quantitas non ſit modica, ex diſpoſitione dicti §. *ſit tibi, & text. in auth. niſi breviores*; licet alii fuerint in opinione, quod utrum-

utrumque requiratur, ſcilicet paupertas perſonæ, & modicitas pretii, ſive quantitatis, quod non arridet, nam ubi eſt modicitas, non requiritur paupertas, & ubi eſt paupertas, non requiritur modicitas, & demum ſemper Judicis arbitrio remittitur, ut concludit *Caren. in rit. 115. in fin.*, ubi multos allegat; ſed ex novo ſtylo M.C.V. infra ſummam 12. ducatorum fit decretum, *quod capiatur ſummaria informatio*, & fit facultas, & ſententia, uti diximus in Præludio hujus Operis, & infra 30. carolenos expeditur viva voce.

„ Ubi etiam videre eſt, quod obſervavimus ex *nov. Conſtit.* pluries, pluriſque memorata, §. v. *num. 1.* circa modum in ipsâ præſcriptum procedendi in cauſſis infra ſummam ducatorum duodecim.

4 Simili modo de plano proceditur in cauſſis alimentorum, in ſalario Medicorum, Notariorum, Advocatorum, Exactorum, in expenſis funerum, & ſimilium cauſſarum, in exactione redditium liquidorum, juxta plateam, & librum Monaſterii, Eccleſiarum, vel Baronum, ut dixi ſupra in *Cap. de libris*.

5 Debitum, quod pater facit recipiendo frumentum, vel pecuniam mutuo, & illud, vel illam convertit in alimentis filiorum, ſublevando familiam, inopia laborantem, ipſo effecto non ſolvendo, filii, vel uxor, qui aliti ſunt ex pecunia, vel frumento, pretium tenentur ſolvere, *Bart. in l. his ſolis, ff. de condit. indebiti, Rom. ſing. 213. Surd. in tract. de alim. tit. 8. privil. 48. num. 5. & 6. Novar. part. 1. qu. for. 22.*

Dummodo probetur fuiſſe converſam in alimentis, niſi erat pecunia, quia tunc præſumitur pro alimentis, *Surd. ubi ſupr. Viſcont. commun. lit. P. verb. Pater*. Proinde *Cepolla caut. 322.* monet, ut mutuum fiat expreſſe in cauſſam alendi filios, & uxorem, ut res ſit magis clara, & tuta. *Caroc. deciſ. 18.*

6 Ampliatur etiam in penſione domus, in qua ſimul cum Patre, vel marito ſteterunt, ut in ſubſidium filius, & uxor teneantur. *Novar. qu. for. 122.* ita pluries deciſum refert in M. C. V. ex *Surd. conſil. 420. num. 9. Coſta de remed. ſubſidiar. rem. 12. num. 3. Mancin. deciſ. Mantuan. 49.* Quia habitatio venit appellatione alimentorum, licet *D. Carol. Roſa in Conſuet. § quis conduxerit fol. 184. num. 7.* teneat contrarium, nempe mulierem eſſe pro dote præferendam locatori, & non teneri ad locationem, quia mulier tenetur virum ſequi, quocumque migraret etiam coacte, & allegat *Zerron. ad Conſuetud. Burdigal. tit. de locat. § 4.* Tamen opinio *Novar.* magis ſtringit. Nam in ſubſidium principali obligato deficiente datur actio contra ipſos, qui ſenſerunt commodum, & ex aliis ibi per *Novar.* ponderatis.

Et licet *D. Carolus de Alexio* contrarium quoque concludat cum *Urſill. ad Aff. deciſ. 184. Gallup. de Luca*, & aliis ibi citatis per *text. in l. Adverſarius, C. ad Vellejan.* ubi mulier conducens prædia, obligatur pro ſe, ſed ſi maritus conducit, non poteſt obligari pro marito, nam juvatur Vellejano.

Ego vero non recedo ab opinione *Novarii*, quia dictus *text.* vel non eſt applicabilis, dum loquitur, quando maritus conducit prædia, in quibus intercedit mulier, & non principaliter aliquod commodum ipſa ſentit.

Quod ſecus eſt in conductione domi, ubi ipſa ſimul cum marito commodum ſentit principaliter, quo caſu militat regula, qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. juris*, vel eſt applicabilis pro opinione *Novarii*, dum ex eodem *text.* habetur forſan contrarium, quod dicti *Doctores* ſentierunt; nam *text.* ſtatuit teneri uxorem, quando principaliter pro ſe conducit, & quando vir non eſt ſolvendo, videtur tacite ipſa mulier non intercedere pro alio, ſed pro ſe principaliter, & pro marito inope, pro quo ipſa tenetur.

Nec obſtat, quod maritus tenetur dare alimenta, & habitationem uxori, & filiis, & proinde ipſi ſint exempti a tali debito.

Quia regula ſtat incontrarium, ut uxor, & filii pariter teneantur alere patrem, & ei dare habitationem, quando pater eſt impotens, & ſic mirum non eſt, quod uxor, & filii cogantur in ſubſidium pro patre ad debitum pro communi ſubſtentatione contractum.

Nec obſtat, quod ſicuti ſecundus conductor liberatur ſolvendo primo conductori, ita uxor, qui dotem dedit viro primo conducenti, debeat haberi pro liberata, quia inter conjuges non datur prima, & ſecunda locatio, ſed una fuit pro communi conjugum utilitate.

Et æquum eſt, ut filii, & uxor teneantur pro debito alimentorum, & penſione domi, ut alliciantur creditores ad pauperes ſublevandos, ne deſtituti pereant. Quod privilegium eſt ſimile expenſis funerum, ne uti bruti inſepulti remaneant, & medicamentis ultimæ infirmitatis, ne deſtituti moriantur.

Et facit *text. in l. ſi eum ff. ſi certum petatur*; Ubi certi condictione tenetur mihi reſtituere ille, ad quem pretium rei meæ pervenit, & *Gl. in l. his ſolis, ff. de condict. indebiti*, dicit, poſſe repeti pecuniam ab illo, cui ſolutio profuit, ſi ſoluta fuit illi, qui ſolvendo non eſt.

Verum hæc concluſio limitatur, ut procedat, quando conſtat maritum non fuiſſe ſolvendo tempore, quo conduxit domum, vel accepit mutuam pecuniam, ſeu alias res pro alenda familia, ita *Staiban. reſol. 64. num. 36. & 1. ex Surd. de alim. tit. 8. privil. 48. num. 6. verſ. ſed ſane prima opinio, Grat. tom. 1. cap. 107. num. 7. & 7013. num. 10. tom. 4.* Sed vide diſſidentes *Doctores* ſuper hoc in *obſerv. ad d. Staib. num. 37. d. reſol. 64.*

7 Et illa regula „ quod creditor ex cauſſa alimentorum „ ſive pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis præfertur omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expreſſam hypothecam, ut *Felic. de cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 12. Rodriq. de concurſ. creditor. part. 2. art. 3. ex num. 19 Carleval. lib. 1. tit. 3. diſp. 29. num. 2.* rejicitur, & falſa reputatur a *D. Carol. de Alexio. in doctiſſimis, & ſubtiliſſimis obſ. ad Latran. 117. num. 11.* Nam ſi dicta regula eſſet vera, daretur prælatio non ſolum pro expenſis, & medicamentis ultimæ infirmitatis, ſed etiam pro aliis, quod abſurdum eſt; & alias rationes vide apud dictum *de Alex.* qui pulchre, & ſcite loquitur ibi more ſuo; & de mutuante ad refectionem, quando præferatur doti, ego late dixi in 1. *tom. Tit. 6. cap. 2. fol. 236.*

8 At creditor expenſarum factarum in alendo equo, vel quovis animali, præfertur omnibus creditoribus Domini in eorum pretio, *Tuſc. lit. H. concl. 131. n. 28. Surd. de alim. tit. 8. privil. 62. ex num. 12. Carlev. ubi ſup. num. 6.* hanc concluſionem approbat *Dom. de Alex. loc. cit.* Nam adeſt diverſa ratio deducta ex *tex. in interdum, ff. qui potiores in pign.* quia in conſervatione equi aliti, vel alterius rei conſervatæ ineſt utilitas omnium creditorum.

9 Et licet famuli, & miniſtri in bonis dominorum habeant tacitam tantum hypothecam, & proinde voluerunt aliqui, ut non præferantur, niſi ſolum poſterioribus creditoribus, *Grat. ad Capyc. Latr. deciſ. 181. num. 7. ex Berlich. concluſ. 64. num. 65. tom. 1.* Tamen præferuntur aliis creditoribus etiam anterioribus, dummodo famuli ſint neceſſarii, & ſalarium ſit conventum; nam famuli, qui ſunt ad ſuperfluum ornatum, & ſine quibus honeſte vivere poſſet juxta conditionem perſonæ, non habent hoc privilegium, ita *Carlev. lib. 1. tit. 3. diſp. 29. num. 3.* ubi allegat *Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 5. n. 12.*

Et ratio eſt, quia ſalarium famulorum neceſſario-

rum

Digitized by Google

TERTIUS TITULUS

De Salario Famulorum, & aliis cauſſis modicis.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

CAuſſa modica, & cauſſa inter ſtipendiarios expediuntur viva voce per Officialem idiotam, & quæ praxis ſervatur, num.1.

Cauſſa modica, quæ ſint, num.2.

Cauſſa vilium, & pauperum perſonarum, etiam in magna ſumma expediuntur ſummarie, num.3.

Cauſſa alimentorum, & ſalarii medicorum, & aliorum, ſimiliter de plano expediuntur, quod intellige in alimentis futuris, non in præteritis, num.4.

Creditor ex cauſſa frumenti, vel pecunia mutuo data, ſed in alimentis converſa, quando poteſt filios, & uxorem cogere ad ſolvendum, num.5.

Uxor, & filii quando tenentur ſolvere penſionem domi, quando maritus non eſt ſolvendo, num.6.

Creditor ex cauſſa alimentorum, ſive pecuniæ data ad alimenta, præfertur omnibus creditoribus anterioribus, num.7.

Creditor pro alendo equo, vel alio Animali, præfertur omnibus creditoribus in eorum pretio, num.8.

Famuli, & Miniſtri in bonis dominorum habent tacitam hypothecam, & præferuntur creditoribus anterioribus, dummodo ſint famuli neceſſarii, & ſalarium ſit conventum, num.9.

Faber lignarius, & Cementarius pro refectione domi præfertur etiam Pharmacopolæ inquilino creditori medicamentorum, num.10.

Alimentarius præfertur creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, num.11.

Salarium non conventum in operibus non debetur, & ut debeatur quid probari debeat, num.12.

Salarium Præceptoribus liberalium artium, ut Medici, Aſſeſſores, ludi Magiſtri, & ſimiles, debetur, etiam non conventum, & ex officio conſtituitur, num.13. *& vide num.26.*

Conſuetudo ſervanda eſt in ſalariis ſolvendis, etiam non conventis, num.14.

Procurator ſive ad lites, ſive ad negotia, non poteſt prætendere ſalarium, niſi fuerit conventum, ſed in Regno Procurator ad lites ſemper habebit ſalarium, etiam non conventum, num.15.

Salarium famuli per triennii ſpatium præſcribitur, ſive potius præſumitur ſatisfactum, & quando ceſſat dicta præſumptio, num.16.

Operarii, fabrimurarii, & ſimiles opifices perfecto opere ſatisfacti præſumuntur, num.17.

Famulo infirmo ſalarium non debetur durante infirmitate, num.18.

Operarius impeditus a pluvia pro rata temporis tantum habebit mercedem, num.19.

Famulus diſcedens non finito tempore, non poteſt petere ſalarium, & ſic è contrario, ſi dominus expellat famulum, tenetur dare integrum ſalarium, num.20.

Operas ſuas locans, ſi per ipſum non ſtetit, poteſt petere ſalarium, num.21.

Advocato præſtandum eſt ſalarium, licet non ſit cauſſa finita, quando per ſe non ſtetit, num.22.

Advocatus in morbum incidens, habebit ſalarium, etiam ſi alium Advocatum ſuſcepit Cliens, num.23.

Advocatus non tenetur reſtituere mercedem pro futuro patrocinio acceptam, quando cliens non requiſivit patrocinium, num.24.

Advocatus tuta conſcientia retinet ſalarium acceptum, ſi detegens malam fovere cauſſam, deſerit Clientem, num.25.

Advocato debetur ſalarium, etiamſi non ſit conventum, num.26.

Advocatus ſi moriatur, hæredi debetur integrum ſalarium pro toto anno, infra quem moritur, num.27.

Salarium Doctoris eſt privilegiatum, ſicut mulier pro dote, ut præferatur creditori vigore inſtrumenti eodem die ſtipulati, num.28.

Salarium Advocatorum, & Exactorum pro vincenda lite, & exigendis debitis, ex quibus ſatisfiat creditoribus, ſolvitur cum prælatione, num.29.

Vicario Epiſcopi, quando debetur ſalarium non conventum, & quando non, num.30.

Mercedis cauſſa eſt inappellabilis, quando mercenarius non habet unde ſe alat, prout cauſſa alimentorum etiam eſt inappellabilis, num.31.

Nullitas notoria impedit cauſſam mercedis, & alimentorum, num.32.

Appellatio admittitur in ſalario non convento, num.33.

Nullitas notoria ſuſpendit executionem in omni cauſſa, dummodo ſit contra expreſſum caſum legis, & contra ſcripturam publicam præſentatam, ſecus quando ſcriptura eſt præſentanda, & ſecus de jure communi, num.34.

Notarii merces quomodo taxatur, num.35.

Pragmatica 4. de Notar. *non ſervatur circa taxam Notarii, ſed ſervatur circa paratam executionem ad ſimplicem oſtenſionem libri Notarii,* num.36.

Praxis committendi taxam intra Neapolim, & extra, num.37.

Formula mandati facti contra debitorem confeſſum cum advertentiis, num.38.

1 IN cauſſis modicis, & quæ tractantur inter ſtipendiarios, proceditur per Officialem idiotam ex non ſcripto viva voce ſolum ſuo arbitrio ſine conſilio Judicis, mandando debitori per unum Servientem Curiæ, quod ſolvat; vel die ſequenti compareat coram eo, niſi dubium aliquod occurreret in jure, aut factum eſſet valde intricatum, quia tunc ad conſilium Judicis remittitur. Aliquando Officialis mandat, ut ſtatim debitor accedat coram eo, & ſi debitor erit ſuſpectus, mandat, ut ducatur coram eo, quo debitore veniente, creditor oretenus exponit ſuam intentionem, & debitor opponit, quod ſibi videtur, & ſic ſummarie, & oretenus auditis partibus, præcipitur viva voce, quod ſolvat, & aliquando, quod non diſcedat, niſi facta ſolutione, vel probet, quod dicit, prout negotii qualitas expoſtulat.

Quæ praxis fundatur in Regno ex *ritu* 115. *&* 187. & de jure communi ex *text. in §. ſit tibi in auth. de mandato Princ. & auth. niſi breviores, C. de ſent. ex brev. recit.* quam praxim approbat *Carav. ſup. d. rit. ibi, & Sanfel. in prax. ſect.* 28. *n.* 2. *fol.* 119. *Maſcat. in gl. petitur p.* 1. *n.* 34.

2 Et quæ ſint iſtæ cauſſæ modicæ, quæ ſine ſcriptis, & ſine conſilio Aſſeſſoris tractantur, diximus in Præludio hujus Operis, nempe in Regno, quando cauſſa non excedit duos Auguſtales, ideſt infra carolenos triginta, ex diſpoſitione Conſtitutionis, *Dilationes in judicio tit. de dilationibus*, ut late in dicto Præludio diximus.

3 Item cauſſæ vilium, ſeu pauperum perſonarum expediuntur ſine ſcriptis, licet quantitas non ſit modica, ex diſpoſitione dicti §. *ſit tibi, & text. in auth. niſi breviores*; licet alii fuerint in opinione, quod utrum-

utrumque requiratur, ſcilicet paupertas perſonæ, & modicitas pretii, ſive quantitatis, quod non arridet, nam ubi eſt modicitas, non requiritur paupertas, & ubi eſt paupertas, non requiritur modicitas, & demum ſemper Judicis arbitrio remittitur, ut concludit *Carav. in rit.* 115. *in fin.*, ubi multos allegat; ſed ex novo ſtylo M.C.V. infra ſummam 12. ducatorum fit decretum, *quod capiatur ſummaria informatio*, & fit facultas, & ſententia, uti diximus in Præludio hujus Operis, & infra 30. carolenos expeditur viva voce.

„ Ubi etiam videre eſt, quod obſervavimus ex *nov. Conſtit.* pluries, pluriéſque memorata, §. v. *num.* 1. circa modum in ipsâ præſcriptum procedendi in cauſſis infra ſummam ducatorum duodecim.

4 Simili modo de plano proceditur in cauſſis alimentorum, in ſalario Medicorum, Notariorum, Advocatorum, Exactorum, in expenſis funerum, & ſimilium cauſſarum, in exactione redditium liquidorum, juxta plateam, & librum Monaſterii, Eccleſiarum, vel Baronum, ut dixi ſupra in *Cap. de libris*.

5 Debitum, quod pater facit recipiendo frumentum, vel pecuniam mutuo, & illud, vel illam convertit in alimentis filiorum, ſublevando familiam, inopia laborantem, ipſo effecto non ſolvendo, filii, vel uxor, qui aliti ſunt ex pecunia, vel frumento, pretium tenentur ſolvere, *Bart. in l. his ſolis, ff. de condit. indebiti, Rom. ſing.* 213. *Surd. in tract. de alim. tit.* 8. *privil.* 48. *num.* 5. & 6. *Novar. part.* 1. *qu. for.* 22.

Dummodo probetur fuiſſe converſam in alimentis, niſi erat pecunia, quia tunc præſumitur pro alimentis, *Surd. ubi ſupr. Viſcont. concl. lit. P. verb. Pater*. Proinde *Capolla caut.* 322. monet, ut mutuum fiat expreſſe in cauſſam alendi filios, & uxorem, ut res ſit magis clara, & tuta. *Caroc. deciſ.* 118.

6 Amplietur etiam in penſione domus, in qua ſimul cum Patre, vel marito ſteterunt, ut in ſubſidium filius, & uxor teneantur, *Novar. qu. for.* 122. ita pluries deciſum refert in M. C. V. ex *Surd. conſil.* 420. *num.* 9. *Coſta de remed. ſubſidiar. rem.* 12. *num.* 3. *Mancin. deciſ. Mantuan.* 49. Quia habitatio venit appellatione alimentorum, licet *D. Carol. Roſa in Conſuet. ſi quis conduxerit fol.* 184. *num.* 7. teneat contrarium, nempe mulierem eſſe pro dote præferendam locatori, & non teneri ad locationem, quia mulier tenetur virum ſequi, quocumque migraret etiam coacte, & allegat *Zerron. ad Conſuetud. Burdigal. tit. de locat.* §. 4. Tamen opinio *Novar.* magis ſtringit. Nam in ſubſidium principali obligato deficiente datur actio contra ipſos, qui ſenſerunt commodum, & ex aliis ibi per *Novar.* ponderatis.

Et licet *D. Carolus de Alexio*, contrarium quoque concludat cum *Urſill. ad Affl. deciſ.* 184. *Gallup. de Luca*, & aliis ibi citatis per *text. in l. Adverſarius, C. ad Vellejan.* ubi mulier conducens prædia, obligatur pro ſe, ſed ſi maritus conducit, non poteſt obligari pro marito, nam juvatur Vellejano.

Ego vero non recedo ab opinione *Novarii*, quia dictus *text.* vel non eſt applicabilis, dum loquitur, quando maritus conducit prædia in quibus intercedit mulier, & non principaliter aliquod commodum ipſa ſentit.

Quod ſecus eſt in conductione domi, ubi ipſa ſimul cum marito commodum ſentit principaliter, quo caſu militat regula, qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. juris*, vel eſt applicabilis pro opinione *Novarii*, dum ex eodem *text.* habetur forſan contrarium, quod dicti *Doctores* ſentierunt; nam *text.* ſtatuit teneri uxorem, quando principaliter pro ſe conducit, & quando vir non eſt ſolvendo, videtur tacite ipſa mulier non intercedere pro alio, ſed pro ſe principaliter, & pro marito inope, pro quo ipſa tenetur.

Nec obſtat, quod maritus tenetur dare alimenta, & habitationem uxori, & filiis, & proinde ipſi ſint exempti a tali debito.

Quia regula ſtat in contrarium, ut uxor, & filii pariter teneantur alere patrem, & ei dare habitationem, quando pater eſt impotens, & ſic mirum non eſt, quod uxor, & filii cogantur in ſubſidium pro patre ad debitum pro communi ſubſtentatione contractum.

Nec obſtat, quod ſicuti ſecundus conductor liberatur ſolvendo primo conductori, ita uxor, qui dotem dedit viro primo conducenti, debeat haberi pro liberata, quia inter conjuges non datur prima, & ſecunda locatio, ſed una fuit pro communi conjugum utilitate.

Et æquum eſt, ut filii, & uxor teneantur pro debito alimentorum, & penſione domi, ut alliciantur creditores ad pauperes ſublevandos, ne deſtituti pereant. Quod privilegium eſt ſimile expenſis funerum, ne uti bruti inſepulti remaneant, & medicamentis ultimæ infirmitatis, ne deſtituti moriantur.

Et facit *text. in l. ſi eum ff. ſi certum petatur*; Ubi certi condictione tenetur mihi reſtituere ille, ad quem pretium rei meæ pervenit, & *Gl. in l. his ſolis, ff. de condict. indebiti*, dicit, poſſe repeti pecuniam ab illo, cui ſolutio profuit, ſi ſoluta fuit illi, qui ſolvendo non eſt.

Verum hæc concluſio limitatur, ut procedat, quando conſtat maritum non fuiſſe ſolvendo tempore, quo conduxit domum, vel accepit mutuam pecuniam, ſeu alias res pro alenda familia, ita *Staib. m. reſol.* 64. *num.* 36. *t.* 1. ex *Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 48. *num.* 6. *verſ. ſed ſane prima opinio*, *Grat. tom.* 1. *cap.* 107. *num.* 7. & 7013. *num.* 10. *tom.* 4. Sed vide diſſidentes *Doctores* ſuper hoc in *obſerv. ad d. Staib. num.* 37. *d. reſol.* 64.

7 Et illa regula, quod creditor ex cauſſa alimentorum, ſive pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis præfertur omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expreſſam hypothecam, ut *Felic. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *Rodrig. de concurſ. creditor part.* 1. *art.* 3. ex *num.* 19 *Carleval. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 29. *num.* 2. rejicitur, & falſa reputatur a *D. Carol. de Alexio, in doctiſſimis, & ſubtiliſſimis obſ. ad Latran.* 117. *num.* 21. Nam ſi dicta regula eſſet vera, daretur prælatio non ſolum pro expenſis, & medicamentis ultimæ infirmitatis, ſed etiam pro aliis, quod abſurdum eſt; & alias rationes vide apud dictum *de Alex.* qui pulchre, & ſeſte loquitur ibi more ſuo; & de mutuante ad refectionem, quando præferatur doti, ego late dixi in 1. *tomo Tit.* 6. *cap.* 2. *fol.* 236.

8 At creditor expenſarum factarum in alendo equo, vel quovis animali, præfertur omnibus creditoribus Domini in eorum pretio, *Tuſc. lit. H. concl.* 131. *n.* 28. *Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 62. ex *num.* 12. *Carlev. ubi ſup. num.* 6. hanc concluſionem approbat *Dom. de Alex. loc. cit.* Nam adeſt diverſa ratio deducta ex *tex. in hinterdum, ff. qui potiores in pign.* quia in conſervatione equi aliti, vel alterius rei conſervatæ ineſt utilitas omnium creditorum.

9 Et licet famuli, & miniſtri in bonis dominorum habeant tacitam tantum hypothecam, & proinde voluerunt aliqui, ut non præferantur, niſi ſolum poſterioribus creditoribus, *Giur. ad Capyc. Latr. deciſ.* 181. *num.* 7. ex *Berlich. concluſ.* 64. *num.* 65. *tom.* 1. Tamen præferuntur aliis creditoribus etiam anterioribus, dummodo famuli ſint neceſſarii, & ſalarium ſit conventum; nam famuli, qui ſunt ad ſuperfluum ornatum, & ſine quibus honeſte vivere poſſet juxta conditionem perſonæ, non habent hoc privilegium, ita *Carlev. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 29. *num.* 3. ubi allegat *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12.

Et ratio eſt, quia ſalarium famulorum neceſſario-

rum

Digitized by Google

rum eſt debitum alimentorum.

Et quod famuli pro ſalario præferantur omnibus creditoribus anterioribus etiam hypothecariis, tradit etiam *Decian. conſ.* 108. *vol.2. num.23. & Sebaſtian. Mantic. in §. Item ſervitia n.38. Inſtit. de action.*

Hæc opinio quoque impugnatur a *Rodriquez in tract. de privil. creditorum part.1. art.3. num.26.* & a dicto *D. de Alexio* eadem ratione, qua ſupra. Tamen opinio indiſtincte admittitur, quando res pervenit ex eodem negotio, pro quo debetur ſalarium, ut ſi in ipſa laborem impenderunt, vel ſi in ultima infirmitate inſerviverint, *D. de Marin. & D. de Alexio ubi ſupra.*

10 Adeo eſt vera hæc concluſio, ut præferatur etiam medicamentis, ex. gr. Si Cementarius, & Faber lignarius inſtauravit, & refecit domum præfertur Pharmacopolæ Inquilino, qui pharmacum dedit locatori ægro, ut concludit *Dom. Conſ. de Roſa in ſua inſigni gloſſographia ad conſuet. ſi quis conduxerit, fol.284. num.8.* ubi aſſignat rationem, quia illi actionem habent in rem, cujus cauſſa penſio debetur, *arg. l. creditor, ff. d. reb. credit. l.1. ff. de ceſſ. bonor.*

11 Pharmacopola vero habet actionem in perſonam pro mercede, & alimentarius pro alimentis habent hypothecam tacitam privilegiatam, & præferuntur aliis anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, ita poſt *Neguſant. Natta, Menoch. Roman. Gigat, Rot.* & alios tradit *Borgnin. Cavalc. dec.23. num.31. lib.1. & dec.44. num.46. in fin. lib.1. & decis.5. num.9. & 18. lib.2.* ſequitur *Carocc. de locat. & conduct. part.5. tit. de ceſſion. qu.5. n.4. Sanfel. dec.113. n.4. & 5.*

12 Salarium non conventum in operibus non debetur, *Capibl. de Baron. c.11. num.12.* ex *Text. in l. ſalarium, C. mandati.*

Hanc concluſionem limita primo, ubi unus ſoleret conducere, & alter locare operas ſuas, quia tunc pro ſolita mercede ſervitia præſtari cenſentur.

Unde ad effectum exigendi conventum, duo extrema ſunt probanda, nempe quod unus ſolet conducere, & alter locare operas ſuas, ita concludit *Epiſc. Riccius part.1. dec.65. num.1.* ex *Alex. conſ.109. in principio lib.6. Caſtr. conſ.346. lib.1. Rimin. ſen. conſ. 349. num.3. & conſ.356. num.29. lib.2. Rot. diverſ. dec.539. par.1. & coram Card. Lancilot. in una Romana mercedis 17. Februarii* 1581.

Et quod non ſufficit probare alterum tantum eſſe ſolitum conducere, vel locare, *Rota coram Cardin. Arigo in una Romana mercedis 19. Febr.* 1593. *Grat. ad Capyc. Latr. dec.185. n.42.*

Licet contrarium concludit *Rota Genuenſ. dec.105. num.5.*, nempe quod iſta duo copulative non ſequantur, ſed unum ſolum requiſitum ſufficiat.

Secundo limita, ubi qualitas perſonæ aliud ſuaderet, quia ſimiliter tunc ſubintelligitur pro ſolita mercede ſervitia præſtari, *Capibl. ubi ſupra*, ex *Text. in l. ſed ſi ſuſceperit, §.1. in verbo medicus, ff. de judic.*

Concluſio enim ſupra firmata procedit in famulis tantum, & vilioribus perſonis, quæ ſæpe numero inſerviunt pro expenſis, etiam ſine ſalario.

13 Secus dicendum in iis, qui vacant honeſtioribus diſciplinis, & muneribus; Illis enim ex officio conſtituitur ſalarium, ut ſunt Præceptores liberalium artium, & quibus eadem ratio doctrinæ competit, & favor ſtudiorum ſuadet, ut Medici, Aſſeſſores, ludi Magiſtri, & ſimiles, ita *Epiſc. Riccius d. dec.85.* ex *Gratiano diſcept.257.* per *Text. in l.1. ff. de variis, & extraordinar. cognit. D.D. in l.1. C. de profeſſorib. & medicis lib.10.*

14 Tertio limita, ubi de conſuetudine aliter ſervatur, nam illa eſſet attendenda, tanquam maxima pars juris, quo utimur; In ſalariis enim ſolvendis multum defertur conſuetudini.

Unde ſi in loco, in quo præſtatur opera, ſoleret ſolvi ſalarium, etiam non conventum, debet ſolvi, quamvis non probaretur aliqua conventio, *Epiſc. Riccius ubi ſupra decis.85. num.4.* ex *Soccin. conſ. 196. lib.2. Hyppol. Riminald. in addit. ad Jacobin. Riminald. conſ.349. lib.2. Rebuff. de famulor. ſalar. gloſ.3. ad med. tom.2. fol.239. Rota coram Rev. Patr. D. Binarino in una Romana mercedis 16. Jun.* 1570. quæ eſt inter *deciſiones Rotæ diverſ. 559. p.1.*

15 Sed hic adverte, quod in Curia Archiep. Neapolis fuit deciſum contra Procuratorem petentem ſalarium pro patrocinio, & procuratione præſtita, ut refert *Riccius ubi ſupra*, qui concludit, quod mandatarius ad lites, Procurator ad negotia, aut ſimiles, nullum ſalarium poſſunt petere, nec per actionem mandati contrariam, nec officio Judicis, niſi fuerit conventum, ex *Guid. Pap. decis.68.* & ſequitur *Rota coram Rev. Patr. D. Orano in una Rom. Rationis Bancariæ 14. Martii 1594. Surd. de alim. tit.1. qu.61. n.3.*

Diſtinguunt alii, quod per Procuratorum ad negotia non poteſt peti, niſi fuerit conventum, Procuratori autem ad lites debetur, etiam quod non ſit conventum, ita concludit *Ant. Barra obſer.28. n.3. cent.4.* ex *Cyn. in l.1. qu.3. C. mandati, Natta conſ.376. num.1. & 6. & gl. in verbo ſi extra ordinem in fin. l. ſalarium ff. mandati, Rota in una Toletana mercedis 14. Maii* 1568. ita judicavit, & ſub Dom. *Sarmiento* die 30. Aprilis 1568. fuit in alia cauſſa taxatum in ſcutis ſeptem pro quolibet menſe, & per Sacrum Conſilium fuit deciſum deberi ſalarium Procuratori ad lites ab Archiepiſc. Neapolit. non ſolutum ejus vita, nec petitum, & fuit dictum ſalarium liquidatum a die mandati procurationis uſque ad diem obitus dicti Archiep. Non obſtante, quod fuit oppoſitum obſtare Bullam *Pauli III.* quæ eſt 43. *in ord. fol.443. in Bulla impreſſa Romæ* 1586. & d. Bulla eſt ſub data 21. Aprilis 1545. per quam ſtatuitur, ut ſalarium Dom. Cardinalium, Epiſcop. &c. non debeatur, niſi pro duobus annis, dummodo infra annum obitus petatur, alias peti non poterit ob præſumptam ſatisfactionem, & ſic fuit interpretata dicta Bulla, ſolum in famulis, qui menſatim habent ſalarium, non in Procuratoribus ad lites, nec in Medicis, *Grat. ad Capyc. Latr. decis.185. a n.8.*

Et quod in Procuratore ad lites ex antiqua conſuetudine ſit taxandum ſalarium arbitrio Judicis, concludit *de Marin. lib.1. reſol.31. n.3.* ex *Petr. de Gregor.* & aliis ibi citatis.

Et ubi aliud ſervatur de conſuetudine, dicta conſuetudo ſervanda eſt, ut ſupra, *Surd. de alim. tit.1. quæſt.61. n.3. Marant. in ſing. verb. Salarium.*

16 Salarium famuli ſi per triennium non fuit petitum, hoc triennii ſpatio præſcribitur, ut firmat *Gam. decis. 334. num.154. Ricc. collect.283. part.2.* & quod elapſo triennio illius petitio non admittatur, concludit *D. Reg. Petr. tit.156. n.27.* ex *Durant. reg.206. Rebuff.* & alii ibi, imo ex *Bulla Pii V.33. in Bulla* 973. ex biennio præſcribitur Romæ, ut idem *Ricc. & Gratian. dec.53.*

Et præſumptio ſolutionis elapſo triennio procedit, etiam de jure communi, in locis, ubi non eſt tale ſtatutum, ut contra alios firmat *Andreol. contr.245. n.5.* ubi citat *Bertazzol. conſ. civ.118. Surd. decis.105.* & reprehendit *Reg. de Marin. reſol.311.* volentem ſalarium non præſcribi minori tempore annorum 30. Nam diverſa ſunt allegare præſcriptionem, vel præſumptionem ſolutionis, & pro hoc allegat *Menoch. conſ. 1257. n.10.*

Infertur ex hoc, quod contra dictam præſumptionem poteſt probari contrarium; Item ceſſat dicta præſumptio, quando apparet facta calculatio partitarum inter eos; Item ceſſat dicta præſumptio in viris nobiliter ſervientibus in obſequio Magnatum, ut

late

Digitized by Google

late *Scop. ad Gratian. dec.* 53.

17 Imò Operarii, Fabrimuram, & alii ſimiles opifices, quibus dietim ſatisfit, perfecto opere, ex communi obſervantia præſumuntur ſatisfacti, ut notabiliter dicit *Galiaſ. in conſ.*86. *n.*15. *& Jo: Baptiſta Coſta in tract. de ration. rat. qu.*128. *num.*14. quos allegat, & ſequitur *Paſcul. de virib. patr. pot. part.*4. *cap.*6. *n.*74. *Giurba deciſ.*13. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*4. *glo.*18. *p.*5 *n.*35. *Molegnanus altercat.*71. *n.*21.

18 Famulo infirmo neque debetur ſalarium pro tempore infirmitatis, *Viv. tom.*1. *opi n.*275. *Miſull. ad Capyc. deciſ.*125. *num.*7. *Gizz. ad Capyc. Latr. dec.*185. *num.*21.

19 Operarius ſi ſit impeditus pluviâ, ne in opere verſetur, non debet conſequi a conductore integram mercedem totius diei, ſed tantum pro rata temporis, quo operatus, *Cabull. reſol. crim. caſu* 294. *Scial. in prax. for. cap.*25. *n.*12. *D. Reg. Petra rit.*69. *n.*21.

20 Famulus diſcedens non finito tempore, non poteſt petere ſalarium pro tempore, quo ſervivit, ſi Dominus tantum damnum ſentiat pro receſſu, & ſic e contrario, ſi Dominus expellat famulum abſque cauſſa, famulus ipſe poteſt petere integrum ſalarium, *Paſcal. de virib. patr. pot. p.*4. *cap.*6. *n.*36. *Scial. de foro Offic. cap.*33. *n.*375.

21 Et regulariter operas ſuas locans, ſi per ipſum non ſtetit, quo minus operas præſtaret, ſed ſtetit per conductorem, poteſt petere ſalarium, *l. quo operas, ff. locat., Capibl. prag.*16. *n.*38. *Scial. in prax. for. jud. cap.* 25. *n.* 12.

22 Hinc fit, ut ſalarium Advocato ſit præſtandum per Clientulum licet non ſit finita cauſſa, quando non ſteterit per Advocatum, quo minus cauſſam ageret, *l.*1. *§. Divus, ff. de variis, & extraord. cognit. Carrab. ſing.*216.

23 Idem concluditur, ubi Advocatus in morbum inciderit, & adhuc ſi cliens alium ſuſceperit patronum.

24 Et idem ſi mercedem acceperit pro futuro patrocinio, & cliens amplius patrocinium non exquiſiverit.

25 Imo ſi Advocatus deſerit tutelam, quia cognoſcit cauſſam malam foveri a Cliente, poterit tuta conſcientia ſalarium acceptum retinere, *De Marinis* ita concludit ſupradicta omnia in *reſol.*13. *l.*2. ex aliis ibi relatis.

26 Advocato debetur ſalarium, etiam ſi non ſit conventum, *l.*1. *§. Advocatus, ff. de var. & extraord. cognit. Fuscus dec.*11. *n.*3. & alii relati per *Gizz. ad Capyc. Latr. deciſ.*185. *num.*28. & hoc eſſe ſpeciale privilegium Advocatorum, dicit *de Marin. lib.*1. *reſol.*311. *num.*3. *Ricc. part.*1. *deciſ.*85. & vide *num.*33.

27 Immo ſi Advocatus moriatur, adhuc hæredi debetur integrum ſalarium pro toto anno, infra quem moritur, & tranſmittit ad hæredes, *l. poſt duos* 15. *C. de Advoc. diverſ. Judic.*, ubi licet loquatur littera de Advocato Fiſci, in ſummario tamen de quolibet Advocato ſummatur, & ſic a DD. exponitur, ut late *Gizz. ubi ſupr. num.*30. *Capyc. deciſ.*125.

28 Et ſalarium Doctoribus promiſſum eſt privilegiatum, ſicut pecunia dotalis; Unde ſi eodem die appareat inſtrumentum ſalarii promiſſi, & alterius debiti, tunc præfertur Doctor in ſuo ſalario, ſicut mulier in ſua dote, *Bald. in l.*1. *ff. ſolut. matrim. n.*23. *Jaſon in l. diem functo, ff. de Aſſeſſor. num.*2. *Gizz. ad d. dec.*185. *num.*33.

29 Salarium Advocatorum, & Exactorum pro vincenda lite, & exigendis debitis, ex quibus ſatisfiat creditoribus, ſolvitur cum prælatione, *Carlev. lib.*1. *tit.*3. *n.*4. ex *text. in l. interdum* 5. *ff. qui potiores in pignore habeantur.*

30 Et Vicario Epiſcopi etiam debetur ſalarium, licet non ſit conventum, *Ricc. d. deciſ.*85. *par.*1. *De Marin. lib.*1. *reſol.*311. de qua re vide aliquas limitationes apud *Gizz. ad Capyc. Latr. deciſ.*158. *num.*15. ubi habes deciſiones, & motiva, ex quibus aliter induci poteſt, ut fuit decretum contra Vicarium Nolæ 1596. Quia non probavit ſalarium conventum, nec ſolitum ſe locare operas, nec Epiſcopum ſolitum conducere, & quia Vicarius habuit habitationem, & victum pro ſe, & famulo, & emolumenta Vicariatus, & vivente Epiſcopo numquam petiit ſalarium, & fama publica erat, quod inſerviebat ſine ſalario, & quod erat Diœceſanus; nam Diœceſani ſolent eſſe contenti ſolo honore officii.

Et Vicarius Capitularis debet facere librum omnium dirictuum Cancellariæ, & ſucceſſori Epiſcopo illos conſignare, ut Sacr. Congr. Concilii reſcripſit Epiſcopo Guardiæ Alferiæ. ubi Roſarius Riccius meus filius ad præſens præſidet Vicarius Generalis illuſtriſs. & Reverendiſs. Dom. D. Jo: Andreæ Muſcarellæ Epiſcopi exemplaris vitæ, incomparabilis doctrinæ, & morum ſuavitate fulgidi, & cum ſit articulus novus, & notatu dignus, hic placuit inſerere.

Guardiæ.

Modernus Epiſcopus, cui Vicarius Capitularis denegat fructus Cancellariæ, illos ſede Epiſcopali vacante maturatos, ſupplicat injungi eidem Vicario, ut præfatos fructus eidem tradat, atque conſignet.

Die 6. Maii 1690. Sacra Congregatio Concilii cenſuit dauda eſſe decreta, alias hac de re ab hac Sacr. Congregatione emanata, & ſignanter in una Agrigentina 17. Aprilis 1627. tenoris ſequentis... Agrigentina... Sacra, &c. cenſuit emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis obvenientia ex juriſdictione, & ſigillo, aut alias undequaque neque ad Vicarium ſpectare; ſed debere fructus ſucceſſori reſervari, ſi ad Epiſcopum, Eccleſia non vacante, pertinuiſſent. Ita reperitur in regiſtro autographo decretorum S. Congr. Concilii lib.4. fol.331.at. In quorum fidem hac die 26. Januarii 1704.

J.B. Thomat. Epiſc. Cyrenen. S.C.S. Sed.

31 Cauſſa mercedis habet aliud privilegium, ut ſententia lata in favorem petentis mercedem ſit inappellabilis, quoad actum ſuſpenſivum; ſolum admittitur ad actum devolutivum, modo ſit ita pauper mercenarius, ut non habeat, unde ſe alat, & ratio aſſignatur; quia tunc merces illa habet rationem alimentorum futurorum, ut late *D. Conſ. Altim. q.*15. *Rubr.*5. *de nullit. tom.*1. *n.*12. *&* 22. ex *Rot. diverſ. deciſ.*746. *n.*3. 767. *&* 774. *part.*1. *Reginell. de appell. §.*2. *cap.*3. *n.* 280. *Zacchin de ſalario. qu.*107. *num.*4.

32 Quæ concluſio limitatur, ubi ſententia eſſet notorie nulla, & injuſta, ut idem *D. Altim. n.*29. deciſum refert in M.C.V. & confirmatum per Sacr. Reg. Conſ. inter illos de Bellis cum Sebaſtiano Vitale, in banca Galli, & *Rot. in Anconitana mercedis* 20. *Decembris* 1602. *coram R.P.D. Sacrato, Zacchin de ſalario quæſt.* 107. *num.*18. & vide *num.*34. inferius.

33 In ſalario vero non convento ſemper admittitur appellatio ad utrumque effectum ſuſpenſivum, & devolutivum, *Altim. ibid. num.*21. *&* 75. ex *Marcheſan. cap.*29 *n.*24. *de commiſſ. par.*1.

Item quando agitur de mercede inter eum, qui non eſt ſolitus locare operas ſuas, & eum, qui non eſt ſolitus conducere, *Scacc. de appell. qu.*17. *limit.*8. *n.*10. *Marcheſan. de commiſſ. part.*1. *tit. de commiſſ. appellati in cauſſa merced. §.*1. *n.*58. *D. Altim. ubi ſup. n.*75.

34 Per nullitatem vero ſuſpenditur executio in omni cauſſa, dum nullitas ſit notoria, apparens ex eiſdem actis, ex *Prag.*5. *§.*2. *de offic. S. Reg. Conſ.*

Et dummodo ſint contra expreſſum caſum legis, vel contra ſcripturam publicam in actis præſentatam, & ſic in Regno non admittitur alia probatio etiam per publicas ſcripturas præſentandas, ut advertit *D. Al-*

tim.rubr. 1.q.5.n.1. Secus de jure communi, ut docet *Muſcat. par. 1. gloſ. nullitates nu.51.* & vide ſupra hic *n.32. & in tit.5. de ſignific.n.16.*

35 Notarii merces eſt taxata in Regno per *Prag.4. de Notar.* ut pro rogationibus uſque ad 25. uncias ſolvantur caroleni quinque, a 25. uſque ad 50. carol. decem, a 50. uſque ad 75. carol. quindecim, a 75. uſq; ad centum carol. viginti, ultra centum uncias carol. triginta, & ultra non poteſt exigi, ſub pœna, ut in *d. Pragm.* Sed quia pactiones, & clauſulæ in inſtrumentis poſt *d. Pragm.* ita excreverunt, ut illa taxa incongrua viſa fuerit, non potuit *d. Prag.* ſervari, ſed taxa fit hodie juxta qualitatem negotiorum, & perſonarum, ac laboris, ut deciſum fuit ad beneficium Notarii Troyli Schivelli contra hæredes q.D.Jo: de Cardines, teſte *Thor. in 3. part. compend. in verbo Salarium fol.222.* & quare potuit hæc *Pragm.* ab uſu rejici, aſſignantur pulchræ rationes a *Dom. Maradei in aureis ſuis ſingul.ad Pragm.ſing.227.*

36 Verum ſervatur *d.Pragm.* circa aliud, quod mandat, ut ſine proceſſu ad ſimplicem productionem libri Notarii, in quo inſtrumentum deſcriptum apparet, fiat executio contra illos, ad quorum inſtantiam rogationes factæ apparebunt.

37 Et practica erit, ut porrigatur memoriale ad Spectabilem Dominum Præſidentem S. R. C. qui taxam committat alicui Notario; Qua commiſſione præſentata illi Notario, fit requiſitoria utrique parti, & oſtenſo libro fit taxa; a qua ſi non appellat, ſtatim exequitur, & ſi appellet committitur alteri, prævia liſta ſuſpectorum.

Sed extra Neap. dicta taxa committitur per Gubernatorem loci, & ita practicatur in dies, & in caſu gravaminis ſolet appellari ad Dominum Præſidentem S.R.Conſ. qui in hoc Regno fungitur officio Prothonotarii, & adeſt Actuarius Notariorum, cui præſentatur appellatio, & ita regulariter, & frequentius ſervari vidi, licet vidi ſervari quoque dictam appellationem fieri ad Judicem ſecundarum cauſſarum, & ad alios Judices appellationis.

Circa ſalarium medicorum vide in *ſequ.Tit.*

38 *Form. mandati facti contra confeſſum.*

Die 26. Decembris 1697. in caſtro T. Curia, &c. Per ſubſcriptum Capitaneum, & ejus Curiam fuit injunctum mandatum ad inſtantiam T. de T. prout mandatur T. de T. reo convento præſenti, &c. quod ad pœnam dupli debiti infraſcripti infra dies octo dare, & ſolvere debeat dicto T. præſenti, &c. carolenos tot, vel duc. ſex una cum expenſis præſentis mandati, ad quos confeſſus eſt tenere pro tali cauſſa, & ita fuit mandatum dicto T. præſenti, & audienti, &c.

Et ubi debitor confeſſus ſit debere, tamen opponeret ſatisfactionem, vel aliam exceptionem; tunc fit mandatum, ut ſupra, ſed cum comminatione, ſive cum clauſula, v3.

Verum ſi infra eundem terminum docuerit de allegata ſatisfactione, ſeu T. exceptione, non moleſtetur.

Vel, nec non infra eundem terminum doceat de allegata ſatisfactione, ſive T. exceptione, alias mandatum firmum remaneat, & ita, &c.

Et hæc form. mandati practicatur tam in modica ſumma, quam in magna, quando conventus confitetur debitum; Quia eo ipſo, quod debitor confitetur in judicio debitum, non requiritur alius ordo judiciarius, ſed tantum fit præceptum, quod ſolvat, *DD. in l. unica, C. de confeſſis, Marant. in part.4. diſt.9.n.169.*

Sed hoc intellige in ſummis infra duas uncias, *Caravit. rit.187.* & nos diximus ſupra in *cap.4. de apoca, & ſcriptura privata n.8.*

Finis Tertii Tituli Tertiæ Speciei.

QUARTUS TITULUS

De Salario Medicorum, & expenſis funerum.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Creditor pro funerali, pro medicamentis, & ſalario medici in ultima infirmitate præfertur etiam doti, & fiſco, num.1.

Expenſa funeralium, quæ ſint, num.2.

Infirmitatis expenſæ repetuntur, etiam ſi fuerint invito ægroto factæ, num.3.

Appellatio non impedit ſolutionem expenſarum ultimæ infirmitatis, num.4.

Maritus quas expenſas repetit, & quas non, num.5.

Pharmacopola inquilinus pro pharmacis locatori erogatis non præfertur Fabro lignario & Cæmentario, n.6.

Inquilinus ſi non habet unde funeretur, funerari debet ex bonis in domo conductâ illatis, & reſiduum tantum poteſt locator retinere, num.7.

Medici ſalarium, quomodo taxatur in Regno, num.8.

Dom. D. Carol. Petra Regens, *laudatur.*

Dom. Franciſcus Maradei, *laudatur.*

Viſitationes medici in feſto ad honorem Dei non ſolvuntur, num.9.

Medico unicum debetur ſalarium, quando pacta mercede infirmum curavit, ſi recidit, num.10.

Medicus præfertur creditoribus etiam hypothecariis abſque tamen aſſenſu, num.11.

1 Creditores pro funeralibus, vel pro medicamentis, vel pro ſalario medicorum ultimæ infirmitatis præferuntur etiam fiſco, etiam dotibus cum expreſſa hypotheca, etiam legitimæ, & dicitur cauſſa pia, contra *decif. Vincent. de Franch.51.* & contra *deciſ. Surdi*, & contra alios omnes, ſic fuit deciſum anno 1637. *Capyc. Latr. dec.47. & Gizz. ibidem*, ubi multæ aliæ deciſiones referuntur contra *Franch.* & alios, *Viſcont. ad Præſ. de Franch. d.dec.51. ad Revert. dec.430.* etiam in habentibus expreſſam hypothecam, ubi multos modernos citat, & antiquos refellit, *Gallup. p.3. cap.2. num.44. & part.4. cap.3. num.18.* & hæc opinio eſt verior, & hodie uſui recepta, ut late *Staiban. obſer.64. num.1. tom.1.*

Et hodie hæc opinio omni caret dubitatione, dicit *D. Roderius omni laude digniſſimus in conſ.39.* ubi innumeros allegat, ibique concludit, quod

2 Funeralium impenſarum appellatione veniunt non ſolum illæ, quæ ſunt abſolute neceſſariæ ad humationem cadaveris, ſed etiam miſſæ, recitationes officiorum, eleemoſinæ, veſtes lugubres totius familiæ, & ſimilia, quando tamen defuncti patrimonium creditoribus onuſtum non remanſit, ſecus ſi hæreditas creditorum mole gravata eſſet, quia tunc ea fieri licent,

Digitized by Google

cent, quæ ſunt ſimpliciter neceſſariæ ad honeſtam cadaveris humationem.

Et quæ ſint neceſſariæ, & quæ ſuperſluæ Judicis arbitrio remittuntur.

Et in Civitate Neap. funerum expenſæ fiunt ex portione hæreditatis liberæ, non de portionibus conſuetudini ſubjectis, niſi in ſubſidium, prout in ſubſidium detrahuntur, etiam ex bonis fideicommiſſatis.

3 Et expenſæ infirmitatis repetuntur, etiam ſi fuerint invito ægroto erogatæ, *D.Roder.ubi ſup.*

4 Et appellatio a ſententia ſuper expenſis ultimæ infirmitatis non admittitur, *D.Roder.loc.cit.*

5 Et maritus repetit expenſas erogatas pro diuturna uxoris ægritudine, pro qua dotis fructus non ſufficiebant; Nec proteſtatio viri requiritur, ſe feciſſe animo repetendi, ſed cautius ageret, ſi proteſtatio fieret:

Verum maritus non repetit expenſas ultimæ infirmitatis, tum ratione fructuum dotis, tum ex maritali affectione, etiamſi eſſet indotata, & ſi maritus negligens erit in curanda uxore, privatur lucro dotis.

Sed repetit expenſas pro funere uxoris ab hærede uxoris, & ſolum tenetur pro rata lucri dotis, ut late dictus *D.Roder.* quem conſule ſi occurrit.

6 Verum Pharmacopola Inquilinus, qui dedit pharmaca locatori ægro, non præfertur Fabro lignario, & Cementario, qui domum reſtauraverunt, ut diximus ſuperius in *cap.antecedenti*, ex *Dom. Carol.de Roſa ad conſuet. ſi quis conduxerit n.8. fol.284.*

7 At ſi Inquilinus, ſive conductor domi moriatur, & non ſit unde funeretur, tunc funerari debet ex bonis in prædio, vel domo conducta illatis, & locator poterit retinere ſolum, quod ſupereſt factis funeralibus, idem *D.Carol.Roſa ubi ſup.num.9.* per *tex.in l.at ſi quis, §. ſi colonus, ff. de religioſ. & ſump. fun.*, & *l. quæſitum ff.de privileg.creditor.*

8 Medicis in noſtro Regno eſt taxatum ſalarium per Conſtitutionem Regni, quæ incipit. *Quia nunquam ſcribi poteſt ſub Rubr. de Medicis*, & taxatus eſt modus viſitandi; Nempe, quod bis in die viſitare debet infirmum, & ſemel in nocte, & recipere pro mercede medium tarenum in die intra Civitatem, extra vero tarenos tres, & expenſas, aut quatuor ſine expenſis; Quæ tamen conſtitutio hodie non ſervatur, teſte *D. Reg. Petra* juris gloria, maximæ veritatis indagatore, *rit.267.nu.69.tom.3.*

Et die 2. Januarii 1580. in Sac.Conſ. fuit deciſum in cauſſa Hyeronymi Capoceſili Medici contra Duciſſam Bojani, ſalarium Medici eſſe taxandum ſecundum labores, & ſervitia præſtita, ut notavit *Dom. Maradei* vir undique clariſſimus in doctiſſimis ſuis annotationibus *annot.247.ad Pragm.4.de Notar.nu.2.*

9 Viſitationes vero factæ die feſtivo ad honorem Dei, Medico non ſolvuntur, *Magon. dec. Florent. 11. nu.8. D.Reg.Petra rit.99.nu.15.*

10 Et Medico, qui pacta mercede infirmum curavit, ſi reincidit in morbum, unicum debetur ſalarium, idem *Reg.Petra ibidem.*

Et in concurſu creditorum patrimonii qu.Ill.Ducis Nuceriæ Donati Antonii Loffredi.Doct.

11 Medicus Jo:Baptiſta Melchione fuit declaratus creditor in duc.30. pro ſalario, & mercede ultimæ infirmitatis, pro quibus fuit deciſum per Reg.Cam., quod præferatur cæteris creditoribus dicti Patrimonii, etiam hypothecariis, abſque tamen aſſenſu, ut ex *arreſto 694. fol. 181. ſub die 14. Martii 1636. De Marinis ubi ſup.* ſed latius in *obſerv.ad Revert.dec.486.* ubi innumeros citat invicem contrarios; Reprobata *dec. de Franch.51.* & hoc bonum, & æquum eſt pro publica utilitate, quæ præferenda eſt privatæ, ne inopes moriantur omni auxilio deſtituti, dum creditores tenentur alere debitorem carceratum, & infirmum in carcere curare.

Finis Quarti Tituli Tertiæ Speciei.

QUINTUS TITULUS

De Praxi Cauſſarum damni dati, & aliis cauſſis ad Curiam Bajuli pertinentibus.

PRÆLUDIUM.

Quia in damnis datis proceditur ſine ſcriptis, & dictæ cauſſæ ſpectant ad Curiam Bajuli, opportune in hac Tertia Specie judiciorum, quæ ſine ſcripturis fiunt, putavi aliqua dicere circa Praxim Bajularem in hoc Quinto Titulo.

Qui dividitur in IX. Capita.

I. Cap.de Juriſdictione, & Poteſtate Bajuli, ejuſque Judice ſecundarum cauſſarum.

II. Cap.de Compendio Conſtitutionum, & Pragmaticarum ſuper officio Bajuli.

III. Cap.de Privilegiis Curiæ Bajularis.

IV. Cap.de Fida, & Diffida.

V. Cap.de Pœnis damni dati.

VI. Cap. de Formulis, & methodo actitandi per Bajulum.

VII. Cap.de Jure Plateæ, Aſſiſæ, Ponderum, & menſurarum.

VIII. Cap. de Statuto, ut credatur juramento damnum paſſi.

IX. Cap. de Statuto Univerſitatis Moliterni contra incidentem arborem alienam.

CAP. I.

De juriſdictione, & poteſtate Bajuli, ejuſque Judice ſecundarum cauſſarum.

SUMMARIUM.

Bailivi, & non Bajuli antiquitus dicebantur, hodie Bajuli dicuntur, num.1.

Bajulus eſt ſpecialis Judex in damnis datis, privative quoad Capitaneum loci, reprobato Rovito, num.2.

Bajulus recognoſcit etiam de aliis cauſſis civilibus cumulative cum Officiali Baronis, & refertur deciſio inter Univerſitatem Aquariæ, & ejus Baronem, nu.3.

Conſtitutio Regni locorum Bajuli declaratur, num.4.

Bajuli juriſdictio regulatur a conceſſione, & conſuetudine, num.5.

Abbatia S. Angeli ad Raparium habet juriſdictionem Bajularem in Caſtro Saraceno, & refertur deciſio, ubi fuit excluſa a cognitione aliarum cauſſarum, num.6.

Adm. Rev. D. Martius de Santis laudatur, num.7.

Ill. Dux, & Duciſſa Caſtri Saraceni laudantur, num.8.

Damnum datum cum violentia, vel cum dolo cumula-

tive ſpectat ad Bajulum, & Capitaneum, & quando Bannum eſt latum per Capitaneum, pœna banni ſpectat ad Curiam bannientem, num.9.

Offenſus poteſt agere civiliter, & criminaliter, ubi eſt criminalitas; vel ad pœnam capitularem ad arbitrium a principio, nec cogitur uno potius, quam alio modo agere, num.10.

Bajulus non poteſt prætendere remiſſionem cauſſæ, ubi damnum eſt factum cum violentia, vel dolo, num.11.

Statutum, ut eſt in Terra Laurini, & Altavillæ, ne quis audeat querelare ad Curiam Capitanei pro damnis datis, declaratur, num.12.

Pœna ultra damnum, & ultra auguſtalem exigi non poteſt per Bajulum prætextu doli, rejecto Rovito, & Rendella, *ſed ſolum poteſt dicta pœna alterari per Curiam Baronalem*, num.13.

Pœnæ capitulares, ubi eſt commixtum delictum, intelliguntur cumulative, ſed non excludunt, quin Baro procedat criminaliter, num.14.

Bajulatio continet ſub ſe paſſagia, foreſtagia, plateatica, jus dobanæ, jus ſcannagii, ponderum, menſurarum, & alia, num.15.

Laurini Univerſitas, & Plagenarum ejus Caſalium habent Bajulationem privative quoad Capitaneum in damnis datis, & cumulative quoad alias cauſſas civiles cujuſcumque magnæ ſummæ, num. 16. *& alia vide* num.27.

Bajulus procedit in cauſſa damni infecti, & contra gallotos, paſſagerios, & plateatios, num.17.

Appellatio a Curia Bajulari fit ad Curiam Baronalem regulariter, & a Baronali ad Judicem ſecundarum cauſſarum, num.18.

Bajuli delinquentes in eorum officio puniuntur per Baronem, ſed delinquentes in eorum adminiſtratione juriſdictionis, puniuntur per M.C.V. ita quoque Syndici, Camerlinghi, & Electi, num.19.

Bajulus adminiſtrans juriſdictionem, tenetur ſtare Syndicatui, num.20.

Bajulatio intelligitur conceſſa in generali conceſſione juriſdictionis, num.21.

Bajulus poteſt tenere carceres, & poteſt requirere Judicem loci pro carcere, num.22.

Bajulus poteſt fungi officio Judicis, & Actuarii ſimul, & tenere conſultorem de convicinio, num.23.

Bajulus habetur uti Baro civilis; tamen habet arbitrium exercendi juriſdictionem per ſe, vel per Judices, a ſe creatos, quod non licet Baroni, nec officiatoribus, num.24.

Bajulus cognoſcit de delictis ſuorum Miniſtrorum, & ſervientium, citra tamen relegationem, & pœnam extraordinariam, num.25.

Bajuli poſſunt portare arma extra habitatum, num.26.

Laurini Univerſitas eligit Officiales, & Servientes Bajulationis, & quas prærogativas habet, num.27. *& vide* num.16.

1 BAllivi, & non Bajuli dici debent, *Ant. Sergens de Neap. Illuſtr. cap. 10. nu. 16. Reg. Tapp. de Jur. Regn. tit. de offic. Bajuli, Rendell. de paſc. cap. 9. par. 2. fol. 207.*

Et quos vulgo appellamus Bajulos, Bajuli non ſunt, ſed veterum Ballivorum Nuntii, & Officiales, qui *Nuntii* proprie vocantur, & in quibuſdam locis *Jurati*, vel *Caſtaldi*, *Rendell. de paſcu. in 4. part. cap. 3. fol. 244.*

Hodie ex communi uſu loquendi Bajuli dicuntur, & in Regno habemus *Pragm. de offic. Bajul.* & conſtitutionem *locorum Bajulus*, & conſtitut., *ad officium Bajuli*; & conſtitutionem, *omnes Bajuli*, & ſic in conſtitutionibus, & Pragm. *Bajuli* appellati ſunt ſemper.

2 Bajulus in Regno noſtro eſt Judex ſpecialis deſtinatus in cauſſis damni dati, in quibus habet juriſdictionem, & poteſtatem privative, quoad Capitaneum loci, ex Conſtitut. Regn. *Juſtitiarii*, ubi *Afflict. nu. 31. & Scyal. de for. comp. cap. 26. n. 47.* ubi reſilit *Rovit. in pragm. 1. num. 18. de offic. Bajuli*, dicentem, quod Bajulus in damnis illatis habet juriſdictionem cumulativam cum Capitaneo loci, & inter eos datur præventio per *l. 1.* ubi *Salyc. & alii C. de officio præfecti prætorii*, *Grammat. dec. 30. de Ponte tit. 2. de poteſt. Proreg. §. 1. num. 19.*

3 Sed vera ſententia, quod juriſdictio Bajularis cognoſcit non ſolum de damnis datis, ſed de aliis cauſſis civilibus, & de furtis minimis, & de aſſiſiis, & pœnæ exactione ſuper ponderibus, & menſuris, & quoad cognitionem damni dati juriſdictio Bajularis in Regno conceſſa eſt Univerſitatibus, privative, quoad Curias Baronales, ſed de ſupradictis aliis cauſſis cumulative conceſſa eſt, ut *Reg. de Marin.* deciſum refert in Regia Camera Summariæ inter Mattheum Comitem Baronem, & Univerſitatem Aquariæ, *reſol. 213. num. 19.* quam ſequitur *Novar. grav. 56. in fine tom. 1. & Redoer. ad d. de Maria.*

Ideo ſic intelligendus eſt *Dom. Ageta in §. 9. de Jure Bajulationis part. 1. fol. 81. num. 25.* ubi tam pro cognitione damnorum, quam aliarum cauſſarum civilium parvi momenti, concludit, Bajulationem eſſe privative conceſſam quoad Baronales Curias, ex *Capiblanc. in pragm. 8. nu. 361. & Vinc. Brilla ad Conſuet. Neap. tit. 16. cap. 2. num. 3.* quia intelligendi ſunt cum dicta diſtinctione relata a *D. Reg. de Marin. ubi ſupra.* & idem ſolertiſſimus *Dom. Ageta* concludit *par. 1. §. 6. de Jure Dobanæ memb. 1. ex nu. 34. & in par. 2. §. 9. de Jure Bajulat. num. 24. fol. 81.* ex doctrina *Alderiſ. qu. 27. nu. 3. de aſſiſtentia.*

4 Et licet per Conſtitutionem *locorum Bajuli*, fuit conceſſa non ſolum cognitio cauſſarum civilium, ſeu criminalium levium; tamen hodie ſervatur conſuetudo, prout unaquæque Univerſitas reperitur in poſſeſſione.

5 Bajularis tamen juriſdictio regulatur non ſolum ex conſuetudine, ſed etiam prout peculiari conceſſione reperitur elargita, ut notat *Brilla ad Conſuet. Neap. tit. 16. cap. 2. n. 19. ex Capibl. n. 353. in pragm. 8. par. 1. & Tap. in rubr. de offic. Bajul. nu. 2.*

6 Unde cum Abbatia Sancti Angeli ad Raparium prætenderet exercere civilem juriſdictionem in Caſtro Saraceno, quæ Terra eſt antiquiſſima a Saracenis ædificata; ex eo, quia conſtabat in actis eſſe in quaſi poſſeſſione Bajulationis dictæ Terræ, fuit dicta Abbatia excluſa a dicta civili juriſdictione, ut ex actis in Sac. Conſ. in Banca Scacciaventi: & ratio aſſignatur per *Roſam in Conſuet. Civitatis Capuæ inſerta in conſuet. Neap. fol. 14. num. 138.* quia juriſdictio Bajularis de damnis datis, & juriſdictio civilis de aliis cauſſis differunt ſpecie; juriſdictio enim Bajulationis eſt magis infima, quam juriſdictio civilis, & a *DD.* appellatur juriſdictio fundaria; propterea niſi cum Bajulatione, Bajulus ſit in poſſeſſione, vel etiam in quaſi poſſeſſione civilis juriſdictionis circa alias cauſſas, vel peculiari conceſſione, vel ex legitima conſuetudine approbata non comprehenditur una ſub alia. Et hodie dicta Abbatia Sancti Angeli jam exercet Bajulationem in dict. Caſtro Saraceno circa damna data tantum, & juriſdictio civilis circa omnes alias cauſſas exercetur per Curiam Ducalem dicti Caſtri, ut mihi

7 teſtatus eſt admodum Rev. U. J. Doctor D. Martius de Sanctis, Juvenis bonis moribus, integritate, & doctrina præditus, dicti Caſtri Patritius, & meus alumnus.

8 Et utilis Dom. & Dux dicti Caſtri eſt Ill. D. Thomas Grecus dignus vir Illuſtr. Duciſſæ D. Antoniæ Rovito, y Quinnones neptis illius Regentis Roviti immortalis nominis per totum Orbem decantati, cujuſque bona, & glorias dicti meritiſſimi conjuges hæreditaverunt, & vaſſallis tanquam filiis dominantur.

9 Eſt

9 Eſt quoque advertendum, quod Bajulo intelligitur juriſdictio conceſſa privative quoad cauſſas mere civiles tantum damni dati, ſine violentia, & ſine dolo, ſecus quando territorium eſſet bannitum per Capitaneum; ut deciſum inter Univerſitatem Orioli, & ejus Marchionem, refert *Capiblanc. prag.8.p.1.n.367.*

Et ſecus de damnis datis cum violentia, vel cum dolo, quia tunc infertur injuria damnum paſſo, & conſequenter eſt cauſſa mixta, quæ reſpectu violentiæ, & doli eſt criminalis, & tunc cognitio dicti damni cumulative ſpectat ad Bajulationem, & ad Curias Capitanei ad arbitrium illius, qui damnum patitur cum injuria.

10 Nam damnum paſſus, ſicuti quilibet offenſus habet liberum arbitrium pro injuria ſibi illata, vel agendi civiliter ad conſecutionem intereſſe tantum, juxta appretium damni dati, vel ad pœnam civilem capitularem; Vel agendi criminaliter, querelam criminalem exponendo pro punitione delicti commiſſi cum violentia, vel cum dolo, & in conſequentiam ad emendam damni. Nam unicuique liberum eſt a principio uno, vel alio modo agere, ut in §. *liberum inſtit. de leg. Aquil. Muſcat. in prax. crim. tit. de cognit. ſeu probat. delictor. in rubr. de incend. ruin. & naufra. arborib. inciſis, damno dato, & aliis num.46. Thorus in compend. verb. damnum.*

Quando igitur damnum paſſus velit civiliter agere, vel pro pœna capitulari, vel pro emenda damni, certe non cogitur invitus querelare criminaliter ad Capitaneum, & ſi velit agere criminaliter, quando adeſt violentia, vel dolus damnificantis, poteſt accedere, ſi vult, ad Curiam Capitanei, querelam criminalem exponendo.

11 Unde non poteſt in duobus caſibus Bajulus prætendere remiſſionem cauſſæ; Primo, ubi territorium ſit bannitum in Curia Capitanei; Secundo ubi conſtet de dolo, vel violentia, at ſi non conſtiterit, certe ceſſante dolo, vel violentia, debet cauſſa tamquam civilis remitti ad Bajulationem; Criminalitas enim ratione injuriæ non ſpectat ad Bajulum, *Rendell. de Paſc. par.2. cap.9. Affl. in Conſtit. Bajuli locorum poſt num.9. Bald. de pac. juram. firmand. §. injuria, verſic. quaro an ſi damnum ſit injurioſe illatum.*

12 Imo, etiamſi adſit ſtatutum, ut eſt in Terra Laurini, Altavillæ, & in multis aliis locis, quod nullus audeat pro damnis datis accuſare, vel querelare ad Curiam Capitanei ſub certa pœna conventionali inter Cives, intelligendum eſt dictum ſtatutum de damnis ſine violentia, ſive dolo; etiam ſi verba eſſent clara, & diſponentia in illis cum violentia, & cum dolo, debent dicta verba impropriari, & intelligi ceſſante injuria, aliter ſtatutum eſſet contra jus, & non ſervandum, quod remitteret delicta, & peccata futura, quod abſurdum eſt, *Thor. in compend. deciſ. verb. damnum, Capibl. in Pragm. 8. part.1. num.366.* confert, quæ dixit *Clarus in §. homicidium verſ. ſed nunc quaro Farin. qu.119. num.17. & tit. de accuſ. q. 14. num.7.* ubi ſtatutum non valet, ſi pro homicidio ponatur pœna pecuniaria.

13 Nec eſt verum illud, quod *Rovit. in d. Pragm.1. de Offic. Bajul. num.4. & Rendell. de paſcu. par.1. cap.17. verſ. fin.* dixit, nempe, quod damnum, quando data opera fit, tunc etiam Bajulus poſſit exigere pœnam, quæ ſummam damni excedat, *d. Pragm. de offic. Bajul.* non obſtante, per quam ſtatuitur, ne pœna poſſit excedere damnum, dicentes, quod *d. Pragm.* non loquatur de damno data opera commiſſo.

Nam hoc pace tantorum virorum eſt contrarium clare in *d. Prag.* ibi in §.1. *Animalia cum cuſtode, vel ſine eo reperta*, ecce quod *d. Pragm.* loquitur non ſolum de damno facto abſque Cuſtode, ſed etiam quando data opera Cuſtodis factum ita ſonant illa verba; *Animalia cum cuſtode, vel ſine.*

Concluditur ergo, quod dum *Pragm.* loquitur etiam de animalibus cum Cuſtode repertis in damno, non licebit Bajulo exigere pœnam ultra ſummam damni, & ultra auguſtalem, ſive animalia ſint reperta cum cuſtode, ideſt cum dolo, & data opera cuſtodis, ſive ſine cuſtode, ideſt ſine dolo, vel culpa cuſtodis; ſed ſolum Curiæ Baronali, quæ merum, & mixtum imperium habet licebit, ultra ſummam damni, & ultra auguſtalem pœnam exigere, ob damnum data opera illatum, & hoc ratione criminis, quod ex dolo oritur, *Capib. lib.2. cap.45. & lib.1. Pragm.8. par.1. nu.365.* Tunc enim punitur contemptus, & malitia damnificantis.

14 Adeo hoc eſt verum, quod ubi Univerſitates in ſuis capitulationibus, vel parlamentis appoſuerunt pœnam contra incidentes arbores, fraudantes gabellas, & in aliis, ubi adeſt delictum fraudis, vel furti; tunc dicta pœna capitularis dicitur pœna conventionalis inter Cives, quæ intelligitur cumulative addita; ſed non excluſive poſita, quod Baro privetur cognitione dicti criminis; Nam Baro adhuc poteſt punire delinquentem, ſi criminaliter offenſus velit agere, *Capiblanc. lib.2. cap.41. num.13. ex Bertazzol. Cephalo, & aliis ibi.*

Verum in minimis toleratur, & attenditur pœna ſolita, & conſueta privative quoad Capitaneos, idem *Capibl. lib.1. Pragm.8. par.1. num.367. ex Marant. diſp.3. in fin. De Franch. dec.340. num.9.*

15 Sed quando damnum eſt doloſum cum injuria, ſemper poteſt agi criminaliter in Curia Capitanei, idem *Capibl. d. num.367.* Diximus ſupra, quod hodie Bajuli non habent æqualem juriſdictionem, ſed attendenda eſt loci conſuetudo, & prout in poſſeſſione conſervati ſunt; alii enim habent parvam juriſdictionem circa damna tantum; alii habent magnam juriſdictionem, ut ſunt Bajuli Litii, Coſentiæ, Catanzarii, Cajetæ, Neapolis, ut ait *D. Ages. in d. §.9. de Jur. Bajulat. par.2. fol. 81.* ubi dicit quod regulariter Bajulatio continet ſub ſe etiam paſſaggia, foreſtagia, jus plateæ, jus dohanæ, jus ſcandagii, ponderum, & menſurarum.

16 Univerſitates Laurini, & Caſalium Plagenarum habent Bajulationem cum magna Juriſdictione privative ad Capitaneum, quoad damna data, & cumulative, quoad cauſſas civiles cujuſcumque magnæ ſummæ, & etiam pro furtis uvarum, glandium, & aliorum fructuum, paleæ, aratrorum, & ſimilium, juxta ſtatuta Bajularia, & pro furto nivis, quam natura includit ex ſe in quibuſdam profundis foſſis in montibus, etiam pro criminibus dependentibus ex damnis datis, ut ſi quis verberet, vulneret, vel occidat animal damnificans, ſi quis eximat animal interceptatum, procedit contra fraudantes aſſiſiam, jus plateæ, & facit præambula ad beneficium hæredis, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, dat Tutores, & Curatores, decernit, quod expedit minoribus vendere, aut aliter contrahere, & alia facere poſſe, & alia vide *num.27.* & ita in quampluribus Curiis Bajularibus vidi quoque practicari, & in aliquibus non; nam nonnulla uſu, & conſuetudine ſunt abrogata, & ſecundum uſum, & conſuetudinem loci manuteneri debent in poſſeſſione, ut doctiſſimus *Ageta* concludit *in d. §.9. de Jure Bajulat. nu.32. ex Franch. dec.397. nu.10.* ubi *De Luca, ex Capiblanc. de Baron. pragm.8. nu.353. Rendell. de paſcuis cap.10. par.2. Lagan. n.7. in rubr.*

17 Et Bajulus poteſt recipere cautionem damni infecti, & mittere in poſſeſſionem ex cauſſa damni infecti, ut in Conſtit. Regni, *Magiſtri Camerarii.*

Procedit contra Gabellotos, Paſſagerios, Platearios, ſummarie pro extorſionibus, ut in Conſtit. *Auctoritatem.*

18 A gravaminibus Curiæ Bajularis appellatur ad Curiam Baronalem, *Affl. in Conſtit. Magnæ noſtræ Curiæ in-*

tra

Digitized by Google

tra num.6. Frecc. de ſubfeud. lib.2. in 16. auctor. fol.349. Niger in c. Regni, ad quietem publicam nu.13. De Marin. lib.2. reſol.213. n.23. & lib.2. reſol.39. n.2.

Licet in aliquibus Civitatibus, & locis tenent Judicem appellationis diverſum, & attenditur conſuetudo, aut privilegium loci.

Hic adverte, quod ſententia Capitanei in gradu appellationis factæ a Bajulo, dicitur prima cauſſa reſpectu ſecundæ, ubi Baro habet primas, & ſecundas cauſſas, & a Capitaneo appellatur ad Judicem ſecundarum cauſſarum ejuſdem Baronis, *Rendell. de poſc. num.2. c.9. in medio fol.155.*

19 Bajuli delinquentes in eorum officio, inquiſitio ipſorum remittitur ad M. C. V. ut ipſos puniat, & eſt *Text. in Conſt. Regn. cum juxta.*

Et hodie extat *Pragm. Comitis Olivares ſub tit. de Offic. Magiſtr. Juſtitiarii pragm.49.* quæ hodie eſt 47. quæ mandat.

Bajulos, Syndicos, Electos, Camerarios, vulgo detti, *Camerlinchi*, non eſſe puniendos per Magn. Curiam, ſed per eorum Barones, etiamſi delinquant in eorum officio; volens, quod *Ritus* 49. 51. & 62. M.C. quod de delictis Officialium ſola M.C. cognoſcat, non comprehendat dictos Bajulos, Syndicos, Camerlingos, Electos, &c. Verum pro delictis, quæ committuntur in adminiſtratione juriſdictionis, quæ eis competat exercere, aut per privilegium, aut conſuetudinem Civitatis, Terræ, aut loci; tunc d. M. C. V. dumtaxat, & non alius Officialis poſſit, juxtà dictum *Ritum*, cognoſcere de delictis contra dictos Bajulos, Electos, &c. ſub pœna ducatorum biſmille. Vide *Campagn. cap. Regn. ad quietem nu.13. & in fin. Rovit. prag. 1. num.27. de offic. Bajuli*, qui docet indiſtinctè poſſe per Baronem cognoſci, etiamſi exercendo juriſdictionem delinquat, & *Affl. in Conſtit. Regn. M. Cur. num.6. Scyal. de for. compet. cap.26. nu.23. & Dann. tom.1. tit. de offic. in gen. cap.1. per totum*, licet diſtinguat juxta *d. Pragm.* ut ſupra, tamen teſtatur ex auctoritate *Reviti* fuiſſe remiſſum ad Curiam Baronalem Montis Fuſculi, Bajulum inquiſitum de falſitate commiſſa in exercitio ſui officii, *num.12.* Et dum Electus in exercitio ſui officii diſtribuendo cartellas pro hoſpitio militum, offenſus fuit, fuiſſe offenſorem remiſſum ad Baronalem Curiam Mirabellæ, & quendam Doctorem Terræ Colubrani offendentem alapa Syndicum actu, quo ducebat Commiſſarium Vicariæ contumaciarum ad domos dicti Doctoris, dum M.C.V. decreverat non eſſe remittendum, dictum decretum fuiſſe revocatum, teſtatur, & remiſſum ad Curiam Colubrani, & poſtea idem *Danza eod. tit. de offic. cap. 4. num.5.* ſibi ipſi contrarius concludit, quod includuntur in *d. ritu* 49. Judices Bajulorum, Portulanorum, Ponderum, menſuræ, & Siclæ, & ſic deciſum refert ex *Capibl. pragm.1. num.76.* in dicta ampliatione, etiam in officialibus ſecundarum, & tertiarum cauſſarum.

20 Bajulus adminiſtrans juriſdictionem tenetur ſtare Syndicatui, *Pragm.1. §.4. de offic. Bajul. Pragm.3. §.1. eod. tit.4. Pragm.5. de Syndic. Offic. Anna ſing.48. Scial. c.33. de foro offic. nu.200.*

21 Et in generali conceſſione juriſdictionis cum omnibus juribus, & introitibus intelligitur virtualiter conceſſa etiam juriſdictio Bajularis, & Bajulatio, *Reg. Moles qu.22. dec.59. Capibl. Pragm.8. p.1. nu.352.* quos citat, & ſequitur *Lagan. ad Rovit. in rubr. de Offic. Bajuli num.8.*

22 Bajulus licet habeat ſimplicem juriſdictionem poteſt tamen tenere carceres, ex *l. 2. ff. de in jus vocando*, ibi: *Qui coercere aliquem poſſunt, & jubere in carcerem duci valeat*, *Capibl. prag.8. par.1. num.356.* poſt *Andr. in conſtit. Regni locorum Bajul.*

Et ſi non habent carceres, poſſunt requirere Judicem loci, ut brachium impartiatur, & carceratos in ſuo carcere admittat, *Capibl. ubi ſupr. num.359.* poſt *Rovitum in pragm. de Offic. Bajuli num.19. & in pragm.2. de juriſdict. non turband. nu.38.*

23 Et licet Officialibus ſit prohibitum fungi officio Judicis, & Actuarii, quo caſu acta ſunt nulla, ut dixi in *2. tomo de patentibus offic. cap.4. num.3.* poteſt tamen Bajulus utrumque officium exercere ob tenuitatem officii, & utilitatem publicam, *Capibl. d. Prag.8. par.1. num.368.*

Tenetur omnia facere cum voto Conſultoris, ſed non tenetur habere aſſiſtentem, ſufficit, quod teneat unum, ſive de eadem terra, ſive de convicinis terris, & ita deciſum pro Bajulo Coſentiæ refert *Capibl. d. Pragm.8. par.1. num.370.* ne gravetur ſumptu magis, quam officium patiatur.

24 Et Bajulus licet habeatur, ut Baro civilis, & Barones non poſſunt per ſe exercere, ſed creare debent Judices, & Officiales pro exercitio, tamen ob eandem rationem tenuitatis officii habet arbitrium, ut ipſemet exerceat juriſdictionem. vel poteſt creare unum, vel duos, & uſque tres Judices, & in hac Civitate Neap. creantur quinque Jud. de quinque Sedilibus.

Verum Baro, qui cum Baronia habet quoque Bajulationem, tenetur Judices conſtituere pro decernendis damnis, & miniſtranda juſtitia, quia tunc ceſſat illa ratio legis; Neque Affictatoribus Bajulationis eſt licitum per ſe exercere, ad evitandas extorſiones, & libri falſitates. ita deciſum pro Univerſitate Piſticii cum Barone, refert *Capibl. Prag.8. par.1. n.372.*

25 Poteſt Bajulus cognoſcere de delictis ſuorum miniſtrorum, & ſervientium, licet ſit incapax juriſdictionis criminalis; ita deciſum in Collat. Conſ. pro ſerviente Bajularis Curiæ, qui vulneravit alium in actu officii, *Capibl. d. pragm.8. par.1. num.375.* ex auctoritate *Farinacii qu.1. n.57.*

Quæ tamen concluſio limitatur in delictis ultra relegationem; ne remaneat inſufficienter punitus, nam inſufficienter punitus poteſt iterum puniri, *c. de his*, ubi *DD. de accuſat.*

Quia Judex civilis licet ratione contemptus ſuæ juriſdictionis poſſit punire delicta, tamen extraordinaria pœna, & non ordinaria. *Menoch. qu.91. nu.2. de arbitr. Capibl. ubi ſup. num.376.*

26 Bajuli poſſunt arma portare extra habitatum, ſed non intus habitatum, *Novarius tom.1. grav.378. ex Tapp. in conſt. Regni locorum Bajul. Carrab. de Syndic. par.1. n.93. Taſſon. de antefat. verſ.3. obſerv.3. n.296.*

Et ut refert *Anna ſing.47.* quem citat remiſſive *Capibl. in pragm.8. par.1. num.360.* & meminit *Thor. in tom.1. comp. fol.46. verb. arma portare*, Univerſitas Vici in cauſſa cum ejus Barone obtinuit, quod circa poteſtatem aſportandi arma a Bajulo caperetur informatio, & quod interim liceret Bajulo arma aſportare extra Civitatem tantum, & hoc *d. Ann.* refert deciſum anno 1556. per Reg. Conſ. de Rubeis, a quo deſcendit Dom. Hyacinthus de Rubeis Terræ Vaſti U.J.D. undequaque doctiſſimus maximæque probitatis, morumque ingenuitate ornatus, indiſſolubili familiaritatis Jure meis filiis conjunctus. Scio tamen quod

27 Univerſitas Laurini, quæ antiquiſſima, & nobiliſſima, ac Baroniſſa eſt juriſdictionis ſecundarum cauſſarum, juriſdictionis Portulaniæ, ac Bajulationis cum cognitione privativa quoad Curiam Capitanei circa damna data, & cumulativæ circa omnes alias cauſſas civiles, ut ſupra dictum eſt; eligit Electos ſeparatim, duos de Nobilibus, & duos de Populo. Habet duo Sedilia, unum magnum, & aliud parvum. Habet tria Caſalia, nempe Piagonas ſuperiores, inferiores, & Caſale Fonga; Quæ Caſalia fruuntur eiſdem privilegiis, honoribus, & prærogativis; ipſaque Terra cum dictis Caſalibus congregata eligit Judicem ſecun-

Digitized by Google

cundarum cauſſarum, Portulanum, eligit Judices, & Actuarium, & Conſultorem Bajulationis, & octo Bajulos, qui habent onus exigendi jus plateæ, proventus, & alia jura Bajulationis, & cuſtodiendi confinia territorii demanialis, & defenſarum, tam Univerſitatis, quam particularium civium, & alia loca a damnis, & carcerandi damnificantes, & unus ex dictis octo Bajulis appellatur Magiſter juratus, ſive Magiſter Bajulus, ideſt Caput aliorum Bajulorum, cui fit commiſſio aſportandi arma per Exc. Ducem dictæ Terræ D. D. Joſeph Spinelli ex Principibus Oliveti, puerum quidem magnæ ſpei, cujus Balii, & Tutrices ſunt Exc. D.D. Clara Carafa Duciſſa mater, & Exc. D. Victoria Carafa Duciſſa Avia ex Principibus Hoſtillani; quæ admiratione quidem, & veneratione maxima dignæ ſunt, ob eximias, & incomparabiles earum virtutes, & pro jure ſigilli d. commiſſionis ſolvuntur caroleni duodecim ad Secretarium dicti Exc. Ducis; & dicti ſeptem ſocii notantur in calce dictæ commiſſionis, & omnes octo aſportant omnia arma permiſſa familiæ Curiæ dicti Ducis, tam intra habitatum, quam extra, tam de nocte, quam de die, tam uniti, quam ſeparati, & deſerviunt tamquam Barricelli Curiæ Bajulari, & hoc ex antiqua conventione inter Univerſitates, & Duces anteceſſores, qui octo Bajuli ſolvunt nomine Univerſitatis ad ærarium Ducalem annuos duc. centum, & duos, pro dicta Bajulatione per Principes Salerni de domo Sanſeverina conceſſa ad beneficium Univerſitatis tit. locationis perpetuæ cum onere dicti cenſus reſervativi Reg. Aſſenſu vallata, ut ego meis hiſce oculis vidi, & alia dixi ſupra *nu.* 16.

C A P. I I.

De compendio Conſtitutionum, & Pragmaticarum ſuper officio Bajuli.

S U M M A R I U M.

C*Onſtitutiones Regni ſuper officio Bajuli emanatæ, quæ ſint*, num. 1.

Conſtitutio Regni, cum per Partes Apuleæ, *continet quatuor capita, & quæ ſint declarantur, & contra ipſius tenorem, nec banna, nec ſtatuta fieri poſſunt, & ſervatur in toto Regno*, num. 2.

Animalia, quæ de contrada vicina veniunt, non ſunt franca a pœna, ſicuti illa, quæ veniunt a longo contrada, num. 3.

Pragmaticæ de officio Bajuli *uſque ad noſtram tempeſtatem quinque ſunt editæ*, num. 4.

Pragmatica 1. *ſub compendio explicatur*, num. 5.

Pragmatica 2. *quid ſtatuat*, num. 6.

Pragm. 3. *per capita compendioſe explicatur*, num. 7.

Pragm. 4. *mandat, ut Curia Bajuli poſſit procedere in cauſſis, etiam ultra carolenos viginta*, num. 8.

Pragm. 5. *confirmat quatuor priores Pragmaticas, et quid plus addat*, num. 9.

Conductores Bajulationis non ſunt idonei teſtes in damnis datis, nec eorum libro creditur, num. 10.

Papa, aut Rex facere non poteſt, quod credatur alicui de facto proprio atteſtanti, num. 11.

Pragmaticæ *diſpoſitio, ut credatur juramento principalis, declaratur*, num. 12.

Juramentum datum ad inſtantiam partis non admittit alias probationes in contrarium, num. 13.

Probationes, quæ fieri poſſunt adverſus juramentum principalis præſtitum, num. 14.

Diem damni dati tenetur pars declarare, num. 15.

Damnatus ad emendam damni propter juramentum principalis, non ſolvit pœnam, ſed ſolum emendam damni, num. 16.

Pragmatica *diſponens, quod credatur uni teſti in damnis datis, intelligitur, ut dictus teſtis ſit omni exceptione major*, num. 17.

Pœna exigi non poteſt, niſi prius ſatisfacto damno, n. 18.

Creditores præſeruntur pœnis fiſcalibus, num. 19.

Libri Tiruli, qui fieri debet a Bajulo, num. 20.

Liquidatio inſtrumenti fieri non poteſt in Curia Bajuli, num. 21.

Obligatio penes acta poteſt ſtipulari, & accuſari in Curia Bajuli, num. 22.

Pœna incuſationis non poteſt excedere carolenos quindecim, licet obligatio contineat magnam ſummam debiti, num. 23.

Regens Latr. in Conſult. 65. *reprobatur*, num. 24.

Pragmatica *diſponens, ne pœna excedat auguſtale non habet locum in fida, & diffida exterorum, quæ importat magnam ſummam, nec in defenſis magnis, nec in feudis Baronum, & in damno doloſo quid ſervandum ſit*, num. 25.

Pœna in damno cum dolo dato exigi an poſſit ultra damnum, & ubi non eſt damnum, ut in damno cenſuali, quomodo exigi debeat, num. 26.

1 IN Regno noſtro Neap. multæ Conſtitutiones ſuper officio Bajuli ſunt emanatæ, ut eſt Conſtit. *Juſtitiarios, Crebo, Officiorum Magiſtros, Puritatem, Magiſtri locorum Bajuli, ad officium Bajulorum; Sæpe Clerici, Conſtitutionum, cum circa, cum juxta Bajulos, omnes Bajuli, Minoribus, Si quando, In aliquibus*, ut notavit *Lagan. in rubr. de offic. Bajuli ad Rovit.* quibus adde conſtit. *Sive Reali, Pervenit, cum per partes Apuleæ, Animalia*, & alias Conſtitutiones, ut in *tomo conſtitutionum*; Quæ cum non ſint omnes in viridi obſervantia, aliqua in hoc capite dicemus, alia paſſim in aliis capitibus tangimus.

2 Conſtitutio *cum per partes Apuleæ* ponderatur per *Sanfel. in dec. 8. tom. 1. num. 8.* quod in ea Rex Gulielmus quatuor capita ordinavit.

Primo ſtatuit, ut animalia de una contrada ad aliam facientia tranſitum, inventa in Terra alicujus fumentia paſcua per unum diem, vel noctem, & non ultra, libera tranſeant ſine aliqua datione, vel ſolutione.

Secundo, ſi animalia alicujus de una contrada per unam dietam, vel duas inventa fuerint, ut ſupra; Siquidem in laboribus, vel fructibus damnum intulerint, Domini animalium damnum emendent, & in nullo alio teneantur.

Siquidem non damnum facientia, ſed ſolum paſcua ſumentia, ſi voluerint affidare, affident pro pretio, quo inter eoſdem poterit conveniri. Si vero affidare noluerint, recipient ab eis affidaturam, ut alii convicini receperint ad rationem totius anni de tot diebus, quos juraverint cuſtodes eorum, & nihil aliud; Et hoc ſi cum paſtore fuerint inventa; Si vero ſine Paſtore, recepto ſacramento a Domino, vel Paſtore, quod ipſa non duxerit, nec de eorum ſcientia ducta, & non ultra dictos dies paſcua ſumpſerint, libere permittant abire.

Tertio, ſi ultra decem dies paſcua ſumpſerint, habita ratione ad annum, recipiant affidaturam pro rata temporis.

Quarto, ſi vicinus mittat animalia in Terra convicini poſt denunciationem, ſi non abſtineat, ſolvat ſimiles affidaturas.

Hæc Conſtitutio ſervanda eſt in toto Regno, nec eſt localis in Apulia, ut falſo aliqui putarunt, *Capibl. Pragm. 11. n. 111. Affl. in d. Conſtit. Urſill. dec. 290.*

Contra tenorem ſupradictæ Conſtitut. Regni, *cum per partes Apuleæ* Barones facere non poſſunt banna, nec pœnas comminari, neque ſtatuta Univerſitatis confirmare, quæ ſint adverſus dictam conſtitutionem, *Luc. de Penna in l. 2. C. de paſc. public. lib. 11. Affl. in rub.*

Con-

Digitized by Google

Conſtit. Regn. qu.3. ant. num.4. Rendell. par.2. cap.11. fu.130.

3 Ad explicationem primi capitis dictæ Conſtitutionis ſcias, quod loquitur de animalibus venientibus de longa contrada, ſecus ſi erunt de contrada vicina, tunc præſumi dolus, & dicta Conſtitutione non obſtante, animalia ſubjiciuntur pœnis, *Capibl. Pragm. 11. num. 111. Aff. in d. Conſtit. Rovit. in Pragm. de offic. Bajuli num.3.*

4 De officio Bajuli in Regno habemus 4. *Pragm. in volumine Pragm. regiſtratas per Dom. Altim.* Adeſt, & 5. edita ſub die 9. Maii 1685. per Exc. Dom. Marchionem Carpii, quæ eſt addita in 4. *vol. Pragm. fol.* 51. & hæc eſt ultima *Pragm.* uſque ad noſtram tempeſtatem.

Pragm. 1. fuit promulgata anno 1477. per Regem Ferdinandum, quæ incipit, *Statuimus*, confirmata per *Pragm. 2. §. 1. de offic. Judic.* editam ſub die 6. Junii 1518.

Quæ 1. *Pragm.* continet ſex §. Et

In §. 1. ſtatuitur.

5 Primo: Ut ſi pars in manu habuerit animalia in fraganti damnificantia, tunc ſtetur ipſius partis aſſertioni cum juramento, & juramentum partis ſolum ſufficit.

At ſi dicta animalia fuerint inventa ab Officiali, ideſt a Bajulo, vel Guardiano deſtinato, tunc ſtetur aſſertioni dicti inventoris, & juramentum inventoris ſolum ſufficit.

Si vero animalia non habuerit in manu, tunc de damnis conſtare debet per unum teſtem, ad minus cum juramento inventoris, ſeu partis.

Et ſic non ſufficit ſolum juramentum inventoris, vel partis, ſed ultra juramentum partis, vel inventoris requiritur ad minus unus teſtis, & e contra non ſufficit unus teſtis, ſed ultra unum teſtem debet intervenire etiam juramentum, vel partis, vel inventoris, vel debent eſſe plures teſtes.

II. Quod animalia ſive ſint cum cuſtode, ſive ſine eo reperta, tenentur ad pœnam banni.

III. Quod pœna non poſſit exigi, niſi prius ſatisfactum fuerit debitum paſſo, & hoc idem repetitur in §. 2.

In §. 2. ſtatuitur.

I. Ut pœna non excedat quantitatem damni infra carolenos 15. & ubi damnum eſſet ultra carolenos 15. tunc pœna non excedat dictam ſummam carolenorum 15.

II. Quod ſit in arbitrio creditoris accuſare pro minori pœna damni.

In §. 3. ſtatuitur.

I. Ut Bajulus juret in Reg. Cam. Sum. de bene exercendo officium, ſed hoc hodie non ſervatur.

II. Ut Bajulus præſentare debeat librum in dicta Regia Camera cum titulo ibi deſcripto, ſed hoc neque hodie ſervatur.

In §. 4. ſtatuitur.

I. Ut Bajulus ultra annum non poſſit reſirmari.

II. Quod pareat Syndicatui in fine officii per 40. dies.

III. Ut in officio Bajuli Neap. deputentur perſonæ egregiæ, cum quibus Judices nobiles intervenire non pudeat.

In §. 5. ſtatuitur.

I. Ut in contumaciis ſervetur Ritus M.C.V.

In §. 6. ſtatuitur.

I. Ut regiſtretur in libro circa pignora capta, qualitas, quantitas, a quo, tempus, locus, unde ceperint.

II. Ut in ſubhaſtatione pignorum legitime citatis dominis procedatur.

6 *Pragm.* 2. edita die ultima Julii 1588. per Comitem Mirandæ, ſtatuit, ne Bajulus poſſit ſe concordare cum Dominis, aut cuſtodibus animalium pro pœnis futuri damni, in præjudicium privatorum, qui damnum patiuntur.

7 *Pragmatica* 3. edita ſub die 28. Julii 1631. per Comitem Montis Regis.

I. Ut Neap. Judices Bajulationis ſint quinque, ſinguli ex ſingulis quinque Sedilibus dictæ Civitatis.

II. Ut ſint annales.

III. Ut pareant Syndicatui in fine anni, ſimul cum conductore, Aſſeſſore, Actuario, & Scribis, aliiſque Miniſtris dicti Tribunalis.

IV. Ut non plus quam 36. Notarii deſtinentur ad ſtipulandas obligationes, & illas accuſandas, & non admittantur obligationes factæ ab aliis, ſub pœna duc. 500. & exilii per ſex annos, & quadrupli.

V. Ut Notarius nominatus tantum, & non alii, qui in ejus Curia ſubſunt, poſſit ſtipulare, & accuſare.

VI. Ut non plus quam quatuor Scribæ poſſint a Magiſtro Actorum haberi in dicta Curia Bajulari Neap.

VII. Teneat regiſtrum, ſeu inventarium omnium ſcripturarum, quod conſignet ſucceſſori cum ſcripturis omnibus, præſente uno ex Judicibus.

VIII. Commiſſarios, ſive executores ſuos habeat dictum Trib., qui præſtiterint juramentum, & fidejuſſionem de bene, & fideliter exercendo.

Ipſique executores tantum executionibus vacent, & non alii.

Nec poſſint plus recipere, quam carolenos tres ex pœna, & carolenum unum pro quolibet carcerato a Carcerario, ſed a partibus nil recipiant.

IX. Quod pœna ſemel exacta, non amplius exigatur, quamvis plures eſſent rei debendi, vel fidejuſſores, & non exigatur pœna, niſi prius facta ſolutione creditori.

X. Quod poſtquam ſatisfactum fuerit creditori, Bajulus habeat terminum menſium ſex ad exigendam pœnam, quibus elapſis non poſſit amplius exigere, & ſi infra biennium a die accuſationis obligationis non fuerit finita lis, vel non fuerit ſatisfactum creditori; pœna elapſo dicto biennio exigi non poteſt, ſed ſi infra biennium fuerit ſatisfactum creditori, & ex eiſdem actis appareat non ſolutam fuiſſe pœnam, tunc poſſit pœna exigi infra ſemeſtrem, ut ſupra.

XI. Executoria, niſi ſint ſubſcripta ab uno Judice, exequi non poſſint.

XII. Quod pro citato in Curia Bajulari, quilibet abſque mandato procurationis admittatur ad reſpondendum, in cauſſis infra tres carolenos, ſecus, ultra dictam ſummam.

XIII. Pœna contumacialis non integra exigatur a paupere, ſed moderetur, juxta qualitatem perſonæ.

Demum in dict. Pragm. ſtatuitur ſequens Pandecta.

Pro executorio vigore obligationis incuſatæ etiam cum inſerta forma obligationis exigentur pro Actuario gr. 15.

Judici pro dicta ſubſcriptione nihil.

In cauſſis ordinariis vigore inſtrumenti teſtes recipiantur coram Judice, cui ſolvantur quinque ſemiſſes pro quolibet teſte, & totidem Actuario.

In aliis cauſſis nil, Judice non interveniente.

In cauſſis ſummariis Actuario, quinque ſemiſſes pro quolibet teſte.

Pro mandato procurationis penes acta, quinque ſemiſſes Actuario.

Pro præſentata cujuslibet ſcripturæ, quinque ſemiſſes Actuario.

Pro decreto ſive diffinitivo, ſive interlocutorio gr. 5. Actuario.

Pro reſponſione in libro, quinque ſemiſſes Actuario.

Pro fidejuſſione, gr. decem Actuario.

Pro cartella excarcerationis, gr. quinque Actuario.

Pro decreto diffinitivo, gr. decem Judici.

Pro interlocutoria, gr. quinque Judici.

Pignora tam pro pœna, quam pro debito conſignentur

penes

penes tertium, quo non reperto conſignentur Tubittæ, ſed Partes nil ſolvant pro dicta conſignatione, ſive Tertio, ſive Tubittæ fiat.

Pro qualibet executione intra hanc Civitatem gr. quinque; extra gr. decem, & nil aliud ſolvatur.

Pro relatione citationis, ſolvantur Alguzeriis quinque ſemiſſes, tam intra, quam extra Civitatem.

Pœna ſemel exacta pro una cauſſa, non amplius exigatur, ſi occurrit denuò condemnari, vel renovari.

Pœna unius tareni tantum ſit, quando debitum non excedit carolenos quindecim.

Pœna damni dati non exigatur, niſi facta prius condemnatione damni legitime.

Mandata ad reluenda pignora ſpecifice notificentur intra hanc Civitatem, ſed in Suburbiis ſufficit emanatio bannorum in ipſis Caſalibus abſque ſpeciali notificatione mandati ad reluendum.

8 *Pragm.* 4. edita die 19. Novembris 1670. per Dominum de Segorbiis de Cardona mandat.

Ut literæ executoriales Curiæ Bajuli etiam ultra ſummam carolenorum 30. debitæ executioni demandentur.

9 *Pragm.* 5. edita ſub die 9. Maii 1685. per Dom. Gaſparem de Haro Marchionem Carpii, confirmat repilogando omnia Capita in quatuor primis *pragmaticis* ſtatuta, addit in fine *cap.* 14. quod pro qualibet relatione, quæ fit per Alguzerium non inveniſſe pignus exequendum, ſolvantur ſemiſſes quinque.

Item, quod citationes extra Civitatem, ſive de perſona, ſive domi, fiant præſentibus duobus, qui cognoſcant citatum, ſub pœna nullitatis.

Et pœna contumacialis exigetur ad rationem unius caroleni pro quolibet ducato, prout practicatur in liquidatione inſtrumenti.

Et contravenientes incurrant pœnam exilii per quatuor annos extra Regnum, & privationis officii.

10 Ad explicationem *pragm.* 1. nota, quod Affictatores Bajulationis cum ſint intereſſati, de proprio commodo deponerent; Ideo *Pragmatica* non procedit in eis; ſed procedit in Guardianis, & Bajulis non participantibus in affictu, & ita judicatum in S. C. inter Univerſitatem Piſtici, & Baronem refert *Capibl. in pragm* 8. *par.* 5. *num.* 389. quem citat, & probat *D. Carol. de Alex. ad Latrum conſult.* 141. *num.* 10. ubi concludit: tanto minus credi debet libro conductorum dictæ Bajulationis, dum vivæ voci eorum non credendum eſt.

11 Cum nec Papa, aut Rex facere poteſt, quod credatur principali de facto proprio atteſtanti, *Capibl. ibidem nu.* 387. ex *Alber. de teſtib.* 1. *artic. Petr. fol.* 91. unde *pragm.* hæc ſtricte eſt interpretanda, cum ſit exorbitans a Jure communi, *Capib. ibid. num.* 390.

12 Quo fit; ut ſi pars ſit omni exceptione major, tunc ſtatur ejus aſſertioni, juxta *prag.* prædictam, alias ſi non fuerit omni exceptione major, diſpoſitio *dictæ pragmaticæ* locum non habet, *Troyſius ſup. pragm. prædicta num.* 3. *ex Antonio de Alexand. in l qui accuſare, C. de edend.* & *Jaſ. in l. admonendi, ff. de jur. juran.*

13 Et an poſt juramentum partis poſſit contrarium probari per legitimas probationes, vel loci evidentiam, diſtinguitur; quod ſi juramentum fuiſſet præſtitum damnum paſſo ad inſtantiam Partis, tunc non admittitur probatio in contrarium; ita etiam ſi eſſet præſtitum præſente parte, & tacente, quia utroque caſu cenſetur pars acquieviſſe, & credidiſſe juramento per partem præſtito, *Troyſ. in d. pragm. num.* 4. *in fin.* per *Text. in l. non erit, §. dato, ff. de jur. jurand.* & per *Text. in l. cum oſtendemus, §. fin. ff. de fidejuſſ. Tut.* & *in c.* 2. *de accuſat. in* 6.

14 Si vero juramentum eſſet præſtitum non inſtante parte, tunc poteſt contrarium probari, vel per evidentiam loci, vel per negativam coarctatam ſ. per Teſtes, quod animalia tunc temporis alibi erant, *Bald. in l.* 1. *in fin. C. de re judic. Troyſ. ubi ſupr. num.* 5. & per alias probationes, ut per *gloſ. in c.* 2. *in verb. affectata de temp. ord. lib.* 6. & alios adductos per dictum *Troyſ.*

15 Unde qui vellet probare damnum non dediſſe, poteſt petere, ut dies damni dati declaretur; & tunc probabit illa die alibi fuiſſe, *Rendel. de paſc. in p.* 3. *c.* 9. *fol.* 92.

16 Ultimo nota, quod ubi propter juramentum damnum paſſi, dominus animalium condemnatur ad emendam damni, eo caſu non debetur pœna Univerſitati, neque Bajulo, quia ex privilegiatis probationibus pœna exigi non poteſt, ſed ſolum emendatio damni, *Rendell. de paſc. par.* 3. *cap.* 9 *fol. mihi* 93. & *Maxill. in Conſuet. Bar. Muſcatell. in pract. de delict. tit. de damno dato nu.* 24. & *Gram. in decis.* 67. *in fine*; licet d. *Gram.* concludat ſolum in caſu, quo pœna excederet duos aureos, tunc non deberi ex probatione privilegiata, puta unius teſtis, vel juramento damnum paſſi.

17 Notabis etiam, quod dum *Pragmatica* diſponit credendum eſſe unico teſti cum juramento inventoris, requiritur, ut teſtis ſit talis qualitatis, ut repulſari nequeat, *Novar. lib.* 1 *gravam.* 57 *in fin.*

18 *Dicta pragm.* 1. §. 1. diſponit, etiam ne poſſit procedi per Bajulos ad exactionem pœnæ contra damnum dantes, niſi prius fuerit ſatisfactum damnum paſſo. Hæc ſunt propria verba dicti *Tex.* Et rationabiliter, nam prius fit damnum, & poſtea accuſatur pœna, *Novar. grav.* 46. *tom.* 1. ſic deciſum refert poſt *Rocc. collect.* 103. *Ann. ſingul.* 139.

19 Et de jure creditores præferuntur pœnis fiſcalibus, ut in *rubr.* & *l.* 1. *C. de pœnis fiſcalibus lib.* 10. & *l. non puto, ff. de jure fiſci, Rebuff. in proem. conſt. Regn. Franciæ gl.* 5. *num.* 119.

20 In *Pragm.* 1. *de Offic. Bajuli* ſtatuitur, ut fiat liber quolibet anno per Bajulos in ſequentem modum:

Hic eſt liber mei T. Bajuli talis anni præſentatus in Reg. Cam. Summ. in numero tot chartarum, in quo ſcribentur omnia, & ſingula agenda, durante tempore dicti anni per me, &c.

Hodie non ſervatur præſentari librum in Regia Camera, nec in ea juramentum præſtare de bene, & juſte exercendo officium ſuum, ut ſervabatur tempore editionis *d. prag.* editæ anno 1477. tempore Regis Ferdinandi.

Sed fit liber cum conſimili titulo, ubi notantur accuſationes, & reſponſiones, contumaciæ, & teſtes compendioſiſſime, & deciſiones, quæ oretenus fiunt.

21 In Curia Bajulari non poteſt inſtrumentum liquidari via Ritus, quia Bajularis Curia non cognoſcit de cauſſis criminalibus, ut dixi in *cap.* 25. *tit.* 1. *Spec.* 1.

22 Poteſt tamen in Curia Bajulari incuſari obligatio penes acta, ex *Capibl. prag.* 8. *de Baronib. nu.* 355. *Dom. Ageta in eruditiſſimis Commentariis ad Moles.* §. 9. *n.* 29. *in fin.* & ſic paſſim videmus practicari, tam in Curia Bajulari hujus Civitatis Neapolis, quam in multis aliis Curiis Bajularibus Regni, & ſignanter in Curia Bajulari Status Laurini, & Civitatis Nuceriæ Paganorum, ubi poſſum teſtari de viſu, quia ibi fui Judex.

Et expreſſe in *Pragm.* 3. *de Offic. Bajul.* ut dixi *nu.* 7. ſupra, habetur, quod Curia Bajuli ſtipulatur, & accuſat obligationes, & hic Neap. deſtinatus eſt *nu.* 36. Notariorum.

23 Adverte tamen, quod pœna incuſationis non poteſt excedere carolenos 15. ad quamcumque ſummam magnam pertingat obligatio, & ita ſervatur ex diſpoſitione *prag.* 1. *de Officio Bajul.* per quam ſtatuitur, ut pœna pro damnis datis non poſſit excedere carolenos quindecim.

24 Et licet *R. Latr. in conſult. 65. & 141.* in cauſſa Duciſſæ Neritonis cum Univerſitate dictæ Civitatis, dicat, non eſſe obſervandam *d. prag.* quia ibi non fuit uſu recepta; ſed fuit ſervata contraria conſuetudo. & ſic per contrarium uſum videatur eſſe abrogata dicta lex in illa Civitate, & Provincia, ex traditis per *Reg. de Ponte conſ. 53. n. 18.* tamen *d. Reg. Latr.* impugnatur a *D. de Luca conſult. 65. ex Merlin. contr. fore. 70. cent. 2. nu. 16. Conſil. Arias de Meſa reſ. 18. lib. 2. n. 4.* Et ego ſcio ubique in Provincia Salernitana in viridi obſervantia eſſe *d. pragm.*

25 Verum *d. pragm.* procedere debet reſpectu Civium tantum, non autem reſpectu exterorum circa fidam, & diffidam, quia multoties fida, & diffida importat magnam ſummam ultra auguſtalem, *De Luca d. conſult. 55. ad Latr. Conſil. Rocc. tom. 2. reſponſ. 5. n. 15.*

Item non habet locum *d. pragm.* in defenſis magnis, in quibus ſolet exigi major pœna capitularis, juxta ſtatuta cujuſque loci, *d. Rocc. & de Luc. ubi ſup.* poſt *Capibl. lib. 2. cap. 45. n. 5.*

Et in fundis Baronum poteſt aliquid plus alterari, quia major reverentia eis debetur, *Capibl. ubi ſupr.*

Item damno doloſe, & culpoſe illato, ubi eſt actio criminalis, poterit Curia Baronalis alterare pœnam moderate ultra auguſtalem, *pragmat.* non obſtante, quæ loquitur in actione civili, & non in criminali, & ita intelligendi ſunt *Revitus, Regens de Ponte, & alii* dicentes licere Baroni ob merum, & mixtum imperium augere pœnam ultra auguſtalem, qui licet loquantur indiſtincte, & generice, non debent aliter intelligi, ut late *Capibl. lib. 2. cap. 45. n. 4.*

Concluditur, quod tam Baronalis Curia, quam Bajularis non poteſt ultra auguſtalem excedere in damno ſine dolo facto, etiamſi damnum eſſet ultra auguſtalem, & ubi damnum eſt minus, pœna etiam minor eſſe debet, & ſemper proportionanda eſt ad menſuram damni, *Capibl. ubi ſup.*

Sed ubi eſt dolus, tunc Curia Baronalis tantum, ſed non Bajularis poteſt exigere pœnam, quæ excedat ſummam damni, & quæ excedat auguſtalem, ut dixi in *1. capit.* rejecto *Rendella*, dicente, quod *pragmat.* non loquitur de damno data opera commiſſo, cum in *pragmat. 1. de officio Bajuli in §. 1.* expreſſe loquatur etiam de damno doloſo, ibi: *Animalia, ſive cum cuſtode, ſive ſine eo reperta.*

26 In animalibus errantibus non exigitur pœna ultra damnum, ut deciſum refert *Novar. in prag. 1. de officio Bajuli* in cauſa Univerſitatis Ruſciani cum Barone Caſtri Turris Paludum, quem citat, & ſequitur *Dom. de Alexio ad Latr. conſult. 161. n. 14.* & hoc non eſt mirum, quia ita ſtatuit *pragm. 1.*

At notabile eſt, ſi animalia caſualiter intrant fundum bannitum, non poteſt exigi pœna, nec etiam exigitur pœna, damno non ſequuto, ſed moderata exigitur reſpectu contemtus banni, *D. De Alex. ubi ſupr.* ex *deciſ.* relat. per *Novar. in d. prag. 12. & gravam. 51.*

C A P. III.

De Privilegiis Curiæ Bajularis.

S U M M A R I U M.

Bajulus procedit in damnis datis, etiam die feriata ad honorem Dei, num. 1.

Bajularis Curia trahit reum alterius fori, & aſſignatur ratio, num. 2.

Fori electio, & variatio non admittitur a Curia Bajulari, ſicuti in omnibus cauſis minimis, vel ubi deſignatus eſt ſpecialis Judex, non eſt admittenda variatio, num. 3.

Bajuli habent juriſdictionem etiam contra animalia Baroni, & pœna cui applicatur, & quid in animalibus ad uſum fundi, num. 4.

Animalia Eccleſiarum, & Clericorum detineri non poſſunt per Judicem laicum, ſed coloni, & cuſtodes poſſunt cogi, & quid in noſtro Regno, num. 5.

Pœna damni dati an exigi poteſt a Domino animalium, vel potius a cuſtode, & conciliantur opiniones invicem contrariæ, num. 6.

Citatio partis non requiritur ad videndum juramenta teſtium ſuper damno dato, num. 7.

Damni dati cauſſa expeditur ſine ſcriptis, uti vilis, & modica cauſſa, num. 8.

Cauſſæ damni dati expediuntur executive abſque ſolemnitatibus, num. 9.

Reconventio datur in cauſſis damni dati, num. 10.

Procurationis mandatum non eſt neceſſarium in cauſſis damni dati; ſed quilibet admittitur ad reſpondendum, num. 11.

Notorii crimen quomodo punitur in Curia bajulari, num. 12.

1 Curia Bajularis cum verſetur circa cauſſas inter cuſtodes ſtipendiarios animalium, & in cauſſis exterorum, & aliis requirentibus celeritatem, habet privilegium procedendi circa damna data in agris etiam die feriato ad honorem Dei, *Carocc. de locat. & conduct. in princip. qu. 4. num. 3. Rendell. de paſc. cap. 17. in fin.*

2 Alterum privilegium ineſt in cauſſis damni dati, quia non tenetur ſequi forum Rei, ut eſt regula generalis, ſed Reus trahitur in foro actoris; ita quod Dominus animalium, vel cuſtos illorum etiam alieni fori cogitur ſubire Judici illius loci, ubi damnum datum eſt, vel quia damnificans ſortitur illum forum ratione delicti ibi commiſſi, ſive damni dati in illo loco, per *Text. in l. ſi cui 7. §. idem Imperator. & in l. ult. ff. de accuſat. & Pragm. 1. ubi de delicto quis debeat conveniri*, vel quia animalia detineri poſſunt pro alimentis conſumptis, etiam a privata perſona, utpote tacite hypothecata pro alimentorum expenſis, *Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 62. n. 3.* Propterea danda non eſt minor poteſtas magiſtratui, quam privato, imo major. Vel quia ſtatuta circa damna data in agris, res ipſas afficiunt, & non perſonas; & rebus imponuntur, ut *l. fundo 6. ff. de leg. commiſſor. l. lex vectigalis, ff. de pignorib.* Vel quia executive proceditur, incipiendo a captura animalium, quæ in fragranti ob ſtatuti violationem in ditione illius Judicis inveniuntur, & in executivis non datur remiſſio.

3 Adeo hoc eſt verum, quod miſerabiles neque gaudent privilegio electionis, vel variationis fori, ſed tenentur coram Bajulo litigare in cauſſis damni dati, & in aliis cauſſis minimis, *Scial. de for. compet. cap. 26. n. 69. Novar. in prax. election. fori to. 1. ſect. 4. qu. 64. nu. 4. & qu. 41.* Qui Auctores licet indiſtincte loquantur, tamen intelligendi ſunt in damnis datis tantum, & in cauſſis minimis, non in aliis cauſſis magnis. Et ratio eſt, quia in cauſſis minimis electio, & variatio fori non admittitur, *Scial. cap. 16. de for. comp. n. 82.*

Et electio, ſive variatio fori non admittitur in quibuſcumque cauſſis, in quibus deſignatus eſt ſpecialis Judex, *Novar. in prax. election. for. ſect. 2. qu. 53. Carl. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. qu. 6. ſect. 7. n. 649. Scial. de for. compet. cap. 16. n. 82.* Idem *Novar. tom. 1. ſect. 4. qu. 64.* Ideo mirum non eſt, dum in damnis datis ſpecialis Judex datus eſt Bajulus privative quoad Capitaneum loci, ut diximus ſuperius in *1. cap.* Ideo declinatoria a Bajulo non admittitur.

4 Bajuli habent juriſdictionem etiam contra animalia Baronis damnificantia in paſcuis privatorum, *Affl. in Conſtit. Bajuli locorum n. 8. Rendell. de paſc. par. 4. cap. 3. fol. 113.* & cuſtodes Baronum coguntur ad

emen-

Digitized by Google

emendam damni, & ad pœnam; Adeo quod ubi pœna eſſet Baroni applicanda, tunc applicatur parti, & non Baroni, ne impuniti remaneant damnificantes, *Capybl. Lib.2. cap.45. nu.8.* & tam pro damnis datis in bonis, quæ ſunt in feudo, quam in burgenſaticis, quia lis ſuper damno non eſt ſuper feudo, *Rendell. ubi ſupr.*

Fallit in animalibus ad perpetuum uſum feudi deſtinatis, juxta tradita per *Luc. de Penn. in l. ſi quando, C. de bonis vacantib. lib. 10. verſ. item quæro in Regno.*

5 Animalia damnificantia Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum detineri non poſſunt per Judicem laicum, quia animalia aſportari debent ad Judicem Eccleſiaſticum, *Sacr. Congreg. Immunitatis in una Terracinen. ſi*, quam refert *Aldan. in compend. Canonicar. reſolut. lib.2. tit.44. n.10. Barboſ. in ſumm. Apoſt. deciſ. collect. 178. num.2.*

Sed coloni, aut cuſtodes laici, qui damnificant cum dictis animalibus Eccleſiarum, poſſunt cogi a Judice laico quoad perſonas, quia ipſi tenentur, & non Domini animalium; Itidem ſi animalia ſint propria coloni, vel miniſtri Eccleſiarum, *Aldan. & Barboſ. ubi ſup.*

In Hiſpania vero, quæ ſit conſuetudo, late *Car. ru. lib.2. tit.1. diſp.12. qu.111. a num.155. uſque ad 159. fol. mihi 39.*

In Regno noſtro Neapolitano dictus *Carlev.* dicit ſervari conſuetudinem relatam per *Vin. deciſ.280.* qui *Vin.* refert deciſum, quod cuſtodes animalium Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum tenentur pœnam ſolvere, & non ipſi Clerici, vel Eccleſiæ, & ſic videtur dicta noſtra conſuetudo ſe uniformari cum declaratione facta per *Sac. Congreg. Immunitatis, ut ſupra*, quod animalia non cogantur per Judicem laicum ſed cuſtodes de perſona cogi poſſunt ad pœnam damni dati, quia mercedem recipiunt pro cuſtodia animalium, juxta *Grammati. conſil.102. n.10. Burſat. conſil. 42. n.15. vol.1. Auchar. in c. gravem de ſentent. excommun. Aff. in conſtitut. per partes Apuliæ num.9. Rendell. de paſc. par.3. cap.9. fol.195.*

6 Damni dati pœna exigi poteſt a Domino animalium, quamvis illo ignorante Cuſtodes fecerint damnum, *Angel. Aret. in tit. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicatur, Dec. conſ.550. num.4. Bonifac. tit. de damn. dato n.7. Gamin. de maleſic. tit. de damn. dat. n.79.*

Contrarium vero ſubſtinet *Niger Cyriac. controv. forenſ.356. tom.2. Novar. grav.44. tom.1. n.9.* Nam ſemper cuſtos uti culpoſus eſt conveniendus, quando mandatum Domini non præceſſit, *Vin. d. dec.280.* & de mandato debet conſtare. Adeo quod ipſi cuſtodi de hoc non creditur, niſi aliunde probetur, ex *Marſil. conſ.49. n.44. Bertazol. conſ. crim.29. n.12.*

Nec cuſtos habet actionem repetendi a Domino, dum non præſumitur id mandaſſe, niſi de mandato conſtet, *Novar. ubi ſup.*

Ego autem firmiter teneo has contrarias opiniones conciliandas, quod prima ſententia ſit vera, quando cuſtos non ſit ſolvendo, vel aufugit, quia in ſubſidium tenetur Dominus, argumento *Tex. in §. pænalt. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur*, ibi: *Culpa Reus eſt, quod opera malorum hominum uteretur.*

Hinc Judex tenetur de delicto familiæ, *Scial. c.33. de for. comp. n.75. Bart. in l.1. §. familiæ. ff. de public.* & tenetur in Syndic. de Conſilio Conſultoris indocti per ipſum aſſumpti inauditis partibus, *Carrab. ſing.39. 43. & 185. Menoch. de arbitr. caſ.339. centur.4. lib.2.*

Et licet cuſtos teneatur, quia ſibi imputatur mala cuſtodia; tamen dominus animalium cogitur ſolvere, & dominus repetit ſolutum a cuſtode, ita concludit *Iſernia in ſuo repertorio in verb. Animalia verſus finem*, ponderando tex. ibi: *Patronus tenetur emendare pro damno, & ſi damnum paſſus malit a cuſtode exigere, erit in ejus arbitrium, ad evitandos circuitus inutiles.*

7 Aliud privilegium habet, quod citatio partis non requiritur, cum examinantur teſtes de damno dato in Sylvis, *Marant. in par.6. memb.1. de citat. n.26. verſ. 19. limita, ex Bart. in l.2. in fin. C. de naufr. lib.10. Rendell. de paſc. par.4. c.3. fol. mihi 114.*

8 Et in differentiis damni dati in paſcuis procedendum eſt ſine ſcriptis, cum ſit cauſſa modica, per *Text. in §. neceſſitates auth. de mandato principis, verſ. ſit tibi.* Ubi dicitur, quod in cauſſis vilium perſonarum, vel rerum, aut vilium cauſſarum ex non ſcripto proceditur, & *Gloſ.* exemplificat in cauſſa fœni, & paleæ, & ita ſunt paſcua, ut advertit *Rendell. de paſc. par.4. cap.4. fol.117.* poſt *Paridem de Puteo de Syndic. verſ. libellus, & verſ. an contra officiales n.5.*

9 Et poteſt Reus condemnari abſque libello, & poteſt procedi ad executionem non ſervatis ſollemnitatibus juris, *Scial. cap.26. de foro Bajuli n.18.* Verum requiruntur legitimæ ſubhaſtationes, *pragm.1. §.6. in fin. de offic. Bajuli.*

10 Et in cauſſis damni dati, quamvis executive, & celeriter procedendum ſit, tamen admittitur reconventio, *Ab. Panorm. in c.2. nu.35. extra de mutuis petit. Rendell. de paſc. fol.117. par.4. cap.4.*

11 Et admittitur quilibet ad reſpondendum pro parte Rei citati, & pro parte actoris abſque mandato, in cauſſis modicis, infra 30. carolenos, *Pragm.3. §.17. de offic. Bajul.*

12 Bajularis Curia poteſt facere notorium perſonis irreverenter, & inſolenter ſe gerentibus in ipſa Curia, & mulctam exigere, quæ mulcta excedere non poteſt ultra auguſtalem, ideſt carolenos quindecim, ſed infra, *Lapmarinus ad Rovit. in rubr. de offic. Bajul. nu.3.* & ita ſtatuitur per conſtit. Regni, *Ad officium Bajulorum in fine.*

Et qui vult praxim, & formulas procedendi in crimine notorii, videat meam *addit. ad Sarnum in cap. 29. in prax. crim.* ubi non pœnitebit legere.

C A P. IV.

De Fida, & Diffida.

S U M M A R I U M.

F*ida, & diffida unde originem habuit*, num.1.

Diffida hodie debetur, etiam ſi territoria non ſint bannita, & ratio aſſignatur, n.2. & vide n.25.

Fida non eſt deneganda ſolitis affidare, nec poteſt augeri pretium, quod per decennium ſoliti ſunt exigere, n.3.

Fida, & diffida non ſolvitur in Territoriis cultis, vel non ſolitis affidari; ſed quid ſolvitur, num.4.

Fida debetur pro animalibus ad ſocidam, num.5.

Clericus beneficiatus exterus, ubi reſidentia requiritur, judicatur civis, & non ſolvit fidam, num.6.

Monaſteria vero in loco ubi tenent Granciam, pro quibus animalibus tenentur ſolvere fidam, vid. ibid.

Viator non eſt moleſtandus pro equis paſcentibus in alieno, ſi poſteriores pedes ſint in via, vel in loco non laborato, num.7.

Caſtro inhabitato diſſolvitur communio paſcuali cum Univerſitate vicina, num.8.

Animalia damnificantia retinentur ad finem recognoſcendi cujus ſint, & ſi dominus animalium offert pignus ſufficiens, relaxari debeat, num.9.

Cautio de ſtando juri, & ſolvendo judicatum, & pignus dari debet etiam pro damno antecedenti, num.10.

Animalia intercipiens indebite, tenetur reſarcire damnum, & quomodo taxatur, num.11.

Fida, & diffida quando eſt liquida, animalia non excarcerantur, niſi facta ſolutione, vel facto depoſito, nu.12.

Univerſitas Montis Corvini gravatur, quando cautiones dantur in Regia Audientia per dominos animalium repertorum in defenſis dictæ Univerſitatis, num.13.

Fida, & diffida quando immoderate prætenditur, tunc provideri ſolet; quod facto depoſito de certa quantitate, & præſtita cautione de ſolvendo omne plus, animalia excarcerentur, & conſignentur, num.14.
Fida, & diffida quantum exigi debet, num.15.
Uſus paſcendi inter Baronem, & Univerſitatem eſt reciprocus in demanio, ſecus in defenſis, num.16.
Jus fidæ eſt jus dominicale, jus diffidæ eſt juriſdictionale, num.17.
Diffida quando eſt Univerſitatis, & quando Baronis, num.18.
Jus fidandi in Territoriis appatronatis ſuſpenditur interim, pendente Judicio inter Baronem, & Cives, num.19.
Jus fidandi in locis appatronatis competens, intelligitur in locis apertis, & non in locis clauſis, vel cultis, num.20.
Territorium poteſt eſſe in dominio duorum; ubi unus habeat unam ſpeciem, & alter alterum fructuum, num.21.
Baro ſi non habet jus fidandi in Territorio privato exigere non poteſt ab animalibus exteris ibi paſcentibus fidam, neque diffidam, num.22.
Fida paſculandi intelligitur de herbagio, & non de paſculo glandium, & ſpicarum, num.23.
Paſcendi Jure conceſſo, an intelligatur conceſſum Jus aquandi, pernoctandi, & tugurium faciendi. n.24.
Statuta municipalia circa paſcua valent ſine Aſſenſu Regio, & Conſuetudines non ſcripta etiam obſervandæ ſunt, & ligant etiam exteros, nu.25. *de quo vid.* latius n.2.

1 FIda, & diffida unde habuit originem, variarunt *Doctores*. Nam *Afflict. in Conſt. t. Cum per partes Apuleæ 7. notabil.* dixit; per unum abuſum in Regno eſſe fundatam diffidam; qui tamen *Afflict.* reprehenditur a *Rendell.in par.1.cap.17.fol.39.* dicens, quod diffida non eſt abuſus, ſed cum legibus concordat; nam in *l.2.de fund.& ſaltib.* Imperator impoſuit confiſcationem animalium depaſcentium, & cum nullus cogatur affidare animalia in ſolo ſuo, ſed poteſt prohibere; ideo ex Baronibus inhibentibus paſcua, pœna diffidæ originem habuit. Diffidare enim idem eſt, ac bannire, prout *Federic. Imperator in feudis in tit. de Statutis, & Conſuetud.§.4.* nos docet ibi: *Diffidamus, atq; bannimus*. In territoriis itaq; bannitis, ſive diffidatis animalia capta pœnam diffidæ ſolvunt, & e contra animalia fidata, ſcil. admiſſa in paſcuo ſub fide domini paſcui ſolvunt fidam, ſive affidaturam. Proinde *Anna ſing.*138. dixit, quod diffida habuit originem a prohibitione facta per banna M. C. V., quem citat *Sanfelic.dec.8.num.*11.

2 Diffida nunc debetur, etiam ſi banna non ſint emanata, vel quia ſic conſuetudine eſt præſcripta, vel quia in quolibet oppido adſunt pœnæ capitulares ſcriptæ, vel non ſcriptæ, & tempora ſunt ſtatuta in defenſis, quæ loca ideo defenſæ appellantur, quia defenduntur in certa parte anni, vel in toto anno, & pœnæ capitulares, dictæ ſtatuta de paſcuis, ſive conſuetudo ligat non ſolum cives, ſed etiam forenſes, *Otrus de paſcuis c.12.n.22.ex Levit.c.24.*ibi: *Sive Peregrinus, ſive Civis peccaverit*, & ex *Boer.deciſ.260. Bald. in l.3. C.de nautico fœnore*. Quia in culpa dicitur Forenſis, qui in paſcuo alieno ſe intromittit, & poſtea ſtatuti ignorantia velit excuſari, argum. *text. in l.fin. §.Divi. ff. De Publicanis, Cravett. conſ.*115. & anteſignanus hujus opinionis fuit *Albericus in 1.par.ſtatut.q.*15.

Et ſtatuta pro paſcuis ligant etiam minores, *Otr. loc.cit.* & *Sylv.reſponſ.15.lib.1.n.45.*

3 Fida non eſt deneganda extero ſolito affidare, niſi quando non ſufficeret territorium pro Civibus, juxta illud Evangelii de Virginibus prudentibus: *Emite vobis oleum, ne forte deficiat nobis, & vobis; Andreas in Conſtit. cum per partes Apuleæ*, quem ſequitur *Afflict. ibidem 6.not. & deciſ.290. 2.dub. De Franc.deciſ.301.n.4.verſ. comparuit idem Scipio*, quos allegat, & ſequitur *Sanfelic.tom.1.deciſ.8.n.7.*

Fida ſive a civibus, ſive ab exteris ſemper ſolvitur, ſervata loci conſuetudine, nec ea innovari poteſt; itaut ſi per annos decem certum pretium Barones exigere conſueverunt, augeri dictum pretium non licet, *Sanfelic. deciſ.8. in fin. tom.1.* ubi allegat *Novar.tom.1.grav.41. Rendell.tract.de Baron.Paſcuis, verſ. ſolutio autem*, qui ſe fundat in *l.Domini Prædiorum, C.de agric.& cenſit.lib.11.*

4 Fida, nec diffida non ſolvitur in Territoriis cultis, & ſeminatis, vel non ſolitis affidari ad pabulandum, quia tunc ſolvitur damnum tantum. Et ſi ſint bannita, una cum damno, ſolvitur pœna, *Anna ſing.*138. quem citat, & ſequitur *Sanfel.deciſ.8.tom.1.n.12.*

5 Fida pro animalibus, quæ a Vaſſallo tenentur ad partem, ſeu ad ſocidam, debetur, *Capibl.de Baron.tom.1.Pragm.11.num.*102.

6 Fida tunc debetur a Clerico beneficiato pro animalibus, in loco beneficii paſcentibus, quando beneficium reſidentiam non requirit, & beneficiatus non eſt Civis illius loci, ubi eſt beneficium. *Dian. in pract. crim.canon.cap.10. De Marin.tom.1. c.220.num.10. ex l. miles diſſivit, & l.municeps, ff.ad municipalem.*

Monaſteria in oppidis, ubi habent domos culturæ deſignatas, vulgo *Grancia*, paſcuo in dicto oppido frui non poſſunt ultra numerum animalium, quæ ibi culturæ ſunt neceſſaria. Nam poſſidentur Monaſteria paſcuis publicis in loco, in quo ſunt conſtituta, & ubi principale domicilium habent.

Et non ubi coloniam, ſive Granciam tenent, pro qua regenda ſolet unus Monacus, vel Oblatus, vel duo deſtinari.

Quis enim habitare non dicitur in loco, ubi unum, vel duos ſervos habet, & principalem habitationem in alio loco retineat, *Otrus de Paſcuis cap.8. num.16. per Text. in l.ejus, qui manumiſit, §. ſi quis negotia ff.ad municipalem. Bart. in l.2. n.12. ff. ad munic.*

Ideo ſolvere debet fidam pro animalibus ultra uſum coloniæ.

7 Viator paſcens equos juxta viam in alieno, quantum brachium protendi poteſt non eſt moleſtandus, *text.* eſt in *cap.1.de pace tenenda* ubi *Andreas in Conſt. Ut per partes Apuleæ, & in Conſt.Si quando*, ubi ſtatuitur:

Ut medietatem equi, vel alterius animalis in agrum intromitti liceat, qua poſteriores pedes ſint in via, vel in loco non laborato, *Capall.de ſervit.pecor.paſc. q.4. Rendell. de paſc.fol. ubi 51.cap.9.q.2.*

8 Communio inter plura Caſtra eſt valida; Dominus tamen Caſtri, quando factum eſt inhabitatum, non tenetur ſtare communioni, *Afflict. deciſ.254. in fine, ex cap.Regni Pondus æquum, Rendell. par.2.cap.9.fol.52.*

9 Animalia capta in damno retineri poſſunt ad finem recognoſcendi, cujus ſint, a quo damnum ſarciatur, *l.bovem, ff. ad l.Aquiliam, Plot. in l. ſi quando, n.699. C. unde vi.*

Et detinentur ad alium quoque finem, ut aſſicurentur pro pignore. Unde accepto pignore retineri amplius non poſſunt, *Rendell. ubi ſupr. par.4. cap.4. fol.118.*

Sed pignus debet eſſe ſufficiens pro ſatisfactione.

10 Hinc orta eſt praxis, quod ad inſtantiam domini animalium, fit decretum, *quod præſtita cautione de ſtando Juri, & ſolvendo quicquid fuerit judicatum, animalia excarcerentur, ne macerentur in ſtabulo*. Quantitas enim damni ſemper eſt liquidanda, & de-

nec

Digitized by Google

nec fiat liquidatio, non convenit animalia retinere.

Imo damnum paſſus poteſt animalia capta retinere etiam pro damno, quod antea fecerant eadem animalia, & ſic accipere pignus, vel cautionem pro utroque damno; ex *text.* conſimili *in l.rabis, ff.de incend.ruin.naufr.* ibi: *Non aliter ſibi poteſtatem faciendam, (auferendi & petendi.* ut ſupplet *Gloſ.) quam ſi de præterito quoque damno mihi caviſſes*, *Rendell. de paſc. part.4.cap.4.fol.*119.

11 Sed ſi quis indebite interceptaverit animalia, reſarcire debet damna, de quibus ſtabitur juramento damnum paſſi, facta prius Judicis taxa, infra quam jurandum eſt, juxta *c. Regni Prædem.*, & ibi *Niger in n.28.Rendell.par.4.c.7.fol.*127.

12 Sed quando fida, & diffida eſt liquida, & non poteſt revocari in dubium, quia animalia reperta ſunt in demanio Baronis, vel defenſis indubitatis, tunc animalia non reſtituuntur, niſi ſoluta fida; & diffida, nec tali caſu poteſt fieri decretum, *quod præſtita cautione excarcerentur*, vel facto depoſito, vel accepto pignore, quia dare pignora, & facere depoſitum non eſt ſolvere. & ſolutio fidæ, vel diffidæ liquidæ niſi ſolvatur, animalia non reſtituuntur, *Capyc. dec.45. Rovit. in pragm.1.n.4. de offic. Bajul. Scialoj. de for. Bajulari cap.26.n.37. de Luca ad Capyc. Latr.conſult.65.n.11. ex Capiblanc. pragm.11.n.112. Barbat. de divis.fruct. par.1.cap.6.n.94. D.Maradei ad Pragm.obſerv.53.*

13 Ex ſupradictis dicebam, quod Univerſitas Montis Corvini juſte conqueritur contra Regiam Audientiam Salernitanam, quæ ad inſtantiam Civium Civitatis Salerni dominorum animalium paſcentium in defenſis dictæ Univerſitatis, mandat, quod ſtante cautione præſtita in Regia Audientia de ſtando juri, & ſolvendo quicquid fuerit judicatum, animalia capta in defenſis Univerſitatis Montis Corvini excarcerentur, ne macerentur in ſtabulo.

Nam duo gravamina dicta Univerſitas patitur.

Primum, quia fida, & diffida in dictis defenſis Univerſitatis cum ſit liquida, non poteſt ordinari excarceratio animalium, niſi ſolutione facta, juxta dictam *deciſionem Capyc.*

Secundum gravamen, quia cautio etiam in caſu damni dati liquidandi, vel in caſu fidæ, & diffidæ dubiæ præſtanda eſt in Curia Montis Corvini, ubi damnum datum eſt, & prima inſtantia dicti damni dati non poteſt trahi ad Regiam Audientiam.

14 Fida, & diffida quando immoderate prætenditur, tunc per Superiores expediri ſolent proviſiones, quod facto depoſito veri ſimilis quantitatis juſte debitæ ſecundum numerum, & qualitatem animalium arbitrio Judicis, & præſtita cautione de ſolvendo quicquid plus fuerit judicatum, animalia excarcerentur, & conſignentur ipſorum dominis, ne macerentur in ſtabulo, *de Luca ad Latr.conſult.65.num.11. ex Barbat. loco ſuperius citat. D.Maradei ad Pragm.obſ.53.* omnino videndus, qui pulchre loquitur.

15 Fida, & diffida animalium olim exigebatur juxta pœnam contentam in Banno, *Frecc.de ſubfeud.auctor. 46. ſub num.11.* Hodie vero diverſimode exigitur, & diffida exigitur ab exteris tantum, *Rovit. in pragm.1. de offic. Bajuli ſub num.3. & Lagan.* ibi: *Et ut plurimum exigitur tarenus unus pro fida, & alter pro diffida. Lagan.ibidem* poſt *Capibl. in pragm.11. ſub n.110. de Baronib.* ſed idem *Lagan.* dicit, quod tam circa fidæ, quam diffidæ exactionem ſtari debet conſuetudini, & uſui, & ubi certus uſus non eſt, ſtandum eſt uſui convicinorum, ex *Affl. in Conſtitut. Cum per partes Apuliæ n.13.*

16 Inter Baronem, & Univerſitatem eſt reciprocus uſus paſcendi in Territorio demaniali tantum, & ſic animalia Baronis poſſunt depaſci, quando demanialia ſunt Univerſitatis, & cives e contra poſſunt depaſci, quando animalia ſunt Baronis, ſecus in defenſis propriis Univerſitatis, vel propriis Baronis, ubi quilibet poterit herbagium, vel glandes defenſæ vendere exteris, & illos fidare; Conceditur tamen prælatio, ut Baro pro eadem fida ſit exteris præferendus, & Univerſitas, & Cives ſimiliter præferuntur aliis fidatis a Barone, *de Roſa in tit.36. ad Conſuetud. Neapolit.fol. 144. num.7.*

17 Jus fidæ non eſt quid juriſdictionale, ſed potius quid dominicale, quod ſpectat ad dominum herbagii.

Jus diffidæ eſt juriſdictionale, & oritur ex juriſdictione, quia eſt pœna, ſive mulcta, quæ debetur a transgreſſore.

18 Unde ubi Bajulatio eſt Univerſitatis, tunc Univerſitas poteſt banniri facere defenſam ſuam per ejus Bajulum, & propterea fida, & diffida tunc erit Univerſitatis, ſcilicet fida debetur uti fructus ſpectans ad Dominum privatum Territorii; diffida uti proventus juriſdictionis dictæ Bajulationis.

Ubi vero Bajulatio eſt Baronis, & Univerſitas ab Officialibus Baronalibus banna pro ſuis defenſis emanari obtinet, tunc fida erit Univerſitatis, quæ eſt domina territorii, & ratione ſui privati dominii; Sed diffida erit Baronis, tanquam fructus juriſdictionis ipſius, & quando Univerſitas eligendo in forum M.C.V. ab ipſa M.C. obtinet bannum pro defenſione ſui Territorii, tunc diffida erit Regii Fiſci, *de Roſa ubi ſup.* ex *Frecc.de ſubfeud.*

Baroni prohibitum eſt reducere loca demanialia ad defenſas, *Pragm.21.de Baron. & Pragm.1.§.9. de ſalariis eorum*, ubi etiam abrogantur omnes defenſæ, etiam cum Regio Aſſenſu inſtitutæ.

19 Quoad jus fidandi in Territoriis appatronatis, Barones, ſive Univerſitates fundatam intentionem non habent de jure, quia nemo poteſt fundum alienum ingredi invito Domino, *Capyc.dec.45.in fin.* & alii citati per *Lagan. ad Rovit. in pragm.1. de Offic. Bajul. n.7.* Niſi hoc jus fidandi in Territoriis propriis civium in ſpecie in privilegio fuerit conceſſum, *Aloyſ.de Leo in l.1. num.77. C.de Judic. D.Joſeph Spera diſſert. forenſ. fol. 56. num.132.* vel niſi ex immemorabili præſcriptione, aut conſuetudine fuerit quæſitum jus affidandi animalia in locis appatronatis, *dict. Spera ubi ſup.* ex *Ancher.conſ.155.col.2.Alex.conſ.34.vol.4.*

Quam concluſionem intellige, ut concurrente privilegio, vel præſcripta conſuetudine, habeat locum poſt fructus collectos, & poſt ſecatas ſegetes, & non aliter, ut deciſum refert in cauſſa Marchionis del Zirò, *Thorus part.2.verb. Baro an habeat.* Et interim judicio pendente manutenendi ſunt Cives in ſua libertate, *Sper.ubi ſup.n.133.ex Reg.de Ponte conſil.97.* & deciſum inter Univerſitatem Fuſchi Pagani, & ejus Baronem, refert *Amendol.ad Franch. deciſ.86.num.12. & deciſ. 301. nu.1. & deciſ.394.* Et ita etiam deciſum in cauſſa Univerſitatis, & Civium Terræ Centulæ, cum Illuſtri Marchione Piſciottæ Feudi Molpæ, teſtatur *Lagan. ad Rovit. in d.Pragm.1.de Offic. Bajuli*, ubi eſt inſerta allegatio, rejecto *Capyc. Latr.conſult.83.*, qui victoriam non reportavit, ut ipſe refert.

20 Inſuper eſt advertendum, quod ubi competeret jus fidandi in locis appatronatis, eſt intelligendum in locis apertis, & non in locis clauſis, nec ubi eſſent jardena, ſegetes, arbuſta, & ſimilia, *Aff.deciſ.190. Thor. part.4.verb.fida animalium fol.223.* & ſic deciſum in cauſſa Civium Acerrarum cum ejus Domino, *d.part. 4.verb. animalia fol.23.*

21 In paſcuis enim ſilveſtribus non inconvenit, ut unus ſit Dominus in affidando, & alius ſit Dominus in ſeminando, vel decimando a ſeminatis, vel aliis fructibus induſtrialibus, ut eſt generalis conſuetudo

in

in Provincia Hydruntina, & in aliis partibus Regni, ut notat *D. m. Carol. de Alex. ad Latr. conſult. 83. n. 5. ex Card. de Luca diſc. 50.*

22 Et ubi Baro non habet conſuetudinem legitimo tempore præſcriptam fidandi in territoriis privati vaſſalli, exigere non poteſt fidam, neque diffidam; Si in eo paſcuntur animalia exterorum; & ita eſt intelligenda *deciſio Reverter. 472.* ubi *de Marin. Capibl. Pragm. 11, n. 112.* poſt *Frecc. auct. 46.*

23 Et conceſſa fida paſculandi, neque intelligitur conceſſus paſculus glandium, & ſpicarum, ſed herbarum tantum, ut eſt deciſum in cauſſa Civitatis Novæ cum Univerſitate Seſſani, & Univerſitatis Terræ Ripæ Limoſani, cum Franciſco Scacciato Barone Cobattæ, refert *Thor. par. 1. verb. fida paſculandi fol. 715. col. 1. Joſeph Spera diſſert. for. fol. 58. n. 134.*

24 Et conceſſo jure paſcendi in aliquo Territorio, non intelligitur conceſſum jus aquandi, ut in Sac. Conſ. deciſum fuit in cauſſa Monaſterii Sancti Laurentii prope Padulam, cum Univerſitate Montis Sani, refert *Thor. in verb. jus paſcendi fol. 303 Spera loco ſuperius citato, Rovit. in Rubr. de paſcuis num. 9. Viſcons. in ſuis concluſion. verb. uſum nemoris.*

Contrarium tamen ſubſtinet *Toſſon. de anteph. fol. 279. col. 1. Ricc. collect. 2882. part. 7. Addit. ad Staiban. conſ. 91. ex tex. in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. & ibi Bart.*

Et cum jure paſcendi includitur jus aquandi, pernoctandi, & faciendi tugurium, vulgo, *pagliaro*, ex *l. veluti in fine, ff. de ſervit. ruſtic. præd.*

Et contrariis reſpondet *Novarius qu. for. 23. par. 1. & grav. 35. 419. & 420. tom. 1.*

Et habentes uſum paſculandi, poſſunt ſcindere ligna pro eorum neceſſitatibus, & locato nemore pro paſtu, cenſetur conceſſa licentia lignandi; *Novar. grav. 421. tom. 1.*

25 Statuta municipalia circa uſum paſcui, & circa pœnam damnificantium regulariter Reg. auctorit. confirmanda ſunt; ſolent tamen fieri uti conventionales pœnæ inter Cives in parlamento cum auctoritate Officialis illius Univerſitatis, per *tex. in cap. exigit de cenſibus*, quod recte facere poſſunt in tuitionem paſtus territorii ſui; *Lucas de Penna, & Rebuff. in l. 2. C. de paſc. publ. Otor. de paſc. cap. 12. n. 12.*

Et obſervatio per tempus immemoriale, etiam quod non reperitur ſcripta, nec confirmata, tamquam conſuetudo non ſcripta cenſetur a Rege approbata, & ſervanda eſt, *Oterus ubi ſup. num. 11.* & ligat forenſes; ut dixi ſupra *n. 2.*

Et pœnalia ſtatuta circa paſcua ſunt neceſſaria, quia ut *Ariſtot. 10. Ethicorum* dixit in *cap. 9. Multitudo neceſſitati potius, quam rationi, & pœnæ potius, quam honeſtati paret*; & *Horat. Flac. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

C A P. V.

De Pœnis damni dati.

S U M M A R I U M.

Animal fugiens a damno, incontinenti poteſt inſequi, & capi in alieno territorio, & occidi, ſi adeſt tale ſtatutum, num. 1.

Damnum in dubio potius caſu illatum cenſetur, quam data opera, num. 2.

Damnum præſumitur factum ab animalibus vicinis, ſi neſcitur damnificans, num. 3.

Animalia revertuntur ad locum, ubi damnum dederunt, & in dubio ſic per dictam experientiam fiat probatio, num. 4.

Animalia damnificantia reſtitui debent, dato pignore per Dominum animalium, num. 5.

Animal damnificans ſine culpa domini poteſt dari pro damno, & ſic ſe liberare dominus a pœna, num. 6.

Animalium cuſtos non excuſatur a pœna, & dolo, quando potuit prohibere, ne ingrederetur in fundum, & non fecit, num. 7.

Pœnam exigere non poteſt, qui in ſuum fundum ingredi permiſit animal, quod poterat arcere, ne ingrederetur, num. 8.

Porci pretium ſolvere tenetur, qui permiſit ingredi, & occidi, cum poſſet ingreſſum prohibere, ſtatuto occidendi in nihilo ſuffragante, num. 9.

Pœna banni an ſolvi debeat, quando animalia per ſe intrant abſente cuſtode, num. 10.

Pœna, quæ exigi debet, quando animal damnificavit, & quæ ubi nil damnificavit, num. 11.

Beſtiæ fugatæ, vel aberrantes pœnam non ſolvunt, ſed ſolum emendam damni, num. 12.

Bannum non ligat abſentes, num. 13.

Pœna pro animalibus repertis in territoriis ſanis, ſaldis, & apertis an exigi poſſit, & conciliantur opiniones contrariæ, num. 14.

Venator incurrit in pœnam trium nummorum, ingrediens invito Domino in alienum fundum, num. 15.

Ingreſſus omnibus prohibitus eſt in alienum fundum, num. 16.

Pœna ceſſat tota, ceſſante damno, niſi territorium ſit bannitum, & niſi eſſet pœna capitularis, num. 17.

Pœna debetur, ubi eſt damnum, & debetur etiam emendatio damni, num. 18.

Damni æſtimatio quomodo fieri debeat, num. 19.

Pœna unica exigi debet pro animalibus ſub uno paſtore poſitis, num. 20.

Animalia retineri non poſſunt ultra 24. horas ſub pœna furti, ſive ſint capta in damno, ſive ſint errantia, num. 21.

Dictum eſt ſupra de privilegiis Bajuli in procedendo, & de fida, & diffida; Reſtat nunc aliqua dicere circa emendationem damni, & pœnas contra damnificantes, & aliquas dubioſas quæſtiones ſolvere. Pro quarum ſolutione ſciendum eſt, quod

1 Animal ſi fugerit a damno, poteſt inſequi, & capi in fundo alieno in continenti tamen, & ubi eſt ſtatutum, vel bannum, quod poſſit occidi, poteſt etiam incontinenti, dum aufugit in alieno fundo occidi, *Caſſan. in Conſuetud. Burgun. rub. 1. §. 5. fol. 281. num. 25.* quem allegat, & ſequitur *Papar. in conſuetud. Caracenſ. num. 15. fol. mihi 233. Proſper. Rendell. de paſcuis part. 4. cap. 6. fol. 124. ex Salicet. in l. Graecus verſ. ex prædictis, Cod. ad leg. Jul. de adulter. Bartol. in l. quod ait, ff. eod. Plotus in l. ſi quando n. 874. Cande vi.*

2 Damnum datum in dubio judicandum eſt caſu illatum potius, & non data opera, & tunc ſolum quantitas damni debetur, & non pœna, & ſic onus probandi, quod data opera ſit datum, incumbit damnum paſſo, *Novar. grav. 44. tom. 1.*

3 Damnum præſumitur factum ab animalibus vicinis, ſi ignoratur damnificans, *Merend. conſ. 13. n. 7. par. 1. Luc. de Penn. in l. quemadmodum au. 14. C. de Agricol. & Cenſit. Menoch. de præſumpt. lib. 1. qu. 89. & 95.*

Verum conventi poterunt probare ſe eſſe cuſtodes diligentes, & bonæ famæ, nec ſoliti damnificare cum animalibus, quibus probatis debent abſolvi a Judice, *Novar. grav. 44. n. 4. tom. 1.*

4 Et in dubio poteſt fieri probatio per experientiam, dimittendo animalia in libertate in loco, quæ ſi revertantur ad damnificandum, dicitur facta probatio contra dominum animalium, ex traditis per *Ciceronem pro Cluentio*, ibi: *Beſtiæ ad eum locum, ubi paſtæ aliquando ſunt, revertuntur, Hieron. de Camill.* quos citat, & ſequitur *Rendell. de paſc. par. 4. cap. 7. fol. 127.*

5 Du-

Digitized by Google

5 Ducens animalia damnificantia, reſtituere tenetur, ſi Dominus animalium dat pignora pro damni emendatione & accepto pignore revelabit Bajulo, *Bartholom. de Capua in conſtit. Animalia ex l. 1. in longob. §. ſi quis peculium tit. de eo, qui peculium, Rendell. par. 4. cap. 4. fol. mihi* 116.

6 Dominus animalis damnificantis poteſt ſe liberare a pœna, quando dat animal ipſum pro noxa, ex *tit. ſi pauperiem feciſſe dicatur*, ibi: *Noxæ deditio*, notat *Rendell. ubi ſup. fol. mihi* 117.

Quod limitatur, quando Dominus animalis ex culpa ſua damnum dedit, quia tunc non liberatur, ſi dat illud pro noxa, *Cavalcan. deciſ. 26. de damno dato n. 27. Rend. ibidem.*

7 Et potens animalia prohibere, ne ingrediantur in fundum, & non faciens dicitur in dolo. Unde cuſtos animalium ob dictum dolum non excuſatur a pœna Banni, vel capituli.

8 Et ita pariter Dominus fundi ob dictum dolum non poteſt exigere pœnam, nec damnum.

9 Hinc fit, quod ubi eſt ſtatutum de occidendo ſue damnificante, ſi Dominus fundi ſinit ingredi, cum potuerit prohibere, & illum occidat, dicitur in dolo, & tenetur ſolvere pretium porci, ſtatuto in nihilum ſuffragante, *Novar.* omnia ſupradicta concludit in *grav. 44. tom. 1. ex Manſuer. in prax. tit. de expenſ. num. 15. Coſta de ſcientia, & ignor. diſtinct. 34. cent. 4.*

10 Banna, quæ fiunt, ne aliquis accedat ad aliorum bona campeſtria cum animalibus, debent reſpicere animalia immittentes, non autem ipſa animalia, quæ ſi per ſe intrant, pœna banni ſolvi non debet, *Novar. grav. 49. tom. 1.* & deciſum refert *Lanar. conſ. 99. n. 1. Frecc. lib. 2. auctor. 42.*

Sed hoc mihi non placet, quia in Regno habemus *Pragm. 1. de offic. Bajuli*, per quam ſtatuitur in §. 1. *ut intelligatur damnum dediſſe quicumque in poſſeſſionibus alienis contra banna cum animalibus, vel ejus animalia ſine eo paſculare reperta fuerint*. Ex quibus verbis habetur clare, quod etiam animalia, quæ per ſe intrant, tenentur pœna damni, ibi: *Animalia ſine eo paſculare reperta, unde ſive cum cuſtode, ſive ſine eo, ad pœnam teneri*, ſtatuitur in *d. Pragm.*

11 Proinde vera eſt ſententia, quod effectus, & virtus banni eſt, ut pœna exigatur ad proportionem damni, & exigatur ſimul quantitas damni dati, ut ex verbis, & mente *d. Pragm.* 1.

Sed ubi nihil damni datum ſit, pœna exigi debeat moderate, ne remaneat impunitus contemptus, & reverentia poteſtatis, ita *Rend. de paſc. fol. 19. cap. 17. & alibi* poſt *Annam ſing.* 138. & ſemper pœna damni arbitrio boni viri, ideſt boni Judicis exigenda eſt, *Capibl. Pragm. 11. num. 110. per tex. in l. eos, C. de modo mulctarum.*

12 Verum ſi eſſent beſtiæ fugatæ a muſca, vel a lupis, aut aliter ſine culpa Domini deperditæ, ſive aberrantes, non ſolvunt pœnam, neque diffidam, ſed vix emendam damni quanto minoris, *Boer. in conſuet. &c. de conſuet. prædior. §. 4. in fin. Gand. de malef. tit. fin. verſ. item pone, Rendell. de paſc. fol. 61. cap. 11. par. 2.* ita Equæ luxuriantes tempore veris ſolent percurrere pro inveniendo equo, & propterea dicunt adagium Villani, *Scapparora, non paga pena.*

13 Bannum non ligat abſentes, *cap. cum in ſua, qui matrimonium accuſare poſſunt, Alex. conſ. 31. Carrab. ſing. 25.*

Unde qui fuit abſens tempore promulgationis banni, probata abſentia, non eſt moleſtandus pro pœna damni dati in territorio bannito, ita *Novar. grav. 52. tom. 1.*

14 Pœna non exigitur, quando animalia reperiuntur in Terris ſanis, ſaldis, & apertis, licet ſint bannitæ, niſi eſſent ſeminatæ, vel clauſæ; ita deciſum inter Univerſitatẽ Litterarum, & Baronem, & pro Univerſitate Vallis Vitulani, *Capibl. pragm. 8. par. 1. n. 296.* & ita deciſum in Sacr. Conſ. & Collat. Conſ. refert *Novar. grav. 43. tom. 1. & Reg. Lanar. conſ. 98. num. 8. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 18. nu. 18. Toor. in compend. deciſ. verb. pœna tom. 1.*

Nam in Terris vacuis, & apertis animalia poſſunt immitti, nec domino fit injuria, ut ibi.

Sed contrarium habetur apud eundem *Novar. grav. 45. tom. 1. num. 3.* ubi videtur ſibi ipſi contrarius, dicens nemini licere fundum alienum ingredi ſine jure ſervitutis, ex *l. 3. ff. de ſervit. ruſt. præd. Crivell. dec.* 148.

Sed prima opinio intelligitur, ubi poſt collectas fruges ex conſuetudine loci animalia poſſint immitti: Secunda vera opinio intelligitur in herbagiis, & ſimilibus locis, ubi etiam collectis frugibus ingreſſus non permittitur.

15 Et venator ingrediens fundum clauſum invito domino fundi, licet habeat licentiam venandi, vel aucupandi a Barone, vel aliis ſuperioribus, incurrit pœnam triremium per annos tres, & aliam pœnam arbitrio S.E. reſervatam: *Pragm. 1. de aucupib. & venator.*, & in fundo aperto venator puniri debet pœna injuriarum, *gloſ. in l. Divus, ff. de ſervit. ruſt. præd.* ibi: *Non eſt rationabilis, nolentibus Dominis, vos in alienis agris aucupari.*

16 Et generaliter in prædiis alterius nemini eſt licitum invito Domino depaſci, & ingredi, per *Tex. in l. quintus ff. ad l. Aquil. l. per agrum ff. de ſervit. l. fin. C. de paſcuis publ. lib. 11. l. injuriarum actio, §. pen. cum ſeq. ff. de injur. Iſern. in cap. 1. de pace tenend. Alex. conſ. 35. vol. 4. n. 7. Pulver. ad Afflict. dec.* 290.

17 Et licet pœna ceſſet tota, ceſſante damno. Unde ſi animalia ingrediuntur in paſcuis, & damnum non faciunt, ad nihilum tenentur, nec domino paſcui, nec Bajulo, *Capibl. anc. in Pragm. 8. part. 2. num. 395. tom 1. Vivius dec. 520. Lanar. conſ. 98. n. 8.*

Tamen ubi Territoria ſunt bannita, licet animalia non damnificaverint; poterit ratione contemptus exigi pœna, non autem totalis, ſed moderata, ſcilicet arbitrio Judicis, juxta facti & perſonarum qualitatem, nempe pro prima vice, quod ſolvatur tertia pars pœnæ; ſecunda vice, medietas; tertia vice, etiam duæ partes pœnæ; ita *Novar. gravam. 51. tom. 1.* ex *Frecc. in tract. de ſubfeud. author. 42. lib. 2. Lanar. conſ. 98. n. 9. Anna ſin.* 138.

Et per ſuprapoſitam regulam generalem, quod nemini eſt licitum in agris alienis depaſci, nec ingredi; Fit alia regula, quod pro animalibus ingreſſis in paſcuo, licet damnum non faciant, & licet territoria non ſint bannita, exigi poteſt pœna capitularis, ſive conventionalis. Nam unaquæq; Univerſitas habet ſuas capitulationes, ſed d. pœna capitularis moderatur a Judice, modo quo ſupra, & ſuprapoſita concluſio, quod ceſſante damno ad nihilum tenetur, habet locum, ubi nec banna, nec pœna capitularis ineſt.

Et ratio, quare pœna nulla exigi liceat ab animalibus damnificantibus, quoties in territorio non adeſt bannum, erit, quia nullus contemptus, vel injuria conſideratur, niſi data prohibitione, *Sanfel. deciſ. 8. n. 13. tom. 1.* ubi allegat *Abb. in cap. dilecti nu. 13. & 14. de arbitr. Rendell. d. cap. 17. verſ. exigitur autem pœna, gloſ. in Conſt. poſt mundi machinam, verb. contempſerunt.*

Ita pariter data prohibitione conventionali inter cives per capitulationes Univerſitatis ſuper damnis, illæ ſunt ſervandæ, etiam ubi non fuerit illatum damnum in agris, quia in illis ingredi non licet, ſtante prohibitione capitulari.

18 Pœna damnificantium ſolvi debet ultra damni emendationem, ob contemptum banni, *Novar. gravam. 56. tom. 1.* Ita concludit etiam *Sanfel. dec. 8. tom. 1. n. 12.*

Digitized by Google

1.*n.*12. ubi allegat etiam *Ann.ſing.*138. Ita pariter, ubi adeſt pœna capitularis ſolvitur pœna ob contemptum, ſive inobſervantiam cap itulationis.

19 Damnum illatum per animalia in ſegetibus, ſcil. in frumento, hordeo, milio, vel in leguminibus exiſtentibus in herbam, æſtimari debet tanti, quanti vendi poteſt, tempore damni illati, ut firmat *Afflict. in Conſtit.Pervenit rubr.*36.*lib.*3.*n.*5. quem allegat, & ſequitur *Manſ. de cauſ.execut. ampl.*34.*nu.*28. *Bald.conſil.*182.*col.*2.*lib.*1. *Cravett.conſ.*40.*n.*10. *Urſill. ad Afflict. dec.*34.*n.*4. *Gratian.deciſ.*57. *Viſcont. in concluſ. jur. verb. damnum datum*. Sed *Vivius deciſ.*280. *dub.*1. dicit, trinum tempus eſſe conſiderandum, v3. Primo, tempus damni in herba. Secundo ante tempus meſſium ad ſciendum, ſi frumentum ſit renatum in partem, vel in totum. Tertio, eſt expectandum tempus meſſium, ad ſciendum eventum perceptionum fructuum, & *Ricc.collect.*103. meminit *d.deciſ.*, & aliis cumulatis *Thor. in compend. verb. animalia tom.*1. Et ego addo, quod circa hoc debet ſervari conſuetudo loci.

20 Pro damno dato ab animalibus diverſorum, quæ ſtant unita ſub uno Paſtore, unica pœna exigi debet, *Carolus de Alex. ad Latr. conſult.*161. *nu.*15. poſt *Novar. tom.*1. *gravam.*45. & *Pragm.*1. *n.*7. quicquid in contrarium dicat *Crivel. in Senatu Dolano dec.*138.

21 Animalia damnificantia ſi dominus damni retinet in proprio ſolo, vel domo, tenetur pœna furti, & hoc in Regno noſtro Neapolitano, ubi cogitur conſignare Officiali illius loci, ubi damnum fuit datum, ex *Conſtit.Regni, Pervenit, rubr.*36. ubi *Iſern. & Afflict. in Conſtit. Cum per partes Apuleæ*, & in *Conſtit. Animalia, rubr.*37. ubi *Afflict.* & etiam firmat *Bajard. ad Clar.qu.*82.*n.*15.*fol.*223.*Campag.cap.*10.*n.*87.*Manſon. ampl.*26.*n.*25.

Secus in aliis Regnis, ubi ſervatur jus commune, ibi de furto non tenetur cum in dolo non ſit, dum juſtam cauſam habuit retinendi, uſque dum emendetur damnum, vel uſque dum ſciatur dominus animalium, idem *Campag. & Manſon. ubi ſupra*.

Verum nota, quod licet *Campag.* innumeros congerat Authores pro dicta opinione, quod ita ſit de Jure communi, tamen contrarium ego eſſe puto; Nam de Jure communi eſt *Text. in l.Quinto capite, ff. ad l. Juliam de adulter.* per quem *Text.* non permittitur ultra 20. horas detineri adulter captus in domo capientis, & per *d.Tex.Bartol.* ibi. Et *Borrell. de magiſtr. edic.lib.*4.*cap.*6. *num.*55. concludunt, quod etiam de Jure communi ultra 20. horas animal captum in agris damnificans detineri non poſſit; ſed ex *l.Aquil. & de paſtu pecoris*, Curiæ conſignari debet, idem *Bart.in l.hoc amplius, §.de his in fin.ff.de damno infecto, Otterus* latiſſime relatis pro, & contra juribus concludit cum *Bartol.cap.*12. *de paſcuis n.*22.

Infertur hic, quod etiam Clerici tenentur pœna furti, ſi ultra 20. horas animalia detinent, & Curiæ non conſignent; quod ſecus eſſet, ſi ſolum de Jure Regni compeſceretur, quia Clerici ſtatutis Regni non ſubeunt.

Et nota, quod per *d. Conſtit.Pervenit*, mandatur, ut animalia capta conſignentur Juſtitiario, ſed per alteram *Conſtit.*quæ incipit, *Animalia*, hoc fuit emendatum, & fuit ſtatutum, quod animalia aſſignentur Bajulis locorum, ut not. *Iſern.* ibi, & in ſuo *repert. lit.A. verbo animalia fol.mihi* 593. ubi concludit ex *d.Conſtit. Pervenit*, quod

Tenentes animalia errantes intra gregem ſuorum animalium, furti tenentur tam Cuſtodes, quam Patronus, per *Text.* ibi, *retinere.*

Et interceptans animalia damnificantia ſi detinet penes ſe, etiam furti actione tenetur, ut ſupra dixi, & adde *Oldrad.* & *Bart. in l.Prætor ait, §. de his, ff. de damno infect. Rendella de paſc.part.*4.*cap.*4.*fol.*115.

Ubi *d. Rendella* advertit, quod licet de Jure communi terminus conſignandi, vel revelandi animal captum ſit 20. horarum, ut ſupra dictum eſt, per *Tex. in l.Quinto, ff. ad l. Aquil.* ubi *Bart.* & *DD.*, tamen de Jure Regni capiens animal damnificans in ſuo agro infra terminum 24. horarum debet ad Bajulum ducere, vel ſaltem revelare; quicquid ſit de Jure communi per *d. Text. in l. Quinto ff.ad l. Aquil. de adult.*, quod bene nota, & ultra *Rendel.* ita advertit *Bartol. de Capua ſing.*32. & *in Conſtit. de detinentibus alien. animal. lib.*1.

C A P. VI.

De Formulis, & methodo actitandi per Bajulum.

S U M M A R I U M.

Accuſationis formula pœna capitularis contra damnificantem, num.1.

Teſtium depoſitio ſuper damno dato, num.2.

Damnificans quando negat, formula negationis, & termini, num.3.

Damnificans quando acceptat cum qualitate componitur, num.4.

Remiſſio accuſationis damni dati, num.5.

Deciſio cauſæ damni dati auditis partibus, num.6.

Contumaciæ in cauſſis damni dati, num.7.

Executorium ſive cartella pro exequendo in damnis datis, num.7.

Contumax in damnis datis, refectis expenſis, auditur, & ſuſpenditur executio, num.9.

Acta ex libro transportantur in folio, quomodo, & quando fit, num.10.

Bannum contra damnificantes poteſt expediri tam a Curia Bajuli, quam Baronis, & a M.C.V. ad arbitrium domini territorii, & pœno applicatur Curiæ Bannienti, num.11.

Banni formula pro damnis datis cum contumaciis, num.12.

Banni pœna exigi non poteſt, quando contumaciæ non ſunt accuſatæ in banno, num.13.

Bonni formula alterius modi contra damnificantes, num.14.

Comparitionis formula contra bannum, num.15.

Decreti formula pro reformatione banni, num.16.

Banni accuſati formula, num.17.

Citatio ad ſolvendam pœnam vigore banni, num.18.

Banni pœna poteſt accuſari ad inſtantiam Partis, & ex officio, & quæ ſit differentia inter unum, & aliud num.19.

Pœna contraventionis banni exigi non poteſt, niſi citetur contraveniens ad dicendum cauſam quare &c. n.20.

Pœna ſpreti mandati eſt tareni unius pro qualibet uncia, num.21.

Mandatum pœnale non ſubſcriptum ab Aſſeſſore eſt nullum, & debent in eo incuſari contumaciæ, num.22.

Mandatum abſque clauſula juſtificata eſt nullum, & non tenetur citatus comparere, & ſi comparet, reſolvitur in ſimplicem citationem, num.23.

Appellationis formula a Curia Bajuli ad Curiam Capitanei, num.24.

EXplicatis privilegiis Curiæ Bajularis, & dubiis circa fidam, & diffidam, & damna data, convenit nunc tradere aliquas formulas, & modum actitandi, pro plena praxi Bajuli; Et ſunt, quæ ſequuntur v3.

Form. Accuſationis civilis de damnis datis juxta Statuta, & Capitula Curiæ Bajulationis.

Die &c. T. de T. accuſa Antonio T. come nel t.

gior,

Digitized by Google

giorno danniſicò con li ſuoi bovi in numero di cinque nel ſuo grano ſeminato al tal luogo, o nella ſua vigna al tal luogo. Perciò fa iſtanza ſia condannato ſecondo li capitoli, e ſi proteſta delle ſpeſe &c.

Teſtimonj *T. di T. e T. di T.*

2 Die &c.

Talis de T. teſtis ætatis annorum tot, ut dixit &c. cum juramento interrogatus, & examinatus dixit, che ſarà circa tanti giorni, che vidde tanti bovi, o tanti porci paſcolare nel grano del T. di T. ſeminato al tal luogo; dove li vidde anco T. di T. che li trovò con eſſo pure, & ita &c.

✠ Signum crucis dicti T. teſtis.

T. Act.

3 Die &c.

Curia ſedente citatus prius d. T. per T. Bajulum per liſtam, ut moris eſt, & hodie vocatus in Curiam ad litem conteſtandam, dictus T. accuſatus negavit animo litem conteſtandi &c. Et ſic per Curiam fuit datus terminus dierum duorum utrique Parti ad probandum, & defendendum.

Ipſis Partibus præſentibus &c.

T. Act.

4 Ma ſe l'accuſato non negarà il danno fatto, ſi dirà, vz.

Et dictus accuſatus non negavit fuiſſe repertos duos boves ſuos intra ſeminata T. accuſantis, nam alia tria non fuerunt ſua, ſed T. de T., & pro dictis duobus bovibus ſuis remittit ſe gratiis Curiæ. Vel dicit, ad pœnam capitularem non teneri, quia locus eſt apertus, & debet teneri clauſus, juxta ſtatuta noſtræ patriæ, vel dicit non teneri ex tali cauſa, &c.

Et per Curiam fuit compoſitus prædictus T. accuſatus in carolenis tot pro pœna Curiæ juxta capitulum, & carolenos tot ſatisfaciat Parti juxta dictum capitulum.

Proviſum die &c.

T. Judex. T. Act.

5 E quando l'accuſa è rimeſſa fra il termine delli tre giorni, o di otto giorni ſecondo la capitolazione, o ſtilo di quella bagliva, ſi caſſerà l'accuſa del ſeguente modo, vz.

Caſſa eſt, quia remiſſa eſt in termino, &c.

Quando ſi opponeſſe dall'accuſato qualche eccezione, che ci biſognaſſe pruova dall'una parte, e l'altra voleſſe provare il contrario; come, benchè vi ſiano ſtati li ſuoi animali nel tal giorno, ad ogni modo il ſeminato, o vigna era ſtata più prima danneggiata da altri, e però non deve eſſo pagare quel danno, ſi darà termine ad probandum.

6 E poi inteſe le Parti ſi farà decreto, videlicet.

Die &c.

Curia Bajularis ſedente &c. Per li ſottoſcritti Giudici della Bagliva riconoſciuti gli atti, ed inteſe le Parti ſi condanna il T. accuſato in carl. tanti per la pena di tanti animali caprini, che hanno danniſicato alle ghiande, e foreſte del T. da applicarſi alla Corte, ed altri tanti alla Parte danniſicata, &c.

Quando l'accuſato citato non compare, ſi accuſano le contumacie, e dopo se vi è ſtilo in quella Corte, che in contumacia ſi condanna ſenza altra prova, perchè contumax habetur pro confeſſo, in tal caſo ſi farà la cartella, che Exequatur, ſtante che coſta per teſtimoni.

Die T. per lo T. giurato ſi riferiſce aver citato il T. all'accuſa fattali dal T. di T.

Die, &c. Inſtante Parte, & petente fuit accuſata prima contumacia contra T. accuſatum.

7 Die, &c. Inſtante Parte, & petente fuit accuſata ultima contumacia contra T. accuſatum. Et proinde fuit dictũ per Curiam, quod in ejus contumaciam exequatur ad inſtantiam T. accuſantis contra T. accuſatum pro carol. tot, juxta Capitulum realiter tantum, nec non pro aliis carolenis tot pro pœna Curiæ, & ita, &c. & expediatur cartella, &c.

T. Jud. T. Act.

De mandato Curiæ Bajularis T. Terræ.

8 Baglivi di noſtra Corte inſolidum, &c. eſſequirete ad iſtanza del T. contra il T. per carlini tanti per l'accuſa fattoli del danno al ſeminato, ed in contumacia così condennato realiter tantum, e per altri carl. tanti per la pena di eſſa Corte, e per gr. tante per le ſpeſe, & anche per la ſpedizione della preſente cartella, e per voſtro giuſto, e ſolito ſalario, penes tertium, &c. Data nella Terra di, &c. Die, &c.

T. Jud. T. Act.

9 Ma ſe il contumace voleſſe eſſere inteſo, ſi dirà, vz.

Die, &c. T. accuſatus, & contumax refecit expenſas, & inſtitit audiri, & petiit copiam accuſationis cum termino in forma, & per Curiam fuit dictum, quod ſtante refectione expenſarum facta, audiatur, & ſuſpendatur interim cartella, &c.

T. Jud. T. Act.

Allora ſi cacciarà in foglio l'accuſa con le contumacie fatte, vz.

10 Quæ venit ex libro accuſationum, & contumaciarum civilis Curiæ Bajulationis Terræ, vel Caſtri T. fol. 20. eſt tenoris ſequentis, vz.

Die &c.

Antonio T. accuſa tanti animali contro T. &c. e ſi ſcriverà tutta l'accuſa, e teſtimonj eſaminati, e contumacie.

E poi ſi farà l'eſtratta, vz.

Extracta eſt præſens copia a libro dictæ Curiæ, meliori, &c. & in fidem, &c.

T. Act.

Sopra queſto foglio ſi faranno le repliche, & atti; e ſe biſognerà, ſi darà termine alla cauſa, e ſi riceveranno i teſtimonj, e ſi farà la ſentenza.

Et licet in cauſis damni dati ſola Curia Bajularis eſt competens, & procedit privative quoad alias Curias, adeoque nec electio fori admittitur, ut diximus ſupra.

11 Tamen licitum eſt cuilibet bannum emanari facere contra danniſicantes, & ad ſuum libitum poterit dictum bannum obtinere, vel a Curia Bajulari, vel a Curia Baronali, vel a M. C. Vicariæ, & ille Judex procedere poterit deinde vigore banni contra danniſicantes, & pœna banni applicabitur Curiæ bannienti, *De Roſa ad conſuet. Neap. pro penſione num.* 12.

12 *Form. banni pro damnis datis.*

Banno per ordine, e comandamento della Corte Bajulare, o Baronale della Terra T.

Giurati di detta Corte, e d'altre qualſivogliano Corti inſolidum, &c. ad ogni iſtanza del T. di T. publicarete banno per le piazze, e luoghi ſoliti di detta Terra, ut moris eſt: Che neſſuna perſona ardiſca nè di giorno, nè di notte a piedi, nè a cavallo paſſare, o entrare, nè paſcolare, nè tagliare arbori, rami, o in altro qualſivoglia modo danniſicare negli infraſcritti ſtabili di detto T. di T. ſotto pena di carlini quindici d'applicarſi la terza parte alla Camera Bajulare, o Baronale, la terza parte ad eſſa Corte, e terza parte ad eſſo danniſicato in caſo di contravenzione, ma chi aveſſe cauſa in contrario, comepariſca avanti di noi ad allegare, e dire quel che l'occorrerà, perchè ſe gli ſomminiſtrerà complimento di giuſtizia, alias, &c. Datum in Terra T. die T. menſis T. anno 1697. Subſcribatur ab Officiali & Actuario.

Deinde fiat relatio Jurati, & accuſantur contumaciæ. vz.

Die T. in Terra T. Antonius T. ordinarius Juratus dictæ Curiæ retulit mihi infraſcripto Actuario ſe die

T. vel ſe hoc prædicto die publicaſſe retroſcriptum bannum, & ſingula in eo contenta in publicis plateis, & locis ſolitis alta voce, ut moris eſt, & affixiſſe cartellas juxta ſolitum,& in fidem,&c.

T. Act.

Die 15.menſis Decembris 1697.in Terra T.inſtante parte, & petente fuit accuſata prima contumacia in forma,Curia,&c.

T. Act.

Die 19.menſis Decembris 1697.in Terra T.inſtante parte, & petente fuit accuſata ultima contumacia in forma,Curia pro Trib.ſedente, &c.

T. Act.

Et per Curiam fuit dictum, quod ex quo nullus comparuit, qui contra bannum prædictum aliquid in contrarium allegaret, procedatur in contumaciam contra transgreſſores banni prædicti in forma, & ita, &c.

T. Jud. T. Act.

13 Ut pœna poſſit exigi in contraventione banni debent eſſe accuſatæ contumaciæ, & publicatum in locis ſolitis, quia cenſetur acceptatum bannum a ſubditis non comparentibus pro revocatione banni, *Rendella de paſc.p.2. cap.11. fol. 60. Capibl. pragm.14. num.70.Urſill.dec.290.*

14 *Form.Banni alterius modi vz.*

De mandato Curiæ T. Terræ.

Eſſendoſi fatta iſtanza per parte dell'Univerſità, e Mag.del Reggimento di queſta Terra,che per utile comune è neceſſario rimediare, che non ſi facci danno alli cerri, cerque, peragine, ed altri frutti della T. montagna, o tal contrada, dal tal giorno per tutto l'ultimo del meſe di Febbraro,abbiamo per queſto fatto il preſente, con il quale ordinamo, che dal T. giorno in avanti per tutto l'ultimo del meſe di Febbraro non ſia perſona alcuna, che preſuma entrare nel paſcolo, nè in altro modo dannificare nelle ghiande della T. contrada, nè con animali groſſi, nè minuti, nè ſenza quelli, ſotto pena di doc.ſei, o vero ſotto pena di un tarì per porco, e due tarì per bove, &c.e carlini quindici per ciaſcheduna perſona, che ſi trovaſſe aver colto ghiande per portarle a caſa, oltre la reſtituzione di dette ghiande colte, da eſſigerſi irremiſſibilmente da' contravenienti, ed acciocchè venghi a notizia di tutti, e nullo poſſa allegar cauſa d'ignoranza, volemo, che per ciaſcheduno de' ſervienti di noſtra Corte inſolidum, &c.debbia pubblicarſi il preſente banno, alta, & intelligibili voce ne' luoghi pubblici,e ſoliti di detta Univerſità, ut moris eſt: Verum ſi, &c.quoniam,&c. alias,&c.Datum in Terra T.die, &c.

T. Jud. T. Act.

Solet, & poteſt quicumque ſentit ſe gravatum de banno comparere, & inſtare, ut revocetur, vel reformetur; opponendo exceptionem, vel cauſſam gravaminis; & hoc ſolet fieri tam a vicinis, vel a Syndico nomine Univerſitatis, vel ab aliis.

15 *Form. comparitionis contra bannum.*

In Baronali Curia Terræ T.comparet T.Syndicus; vel T.& T.conductores terragiorum, vel defenſarum, &c.& dicunt, qualiter per ipſam Curiam fuit emanatum bannum ad inſtantiam T. ſub pœna ducatorum ſex contra damnificantes in ſeminata, & ſtabilia ejus contra formam juris, tam communis, quam Regni, & contra ſtatuta hujus Terræ; Nam in damnis datis pœna non poteſt excedere ultra auguſtalem unum, ideſt carolenos 15. & in dicto banno pœna impoſita fuit ducatorum ſex. Propterea petunt bannum prædictum reformari,quoad pœnam prædictam.

Item quia in paſculo talis loci prohibitio fieri non poteſt niſi a die 1.Octobris uſque ad Vigiliam S. Natalis ex inveterata conſuetudine Terræ prædictæ,proinde petunt reformari bannum prædictum,etiam quoad tempus prohibitionis, alias de nullitate, &c.& proteſtantur de omnibus licite proteſtandis,& ita inſtant, & omni alio meliori modo,&c.

Intimetur parti,quia ſic,&c.

T. Act.

Et ſi opus fuerit, datur terminus, vz.

Infra quatuor dies, vel infra biduum audiantur partes,hoc ſuum,&c.

In hoc enim judicio brevis terminus datur,quia periculum eſt in mora.

Et inſtructo proceſſu interponatur decretum, vz. Die,&c.

16 Viſo banno publicato ſub die T. ad inſtantiam T. viſis oppoſitis contra dictum bannum pro parte T.T. T.vel pro parte Mag.Syndaci dictæ Terræ;Viſis actis, partibus auditis, ac viſis ſtatutis Terræ prædictæ,fuit proviſum, & decretum, quod bannum prædictum reformetur quoad pœnam duc. ſex in carolenos quindecim tantum, & quoad tempus prohibitionis a die 1. Octobris uſque ad Vigiliam S.Natalis tantum, & non ultra, & quoad reliquum bannum firmum remaneat, & exequatur contra transgreſſores,juxta illius ſeriem, continentiam, & tenorem, & ita, &c. omnique alio meliori modo,&c.per hoc ſuum,&c.

Proviſum die, &c.

Fiat relatio Jurati, qualiter dictum decretum fuit notificatum partibus.

17 *Form.accuſationis banni.*

Die,&c.

Antonio T.accuſa contra T.di T.la pena del banno per averlo trovato con la ſua maſſaria di pecore paſcendo al tal luogo jeri tãti del meſe,e quelli in fraganti trovati l'ha condotti carcerati alla taverna, ovvero dentro il caſtello,e così ne giura.

O ſe non aveſſe gli animali in mano,dirà. Del che ne poſſono deporre li T.e T. teſtimonj.

Et per Curiam T. Terræ fuit proviſum, quod capiatur ſummaria informatio de expoſitis, & teſtes habeantur pro legitime citatis, & pars compareat prima die, & deinde in antea ad videndum illorum juramenta,hoc ſuum.&c.

Poſt examinatos teſtes fit citatio ad ſolvendam pœnam,vz.

18 *Citatio ad ſolvendam pœnam contentam in banno.*

T.de T.Capitaneus Terræ T.

Juratis, & ſervientibus noſtris, ſive, &c. ſignificamus, qualiter per nos, & noſtram Curiam fuit emanatum infraſcriptum bannum ad inſtantiam T.de T.cui fuit contraventum, ob quam contraventionem fuit per dictum T.accuſata pœna in eo contenta contra T. de T.ut de contraventione conſtat ex actis,quod bannum eſt tenoris ſequentis,vz.

(s'inſeriſce qui il banno.)

Quo quidem banno hic inſerto, fuit nobis inſtatum pro debita proviſione, &c. nos enim, &c. Ideo vobis jam dictis inſolidum committimus, & mandamus,quatenus ad omnem inſtantiam dicti T. & Curiæ Coadjutoris, peremptorie citetis dictum T. contravenientem perſonaliter, vel domi, &c.ut prima die poſt, &c. compareat coram nobis, & noſtra Curia ad ſolvendam pœnam duc.ſex contentam in dicto præinſerto banno in poſſe T.Ærarii ob contraventionem ipſius banni,quod ſprevit,& parviſecit in contemptum ipſius Curiæ, vel ad dicendum cauſſam, quare ad dictam pœnam non teneatur; quoniam, &c.alias, &c. Data in Terra T. die &c.

Subſcribatur ab Officiali, & Actuario; fiat relatio citationis, & ſi non comparet, accuſentur contumacia prima,& ultima.

Et in contumaciam expeditur cartella, ſi eſt citra caro-

Digitized by Google

tolenos 3e. ſed ſi ultra, expediuntur litteræ executoriales.

Et ſi comparet, & allegat aliquam juſtam cauſam, auditur ſormiter.

Et conſimili modo practicatur in contraventione aliorum bannorum, & multoties accuſat pœnam Coadjutor Curiæ.

19 Pro pœna banni poteſt procedi ex officio adverſus contravenientem, & aſpernantem bannum, & poteſt procedi ad partis inſtantiam cum hac differentia.

Quod ſi damnificans denuncietur ex officio Curiæ, ipſa Curia exigit pœnam ſuam, licet pars offenſa remittat, quia tali caſu habetur uti excuſator, qui non relevat ad evitandam pœnam jam acquiſitam Curiæ, *Rendell.de paſc.p.4.cap.3.fol.115.ex l.11.ff.ad Syllan.*

Ita pariter quando pars accuſavit bannum, quæſitum eſt Curiæ jus, & non poteſt amplius pœnam Curiæ evitare, niſi in caſu, quo per errorem conſtet fuiſſe factam accuſationem, *Rend. ubi ſup.ex tex. in l.Senatus cenſuit, ff.de jure fiſci & l.2.C.de abolit.*

Antequam vero pars accuſet, eſt in accuſantis facultatem accuſare, vel non, vel pro quantitate damni, vel pro minori ſumma, & ſic pars læſa poteſt minorare pœnam banni, quando pro minori accuſet, ex *Pragm. 1. de Bajulis*, ibi: *Reſervato tamen arbitrio creditori, ſi pro minori pœna accuſare voluerit in cauſſis coram Bajulo movendis*, ubi nota ly *movendis*; itaque loquitur, antequam moveantur, non poſt motam accuſationem, nec ſolvitur pœna damni, data licentia, vel permiſſione Domini præſumpta ex amicitia, vel conſanguinitate, *Capibl.pragm.8.par.1.nu.394. Vivius decis. 526.* volenti enim non fit injuria, quod multum differt, ſi Dominus ratum habuerit poſt ſecutum damnum in fraudem Curiæ.

20 Cape praxim, quod in omnibus caſibus, in quibus pœna incurritur ob controventionem banni, vel controventionem mandati, non exequitur pœna, niſi fiat nova citatio ad ſolvendam pœnam, vel ad dicendum cauſſam, quare ad eam non teneatur, ut inobediens ſuas valeat opponere exceptiones, *Molegn. in alterc. 34.num.19.poſt Capibl.in pragm.14. num.72. Gratian. diſcept.638.lib.4.num.16.Carav. rit.133. Affl.in conſt. Edictali col.*10.Et deinde requiritur Judicis declaratio, *Molegn.ubi ſupr.ex Text.in l.ſi qua pœna, ff.de verb. obligat.*ibi: *Nec nunc debetur, quam aut non eſt provocatum, aut provocator victus eſt; nec aliter ſi is dicat, cui dicere licet.*

21 Et in Regno pœna ſpreti mandati debetur ad rationem tareni unius pro qualibet uncia comminata, *Molegna.ubi ſup.*ex *Viv.*

Intellige in mandatis deciſivis, *Capiblanc.Pragm.14. n.73.*ex *Caravit.ris.233.*

Sed contumax in citatione civili ſolvit tarenum unum pro contumacia, *Capibl.ubi ſup.*

22 Mandatum pœnale, quod alicui fit, eſt ſubſcribendum ab Aſſeſſore, alias eſt nullum, *Molegn. in alterc. 34.num.5.*poſt *Urſill.ad Affl.deciſ.109.num.7.Pariſ.de Syndic.fol.375.*

Et in eo debent incuſari contumaciæ, *Molegn.ubi ſup.*ex *Carav.rit.123.num.4.Franch.deciſ.204. Afflict. dec.167. ſub num.4.Cacher.dec.71.n.5.Theſ. dec.19.*

Nam adverſus bannum poteſt præſentari inſtantia, contrario imperio revocari, vel a banno appellari, *Rend.de paſc.ubi ſup.* vide *De Franch.dec.*158.

23 Et mandatum ſi relaxatur abſque clauſula juſtificata, *verum ſi &c.*eſt nullum, *Molegn. ubi ſup.ex gl. in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de nov. oper. nunciat.* Quo caſu citatus non tenetur comparere, & ſi comparet, reſolvitur in vim ſimplicis citationis, *Molegn. ubi ſup.ex gloſ.in cap.cum ex parte verb.dubia de ver. ſignific. DD. in d. §. meminiſſe*, & alii innumeri ibi citati.

E ſe in alcuno luogo le cauſe de'danni dati ſpettaſſero in prima iſtanza alla Corte Baronale, come in molte parti ſi pratica, che non vi è Corte Bajulare ſeparata; In tal caſo mutatis mutandis ſi fanno gli atti così de plano dello ſteſſo modo.

Ma per lo più vi ſono li Giudici della Bagliva nelle Terre, che conoſcono non ſolo le cauſe de'danni dati, ma anche altre cauſe civili con voto di Conſultore, & in caſo di aggravio ſi appella alla Corte Baronale, in tal caſo appellandoſi, l'appellazione pure ſi farà ſommariamente, ſecondo la natura delle cauſe bajulari, ſenza libello de plano.

24 *Form. appellationis a Curia Bajulari ad Curiam Baronalem.*

Ex proviſione Baron.Curiæ Caſtri T.

Servientibus noſtris, ſive, &c.ſignificamus, qualiter pro parte T.de T.fuit in hac noſtra Curia appellatum ab accuſatore, & actis in Curia Bajulationis dictæ Terræ agitatis contra eum ad inſtantiam T.accuſatoris, & æque principaliter de nullitate dictum, & inſtatum de opportuna proviſione, nos enim &c.Ideo vobis, ut ſupra jam dictis, dicimus, committimus, atque mandamus, quatenus ad omnem inſtantiam dicti appellantis, ſive, &c.inhibendo mandetis Magnificis Judicibus, Actuario, & Bajulis, ac toti Curiæ Bajulationis prædictæ inſolidum, ut pro recognitione expoſitorum gravaminum copiam omnium actorum in mentionata cauſſa factorum infra dies quatuor, vel quam citius ad nos, &c. tranſmittant, &c. & in cauſſa prædicta amplius non procedant, nec ſe intromittant; & omnia innovata poſt appellationem prædictam ad priſtinum reducant, prout nos tenore præſentium reducimus; citetur inſuper pars ex adverſo, quatenus infra eundem terminum compareat in hac Curia ad videndam dictorum actorum aperturam, & ad procedendum in cauſſa ipſa ad omnes, & ſingulos actus uſque ad decreti interpoſitionem, & ipſius executionem incluſive, quoniam, &c.alias, &c. caveat quilibet de contrario ſub pœna unciar. auri 25.Cameræ Baroni, &c.præſentes &c. Datum in Civitate T.die, &c.

Die, &c.

Suprascriptæ proviſiones Curiæ Domini Capitanei fuerunt per T.exhibitæ, & præſentatæ coram Magn. Judicibus Curiæ Bajulationis hujus Terræ, per quos fuerunt, omni qua decet rev.receptæ, & dictum, quod obſerventur juxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, pro quarum obſervantia tranſmittuntur acta; & ita, &c.

Et hæ formulæ ſufficiant pro Bajulis.

C A P. VII.

De Jure Plateæ, Aſſiſiæ, Ponderum; & menſurarum.

S U M M A R I U M.

Bajulus habet juriſdictionem in gabellarios foraſterios, & platearios extorquentes, & imponendi aſſiſiam, num. 1.

Aſſiſia hodie ſpectat ad Catapanos, num. 2.

Ponderibus, vel menſuris falſis utens, punitur pœna falſi a Curia Baronali, num. 3.

Tenentes pondera, & menſuras falſas non excuſantur a pœna ob ignorantiam, ex Luc.de Penn., *cujus doctrina declaratur*, num. 4.

Falſa pondera locans ſub certa mercede, tenetur ad intereſſe, num. 5.

Careſtiæ tempore Officialis Baronis poteſt pretium vilius imponere rebus, & poteſt facere banna circa annonam, num. 6.

Catapani non habent juriſdictionem, ſed omnia agunt cum licentia Officialis, poſſunt tamen in fraganti carcerare, niſi ex conſuetudine reperiantur in poſſeſſione de per ſe emmandi banna, & pœnas exequendi, num.7.

Platea jus ad quam rationem exigitur, & quare ſic appellatur, num.8.

Dohanæ jus quid ſit, num.9.

Plateaticum jus, pro quibus bonis ſolvitur, & a quibus perſonis num.10.

Pro contractu in flumine, vel via confinali duorum territoriorum unicum jus plateaticum ſolvitur, dividendum inter publicanos illorum duorum territoriorum, num.11.

Plateaticum jus ſolvi debet in loco contractus, & non in loco traditionis mercium, niſi merces veniant ab aliis Regnis, num.12.

Plateaticum jus ſolvitur duplicatum, quando ambo ſunt exteri emptor, & venditor, fallit in hac Civitate Neap. num.13.

Conſuetudo in omnibus ſervari debet circa jus plateæ, ubi, quando, quoties & quid ſolutum fuerit, & in defectum conſuetudinis ſervandus eſt Rit. Reg. Cam. & demum jus commune, num.14.

Plateaticum jus, vel dohanæ, vel paſſus fraudari poteſt tuta conſcientia, & ratio aſſignatur, num.15.

1 ET ut nihil remaneat intactum in hac Praxi ſciendum eſt, quod per Conſtit. *Auctoritatem*, conceſſa eſt poteſtas Bajulari Curiæ cogendi Gabellarios, Foreſterios, Platearios, indebitas exactiones, & rapinas committentes.

Et per Conſtit. *Ad officium Bajulorum*, conceſſa eſt facultas imponendi aſſiſiam per ſe ipſos, vel per Judices ſuos, & aſſiſiarum pœnas exigere ſuper ponderibus, & menſuris a venditoribus rerum, ac etiam a locatoribus operarum, ut notavit *Lagonarius ad Rov. in rubr. de offic. Bajuli num.3.*

Propterea non immerito hoc Septimum Caput apponere cenſui, ut breviter aliqua de his magis acceſſoria ad praxim explanemus; Dum jus Plateæ, Aſſiſiæ, Ponderum, & menſurarum ſunt membra Bajulationis.

2 Aſſiſia rerum comeſtibilium hodie ſpectat ad Catapanos creatos ab Univerſitate, vel a Barone habente talem poteſtatem, juxta loci conſuetudinem.

Unde Catapanus procedit in contraventione aſſiſiæ, ac etiam contra Potegarios, qui tenent menſuras, & pondera non adæquata, vulgo dictæ, *non zeccate*; licet illa eſſent juſta.

Nec Capitanei Baronales, vel Regii in terris Regis ſe intromittere poſſunt, *Novar. tom. 1. grav. 57. num 5.* & ita deciſum ex *Thor. in 1. tom. comp. fol. 66. verb. Aſſiſiæ, & verb. Barones habentes privilegium.*

Pœna pro contraventione aſſiſiæ eſt ducatorum ſex taxata in dicta Conſtit. Regni, *Ad officium Bajuli*, & ſpectat ad Curiam Bajularem, quia Catapania eſt membrum Bajulationis, & in dicta Conſtitutione expreſſe ſtatuitur ad officium Bajulorum ſpectare, & Bajulus debet dictam pœnam ducatorum ſex exigere; *Tapia* vero ſuper dicta Conſtitutione notat, quod per *Pragm. 1. de offic. Bajul.* eſt dicta Conſtitutio correcta circa dictam pœnam duc. ſex; ſed quod poſt dictam *Pragm.* pœna non poſſit eſſe ultra carolenos quindecim, & ſic concludit etiam *Novar. tom. 1. grav. 119. in fin.* Unde ſive Bajulatio, vel Catapania ſit Univerſitatis, ſive ſit Baronis, hodie attenta *d. pragm.* pœna contra aſſiſiam erit auguſtalis, vel infra; rejecto *de Ponte* dicente dictam pęnam ſpectare ad Baronem, ut contra eum firmat *Novar. ubi ſup.* & rejectis *Campan. in cap. Regn. 65. & Anna ſing. 388.* dicentibus juriſdictionem Catapaniæ, ſive Aſſiſiæ fuiſſe cumulative conceſſam ad Bajulum, & ad Baronem, ſive ad Univerſitatem, & Baronem, & in cauſſis aſſiſiæ dari præventionem, quia hoc falſum eſt, & hodie contrarium ſervàtur, ut notavit *Capibl. in pragm. 8. par. 1. n. 298. Novar. gravam. 157. tom. 1.*

3 At utens falſis ponderibus, & menſuris delinquit, & cognitio d. criminis falſorum ponderum ſpectat ad Baronalem Curiam, quamvis Catapania eſſet Univerſitatis, quia eſt cauſſa meræ criminalis, & punitur pœna falſi, per *Tex. in l. & hodie, §. ſi venditor, ff. de falſis l. arbitri, §. adeo ff. de dol. l. annonam §. onerantur, ff. de extraord. criminib.* Ita *Novar. gravam. 157. tom. 1. ex Rovit. prag. 1. num. 5. de ponder. & menſur. Capibl. pragm. 8. n. 298. par. 1. Thor. in compend. verb. aſſiſiæ, & in verb. Barones habentes privilegium tom. 1. fol. 66. col. 2.* Et *Rota in Meliceuſi falſitatis coram Rever. P. Queraza*, ubi quod iſto caſu intrat pęna civilis ad intereſſe ad duplum, & pęna criminalis relegationis; *Novar. collect. 1. de ponder. & menſur. num. 10.*

4 Et tenentes pondera, & menſuras falſas puniuntur, & non excuſantur per ignorantiam, ex *Text. in l. ſed addes, §. ſi quis ff. locati*; *Ricc. dec. Archiep. 89. par. 1. in fin.* ex *Luc. de Penn. in l. modios n. 4. de ſuſceptorib.*

Sed dictus *Lucas* intelligendus eſt in illo caſu tantum, de quo ibi loquitur, nam dictus *Ricc. in d. dec. 89. num. 1.* tenet regulariter ad puniendum aliquem utentem falſis, ſive injuſtis ponderibus, & menſuris, omnino requiri ſcientiam, & dolum, & ita concludit etiam in *par. 4. deciſ. 51. num. 9. ex Natt. in conſ. 77. nu. 3. Novar. in manuale confeſſor. cap. 15. ſub num. 169. Ludov. in prax. crim. cap. 123. n. 7. Faber in ejus ſumm. §. emptio num. 91. §. falſarius num. 11.*

Et ratio eſt, quia in ignorante non conſideratur culpa, ſeu dolus, & ubi non eſt culpa, neque poteſt eſſe pęna, *d. Ricc.* in utraque *dec. ut ſupra, Cravet. conſil. 204. n. 21. & conſil. 8. n. 10. & Dec. conſ. 96. n. 2.*

Et doctrina *Lucæ de Penna* declaratur ab eodem *Ricc. dec. 51. par. 4. nu. 13.* habere locum in eo, qui habet menſuras falſas, & alteri locat ſub certa mercede, & quando agitur civiliter ad intereſſe, non autem criminaliter ad pęnam. Et *Text.* per *d. Luc.* allegatus dicit, quod habens dolia vitioſa, ſi ignarus locaverit alteri, deinde vinum effluxerit, tenetur ad id, quod intereſt, nec ignorantia eum excuſat. Ideo dictum Doctoris intelligi debet ſecundum legem, quam allegat, ut ait *Bart. in l. non ſolum §. liberationis n. 10. ff. de liber. legat. Novar. qu. forenſ. 133. lib. 1.*

5 Locans itaque pondera falſa ſub certa mercede, ſive ſcienter, ſive ignoranter, ſemper tenetur ad intereſſe, *Novar. ubi ſupr. nu. 13.* ex regula, quod qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe cenſetur; *l. ante, §. ſi cum ſervum, ff. de vi bonorum raptorum.*

6 Aſſiſia licet ſpectet ad Catapanos, ut ſupra dictum eſt, tamen tempore careſtiæ Officialis Baronis poteſt mandare, ut frumentum, & aliæ fruges viliori pretio vendantur, *Niger in cap. Regni de Palea non auferend. De Franch. dec. 9. Montan. ad pragm. de adminiſtr. Univerſitatis num. 59. Carrab. ſing. 138.* & hoc ex privilegio annonæ, quæ habet aliud privilegium, ut tempore careſtiæ invitus cogitur vendere victualia, *Carrab. ſing. 248.* Et Baronalis Curia poteſt facere banna concernentia annonam, *Capibl. tom. 2. cap. 9.*

Imo Baro poteſt punire, & privare Catapanos negligentes, vel diſſimulantes vendere viliori pretio, *Capibl. d. cap. 9. num. 17.*

7 Catapani eliguntur ab Univerſitate; ſed non habent juriſdictionem mandandi, vel pœnam indicendi, & alia juriſdictionalia exercendi ſine licentia officialis, *Capibl. pragm. 1. num. 152. De Ponte conſil. 105. part. 2. Rovit. in pragm. 1. de annona in fin.* Idem *Capibl. pragm. 10. num. 104.* concludit licere Catapanis in fraganti crimine repertis tantum carcerare, & Judici immediate tradère, ex *Cabed. dec. 76.* ſi privilegio, vel immemorabili

bili præſcriptione Univerſitas reperitur in poſſeſſione de per ſe emanandi banna, & pœnas exequendi, tunc poterit, cum Univerſitas poſſit acquirere juriſdictionalia ex privilegio, vel conſuetudine, *Capibl.in pragm.* 14.*num*.65.

8 Plateæ jus, ſive Plateaticum exigitur ad rationem granorum decem, & octo pro qualibet uncia valoris mercium, ut in *Rit.Regiæ Cam.Summ. de Jur.Dohanæ*, *& in pragm. Regis Ferdinandi ſub die 4. menſis Julii* 1449. *quæ in ordine eſt* 1. *de vectigal. tom*.3.

Ideo jus rerum venalium appellatur in *l.inter publica §. publica de verbor. ſignif.*

Quod olim erat octava pars, *l. ex præſtatione, C. de vectigalib.*

Et jus plateaticum nuncupatur per Conſtitut.Regn. *Magiſtri Camerarii*; quia in publicis plateis res contractantur, ut hæc omnia enucleat *D. Ageta in ſuis conſumatiſſimis annot. ad Moles, §.6. de jur. Dohanæ membr.*1.*par*.1. *n*.27.*fol*.256. *juxt.noviſ.edit.*

9 Plateæ jus, & jus dohanæ confunditur,ſed ut advertit *d.Aget. poſt Moles ibidem*, jus plateæ male appellatur jus dohanæ, cum dictum jus plateæ continetur tanquam ſpecies ſub genere, & comprehenditur in generali nomine dohanæ,& fuiſſe introductum jure communi, tradit ex *l. debet 27. §. quod ergo, ff. de edilit. edicto*.

Dohana eſt verbum Normandum, & continet in genere omnia jura Regalia, *Laganar. ubi ſupr. n*.5.

10 Plateaticum jus, ſive datium dohanæ ſolvitur pro omnibus bonis, quæ contractantur, ſive venduntur, toties, quoties venduntur; quia tale datium non reſpicit rem, ſive merces, ſed perſonas, cauſſa venditionis rerum, quia dictum datium non eſt impoſitum rei, vel propter rem, ſed perſonis exteris propter emptionem, & venditionem, venientibus ad contrahendum, ſcilicet vendendum, & emendum. Idque fuit introductum ob ſolutionem cuſtodiæ paſſuum,& conſtructionis, ſive refectionis viarum, ut perpulchre dilucidat conſumatiſſimus *Ageta ad Moles in d.§.6.de jur.dohanæ par.*1.*memb*.1.*n*.28.*fol*.256. *juxt. d.noviſ.edit.*

Ideoque ſolvitur tam a venditore,quam ab emptore; ſi ambo ſint exteri ad rationem gran.18. pro uncia, & ſic pro granis 36. ex cauſſa contractationis factæ, quando ambo contrahentes ſunt exteri, ut in *d. num*.28. *& ſeq.* concludit dictus *Auctor*, ubi rejicit, & declarat contrarios.

Infertur hinc, quod cives contrahentes in propria patria non ſolvunt dictum jus dohanæ, ſive plateæ, ex ratione, quia ſolvunt tributa, & fiſcalia, & in uno gravatus, in alio relevari debet.

Amplia, ut Civis non ſolvat dictum jus, etiamſi pecunia non ſit propria, ſed ab alio mutuata, vel ad partem lucri data; aliter duplici onere gravaretur, *d.Ageta ubi ſup.n*.57.*&* 58.*ex d.Reg.Moles ibidem*.

Et ex eadem ratione duplicati oneris pro eadem re non ferendi; ſi quis per viam duobus communem tranſeat, ad unicam tenetur gabellam dividendam inter utrumque Dominum, *D.Ageta in d.§.de jur. dohanæ memb*.1.*par*.1. *n*.59. *ex Bertach. de gabell.p*.5. *n*.23. *& p*.6. *num*.10. *Alex.conſ*.148.*in fin.vol*.6. *Burſat. & aliis ibi*.

11 Hinc fit, ut ſi contractatio fiat in flumine, vel via confinali duorum territorium, jus plateæ unicum ſolvi debet, dividendum inter publicanos dictorum duorum territoriorum.

12 Plateaticum enim jus ſolvi debet in loco contractus, non vero traditionis mercium, ut *d. Aget. ubi ſup. num*.44. probat ex edicto Regis Roberti emanato die 4. Octobris 1332. tranſcripto apud *Dom. Goffred.de Gaeta rubr*.5.*num*.207. per quod edictum fuerunt correcti *Rit.Reg.Cam.*quoad hoc dictantes attendi debere traditionem, & ſolutionem pretii.

Fallit hæc concluſio in contractis extra Regnum, & in Regnum immiſſis, quia dirictus debentur etiam in loco traditionis, juxta *d.Ritus*, ex ratione ibi aſſignata, cum non ſit in diminutionem Regiorum dirictuum.

13 Et concluſio ſuperius firmata *num*.10. quod toties ſit ſolvendus dirictus, quoties venduntur res.

Fallit in Civitate Neap., ubi ſoluto ſemel dirictu in Regia Dohana, ſi poſtea ſecundo venditur, non ſolvitur ulterius, ex conſuetudine, quæ eſt ſervanda, ut *d. Ageta ubi ſupr.n*.39. & generaliter nota, quod

14 In omnibus obſervanda eſt conſuetudo, ſcilicet ubi, quando, quoties, & quid ſolutum ſit in talibus, quod ſi non apparet, recurrendum eſt ad *Ritus Reg. Cam. Summ.*, & jus commune, ut *d.Aget.* advertit ex *Goffred.de Gaeta in lectura ad Ritus Reg.Cam.*1.*rub*.5. *de jure dohanæ n*.1.*&* 2.

15 Plateaticum jus, ſive jus dohanæ, ſive vectigal paſſus licite, & tuta conſcientia poſſe fraudari, teſtatur *Horat.Mont.de regalib.§.via publica num*.5. quem ſequitur doctiſſimus *Aget. ad Moles §.14. de jurib. paſſuum p*.2.*n*.21.*fol*.427. *juxt. cit. edit.*

Et rationem aſſignant, quia cauſſa, ob quam fuit inſtitutum dictum vectigal, redacta eſt ad non cauſſam, ſcilicet quia exigentes non cuſtodiunt vias; nam pro dicta cuſtodia fuerunt introducta dicta vectigalia, ut ſuperius diximus.

C A P. VIII.

De Statuto, ut credatur juramento damnum paſſi.

S U M M A R I U M.

Statutum, ut credatur juramento principalis de damno dato uſque ad certam ſummam, non habet locum, niſi conſtito prius de delicto in genere, num.1.

Statutum, quod credatur Juramento accuſatoris de damno, & quantitate damni reſtringendum eſt in modica quantitate, & in perſonis fide dignis, num.2.

Statutum, ut credatur Juramento accuſatoris damni dati non extenditur ad probationem cujuſnam fuerit animal damnificans, etiamſi dictum Statutum fieret ab Imperatore, vel Papa, num.3.

Statutum, ut credatur Juramento accuſatoris ſuper quantitate damni habet locum, quando quatuor præceſſerint. Primo, probatio delicti in genere. Secundo, probatio in ſpecie quis fuit damnificans. Tertio, requiritur dolus damnificantis, Quarto, difficultas probandi quantitatem, num.4.

Statutum, ut in cauſis damni ſtetur juramento partis, extenditur etiam in incidentibus, & quicquid illam cauſam tangit, poterit per Juramentum probari, num.5.

Statutum locale, ut credatur juramento, non habet locum contra forenſem, nec in favorem forenſis, & hoc differt a pragmatica, vel Conſtitutione, num.6.

Deponens inveriſimilia non gaudet beneficio Statuti, vel Pragmaticæ, ut ejus juramento credatur, quia fide dignus non eſt, num.7.

Expellens animal a ſuo agro non tenetur, ſi illud perdatur, uno de duobus tamen concurrentibus, num.8.

Auferens, vel negans animalia aſportari ad Bajulum, qua pœna puniatur, & quando ſit licitum, num.9.

Capiens perſonam damnificantem punitur pœna privati carceris, num.10.

Via publica impedita poſſunt animalia duci per agros alienos abſque pœna, ſed non poteſt damnificari, n.11.

Tauri non poſſunt offendi, sed expellendi ſunt a defenſis, ſi ad bajulum duci non poſſunt, num.12.

1 In

1 IN terra Laurini, & Altavillæ, aliiſque quampluribus locis adeſt ſtatutum, ut credatur juramento damnum paſſi, vel Bajuli ad cuſtodiam territorii deputati, vel alterius, uſque ad ſummam carolenorum tot. Quod ſtatutum non habet locum, niſi quando conſtat de corpore, ſeu ſubſtantia damni; & ſic ni conſtet prius, quod damnum ſit illatum: quæ probatio debet fieri per teſtes, vel per loci viſitationem; tunc hoc probato, poſtea creditur ejus juramento ſuper æſtimatione, & quantitate damni. Alioquin non crederetur ejus juramento ſuper æſtimatione, & quantitate damni, *Bart. in l. Divus Adrianus, ff. de teſtam. milit. Hyppol. de Marſil. ſing. 338. extant, & in pract. crim. in §. principium, n. 6. ver. Et adeo.*

Et iſtud procedit etiamſi ſtatutum in principio, & in rubrica loqueretur ſimpliciter de damno, ut difficultas probandi damnum tolleretur, quia intelligitur ſolum reſpectu æſtimationis damni, non autem reſpectu probandi damnum fuiſſe datum, *Decius conſ. 83. in cauſſa col. 11. verſ. licet ſtatutum*, & late *Jo: Baptiſta Plot. in tract. de in litem jurando, §. 49. n. 4.*

2 Limitatur dicta concluſio, ubi ſtatutum liquido diceret, credi debere juramento accuſatoris de damno, & quantitate damni; tunc ex ſolo juramento probaretur non ſolum damni quantitas, ſed etiam damnum, quod fuerit datum, prout eſt ſtatutum in Civitate Novariæ, & Papiæ, ut late *Plot. ubi ſupr.*

Verum tale ſtatutum Novariæ, & Papiæ, & aliorum locorum ubicumque reſtringendum, & intelligendum eſt ſolum, ut habeat locum in modica quantitate, & ſecundum qualitatem perſonarum, & negotii. Nam in magna quantitate, & in quibuſdam perſonis non fide dignis, neque dictum ſtatutum habet locum. In modicis enim quantitatibus, & in perſonis probis non eſt veriſimile aliquem velle jurare falſum.

Nec obſtat, quod ſtatutum loqueretur ſimpliciter, & indiſtincte, nam ad hoc cum tali diſtinctione eſt interpretandum. Alias dicta ſtatuta tanquam indiſcreta, & ſine ratione, & contra jus divinum, quia inducerent ad delinquendum, non valent, niſi in modicis ſummis, & parvi præjudicii, *Felin. in cap. ſicut Conſuetudo, conſ. 3. n. 8. verſ. limita 2. de probat. Abb. in cap. Bona, el 2. col. fin. de poſtul. Plot. de in litem jur. §. 49. n. 10.*

3 Et quomodocumque loquatur ſtatutum, & etiam in modicis ſummis, non ſtatur juramento damnum paſſi, nec ſolius Bajuli ad id deputati circa probationem perſonæ, quæ nam ſit, quæ damnum dederit, vel cujuſnam fuerit animal damnificans: Quia etiamſi dictum ſtatutum conderetur ab ipſo Imperatore, vel Rege, ut credatur juramento damnum paſſi, ſive accuſatoris, ut ex dicto juramento probetur corpus delicti, ſive damnum jam eſſe datum in genere, & etiam ex eodem juramento probetur delinquens in ſpecie, ſcilicet animal, vel perſona damnificans; ubi hoc expreſſe diſponeret, non valeret tale ſtatutum; Cum de Jure divino in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, & non in ore unius; Et eſſet ſtatutum contra dictum jus divinum, & invitaret ad delinquendum, & jurandum falſum, & eſſet lex indiſcreta ſine ratione, contra naturalem æquitatem, & contra Jus canonicum, *text. in c. in omni, & c. licet Univerſis de teſtibus*, & contra Jus civile, *l. juriſjurandi, & l. ſolam, & l. omnibus C. de teſtibus*. Nam etiam de jure non debet credi Regi atteſtanti per ejus juramentum, vel litteras, aut privilegium, quod quis fuerit ſibi Rebellis, vel proditor, & propterea velit ejus bona, & feudum confiſcari, *Iſern. c. 1. in princ. ad finem in tit. quo tempore miles*, & late *Plot. ubi ſupr. n. 9.* & late *Revit. ſingul. 707.* An Papa, vel Imperator, ex *text. in c. Iudicas Hermanum 111. qu. 9.* ubi *Nicolaus Papa* dicit, quod nos uni parti ad diſcrimen alterius credere procul dubio non poſſumus.

4 Debet itaque prius probari damnum eſſe datum, ſive delictum in genere eſſe commiſſum; deinde debet conſtare de delinquente in ſpecie, ſive de damnificante, ſive de perſona certa, & individua, quæ damnum dederit, tunc ratione odii eorum doli, ſive delicti poterit contra ipſos doloſos damnificantes jurare ſuper quantitate damni illati; quia eſt mala conſequentia dicere damnum eſt datum, vel delictum eſt commiſſum, ergo fuit Titius, qui illud fecit, vel ejus animal, vel alius, quem accuſator accuſet, ita *Bart. per text. in l. ſi quando, C. unde vi, & cap. fin. quod metus cauſa, & DD.* per *text. in l. qui accuſare, C. de edendo*, & in *l. merito, ff. pro ſocio.*

Et ſi damnificans non fuerit in dolo, aut in lata culpa, neque poterit jurare, quia tale ſtatutum, ut credatur juramento ipſius accuſatoris, intelligitur ſolum in odium doloſi, vel ſaltem culpoſi damnificantis, & ubi dolus, aut culpa non eſt, tale ſtatutum non habet locum, *Decius conſ. 83. in cauſſa col. 2. verſ. Tertio reſpondetur, Angel. Bald., & alii citati per Plotum ubi ſupr. num. 13.*

Et ad hoc ut tale juramentum locum habeat, duo alia requiruntur de jure communi; Primo, dolus damnificantis; ſecundo, difficultas probandi quantitatem damni, *l. ſi quando 9. C. unde vi, & in cap. fin. extra quod metus cauſſa.*

Difficultas probationis exemplificari poteſt, quando in foreſta glandium, vel in oliveto appretiator electus non poterit appretiare glandes, vel olivas in terra depaſtas, item in herbagio, vel defenſis non ſaldis; tunc habet locum ſtatutum, ut ſtetur juramento damnum paſſi, qui veriſimiliter poteſt jurare de quantitate damni, quod impoſſibile eſt appretiari, vel ſaltem eſt difficile.

5 Unum nota, quod ubi eſt ſtatutum, ut in cauſſis damni ſufficiat probatio per juramentum; tunc quicquid illam cauſſam incidenter tangit, poterit per juramentum probari, *l. cum lis, ff. de tranſact. Bart. in l. 3. in ult. col. ff. de alim. & cibariis legatis.*

6 Statutum locale, quod credatur juramento principalis, vel alterius, differt a juramento, quod procedit ex vi *Pragmatica*, vel *Conſtitutionis Regni*: Nam dictum ſtatutum locale habet locum ſolum inter ipſius incolas illius loci, non inter forenſes, qui non gaudent beneficio illius, ut voluit *Rendella de paſcuis p. 4. cap. 7. fol. mihi 126. verſ. hæc diſputatio in Regno ceſſat*, & ratio, quia *Pragm. & Conſtitutio* eſt jus commune in toto Regno, ſtatutum municipale eſt lex in illo Oppido tantum, quod cum ſit exorbitans, & irregulare debet inter incolas oppidi tantum obſervari, ſed forenſis probabit per teſtes, vel loci viſitationem damnum ibi datum. *Rend. ubi ſupr.* ex *Ploto in tract. de in litem jurando, §. 52. n. 7.*

Et ita quoque contra forenſem, ſive non ſubditum juriſdictioni ſtatuenti, *Rend. ubi ſup. fol. 126. verſ. & neque procedis, ex Barbat. de præſtant. Cardin. 2. memb. & Ferron. tit. de anim. invento in agro alieno.*

Poteſt eſſe efficax ratio, quia Univerſitas dictum exorbitans ſtatutum admiſit, quia experta eſt de moribus, & fide civium, ut inter ſe ipſos credatur: Quod alienigenæ diverſorum morum non ſunt pariter admittendi, & ne ad imparia adjudicentur, neque contra eos extendendum eſt dictum ſtatutum, ſed reſtringendum eſt ſolum in eos de eodem oppido, cujus mores, & vita patens eſt patriæ.

7 Et quoties damnum paſſus deponeret inveriſimilia, neque *Pragm.* procedit, ut ei credatur, quia inveriſimilia deponens, non eſt fide dignus, idem *Rendell. ubi ſupr. ex Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1402. n. 16.*

8 Qui animal a ſuo agro longius expulit, non tenetur, ſi expulſum animal perdatur, dummodo abſit dolus expellentis, vel quod Domino animalis ſignificaverit: *Rendell. de paſc. p. 4. c. 4. fol. 118. ex Jo: Baptiſt. Coſta*

de

Digitized by Google

de remed.ſubſidiar. cap.104. n.6. Bald.conſ.146. vol.4. Quicquid dixerit abſque diſtinctione *Paparus in conſuet.Cathacenſi fol.233.num.15.* quod ſi pereat animal expulſum, teneatur expellens actione in factum, ex *Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. §.5. num. 2. fol.282.* nam non ſic indiſtincte, & ſimpliciter eſt intelligendus, ſed cum diſtinctione, ut ſupra.

9 Dominus animalium, ſi illa vi auferat a manu ejus, qui intercepit, punitur arbitrio Judicis; ſed ſi recuſat dare pignus, vel animalia inventa in damno, tunc mitius punitur, quia minor injuria fit recuſando, quam auferendo, *Pyrrus in tit.de Paſc.cap.12 & 14.* quem ſequitur *Rendell.de paſc.p.4.c.4. fol.mihi* 116.

Verum, qui injuſte videt ſua animalia eſſe capta, poteſt propria auctoritate ea recuperare, dum non eſt expectandum Judicis decretum ſuper reſtitutione animalium, quæ facile deperire ſolent, *Bart.in l.ſi alius, §. belliſſime, ff. quod vi aut clam., Rendell. de paſc. loc. cit.*

10 Caveat Dominus agri, ne capiat perſonam damnum dantis, quia incideret in crimen privati carceris, *Pyrr. in c.9. tit. de Paſc. poſt Cynum in l. 1. C. quando liceat ſine Judic. Rendell.de paſc. p.4.cap.4.fol.*116. Niſi in loco eſſet ſtatutum capiendi etiam perſonam.

11 Via publica ſi eſt impedita, poſſunt duci animalia per agros alienos abſque timore pœnæ; ſed debet caveri a damnificando, ſecundum *Bald.* quem ſequitur *Franc. Marc. dec.597.n.3. 1.par Jo:Arnone epitom.55.*

12 Tauri in alienis defenſis damnificantes, qui capi, & duci non poſſunt ad Bajulum, offendi non poſſunt, ſed expelli debent, ita proviſum per *Reg. Ferdinand. apud Capyc.dec.189. in fin.* pro Civibus Materæ, dum eorum Tauri damnificabant defenſas Ginoſæ: Fallit, ubi adeſſet ſtatutum occidendi, vel conſuetudo, ut eſt in Civitate Catanſarii, & toto Marchionatu Crotonis, teſte *Franciſco Pauaro in ſua praxi fol.*229.

C A P. IX.

De Statuto Univerſitatis Moliterni contra incidentem arborem alienam.

S U M M A R I U M.

Statutum, ut qui inciderit alienam arborem fructiferam ſolvat Curiæ auguſtalem unum nomine pœnæ. & totidem Patrono, vel emendetur ei damnum ad electionem ipſius, dubitatur an tot auguſtales ſint ſolvendi, quot arbores incidantur unica vice, num.1.

Judex debet ſe informare a Peritis circa interpretationem, quam a conſuetudine habuit ſtatutum in caſu dubio; alias interpretatur per regulas juris, num.2.

Conſtitutio Regni ſuper inciſionibus declaratur, num.3.

Verba cum effectu ſunt intelligenda, nec minimum verbum debet eſſe otioſum, num.4.

Verba legis ubi ſunt clara, interpretationes Advocatorum non admittuntur, num.5.

Judicandum ſemper eſt juxta verba legis, quoties nulla ſequitur iniquitas, num.6.

Statutum imponens vulneranti pœnam centum aureorum, pœna pro numero vulnerum multiplicanda eſt, etiam ſi fiat cum inſtrumento biſulcato unico ictu, & de veritate, num.7. *vide n.*24.

Pragm. 1. de offic. Bajul. *ſtatuens, ut non poſſit pœna excedere auguſtalem, interpretatur, ut tota pœna ſolvatur in damno data opera dato; ſed in damno caſualiter dato non ſolvitur totus auguſtalis, ſed moderatur, juxta quantitatem damni,* num.8.

Auguſtalis importat ſummam carolenorum quindecim, num.9.

Statutum debet intelligi, ut concordet cum altero ſtatuto, vel cum altera lege, num.10.

Statuti verba, ſive conſuetudinis ſunt impropriauda, ut concordent cum jure communi, vel cum altero ſtatuto, num.11.

Pro inciſione arborum in nemore ſolvitur pœna capitularis, ſervata forma damni, & ita deciſum, num.12.

Pœna ſemper eſt proportionanda delicto, num.13.

Pœnæ potius debent minorari, quam exaſperari, num.14.

Pœna una, & non plures debentur ab animalibus diverſorum Dominorum ſub uno cuſtode unitis, num.15.

Percutiens Clericum eodem impetu, quatuor, aut quinque vicibus, unam excommunicationem, non plures incurrit, num.16.

Verba uſualia ſemper ponuntur in ſtatutis, & conſuetudinibus, & ſecundum communem uſum loquendi, num.17.

Numerus pluralis ſæpe in jure reſolvitur in ſingularem, & ſingularis in pluralem, niſi ubi eſſet de forma pluralitas, vel ſingularitas, num.18.

Statuti verba taliter intelligenda ſunt, ut mens ejus ſervetur, & mens, & ratio attendenda eſt, num.19.

Statutum id cenſetur, quod veriſimiliter ſtatuens, ſi cogitaſſet, ſtatuiſſet, num.20.

Auguſtalis eſt major pœna, quæ imponi poteſt a Bajulo, num.21.

Inciſor arborum civiliter querelatus de jure communi punitur ad duplum, deducto pretio ligni, num.22.

Offenſus poteſt ad ſuam electionem civiliter, vel criminaliter agere, num.23.

Bartoli *opinionem impugnare periculoſum eſt,* num.24.

Statutum imponens pœnam contra eum, qui incidit arborem, non comprehendit eum, qui incidit arbores, & ratio aſſignatur, num.25.

Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus, & quod omiſſum eſt pro omiſſo habetur, num.26.

EVenit mihi in Terra Moliterni interpretare ſtatutum Bajulationis, quæ ibi exercetur per Actuarium, & appellatur ad Officialem, ubi placuit expoſcere votum a meis amicis, qui approbaverunt, & ſe ſubſcripſerunt meæ ſententiæ, Proinde hoc 9. Caput ſuper dicto ſtatuto formavi.

1 Dum in hac Terra Moliterni adeſt ſtatutum, ut qui inciderit alienam arborem fructiferam, ſolvat Curiæ Auguſtalem unum nomine pœnæ, & totidem Patrono, vel emendet ei damnum ad electionem ipſius Patroni. Dubitatur

An Antonius Milillo dictæ Terræ accuſatus a Rev. D. Rocco Petruccelli ſit juſte damnatus ad ſolvendos Curiæ nomine pœnæ ducatos quatuor cum dimidio, & tantundem Patrono, ex eo, quod inciſit tres arbuſcellos viſcigliorum dicti accuſantis, & ſic auguſtalem unum pro quolibet arbuſcello.

2 Et cauſſa per viam appellationis introducta coram nobis, non potui a peritis interpretationem habere, quam tale ſtatutum habuit a conſuetudine, juxta doctrinam *Julii Clari in §.fin.q.84.verſ.hac autem in fin.*, ubi concludit, quod ſi contigerit dubitari de interpretatione ſtatuti, poterit Judex ſe informare a peritis ſuper interpretatione, quam tale ſtatutum habuit a conſuetudine, & ſecundum illam judicare, quia minime mutanda ſunt, &c. *Vid. Clar. ibid.*

Ideo dum per tramites juris inveſtiganda eſt hæc interpretatio.

3 Primo, adducitur contra dictum accuſatum Conſtitutio Regni, *Super inciſionibus*, cujus diſpoſitio in tantum habet locum, in quantum quis incidat plures arbores, ut omnes Doctores communi calculo concludunt, ponderando verba dictæ Conſtitutionis, loquentis in numero plurali: ibi: *Arbores*.

Quapropter ex ſimili ponderatione hujus ſtatuti, loquentis in numero ſingulari, ibi: *Arborem*, pœna auguſtalis, quæ imponitur pro una arbore, ubi plures inci-

Google

inciduntur pro numero arborum, pœna augeri debet.

4 Secundo, adducit *Text.in l.1.§.hæc autem verba ff. quodquiſque juris*, ubi habetur, quod verba cum effectu ſunt intelligenda, & debent operari, itaut nec minimum verbum debet eſſe otioſum, *Bald. in rub. C. de contrah.empt. Decius conſ.48.n.4. & conſ.414.n.2.*

Unde cum ſtatuens dixerit, quod pro inciſione unius arboris, ſolvatur pœna unius auguſtalis, quod idem ſonat loquutio in numero ſingulari, clarus ſenſus eſt, quod tot auguſtales debentur, quot arbores inciduntur, alias loquutio ſingularis eſſet otioſa, & ſine effectu.

Accedit, quod ſi ſtatuens aliter voluiſſet, utique dixiſſet, ſi quis inciderit arborem, vel arbores, inciſor ſolvat unum auguſtalem, &c.

5 Et ubi verba legis ſunt clara, Advocatorum interpretationes non admittuntur, ut per *Bald. conſ.174. lib.2.in fin.*

6 Tertio adducitur ratio convincens intellectum, quia ſi inciſor plurium arborum ad tam modicam pœnam unius auguſtalis teneretur; ſequeretur iniquitas, & injuſtitia, nam delictum remaneret non ſufficienter punitum.

Quo fit, ut ſemper judicandum ſit juxta verba legis, quoties ſervatis illius verbis, nulla ſequatur iniquitas, & injuſtitia, docuerunt, *D.Thomas 2.2.qu.66. art.5.Sayra in Clavi Regia lib.12.cap.9.n.3.*

7 Quarto, adducitur *Text.in l.nunquam plura.ff. de privat. delictis*, ubi licet *gloſ.* diſtinguat aliquos caſus, tamen *Bart.* poſt *Cyn.* reprehendit illam *gloſ.* tenens, quod ſi lex, vel ſtatutum imponat ſimpliciter vulneranti, vel percutienti pœnam centum aureorum, tunc indiſtincte pœna pro numero vulnerum multiplicanda ſit, ſubdens, quod ita obſervatur de generali conſuetudine.

Imo quod mirabile eſt, ſi quis unico ictu plura vulnera inferat, quia cum inſtrumento biſulcato eodem ictu aliquem in diverſis corporis partibus vulneraverit, ſemper ſecundum numerum percuſſionum, vel vulnerum multiplicatur pœna. Et hoc ſive ſtatutum loquatur per verba, *ſi percuſſerit, vel vulneraverit*, vel per verba, *quod pro qualibet percuſſione, vel vulnere*, mulcta ſit aureorum centum, & ſic in practica obſervari teſtatur *Julius Clar. in §. fin. qu.84. verſ. hac autem*, ſequendo opinionem *Bartoli in l.gemine, ff.arbor.furtim caſar.*, qui tenet etiam hoc caſu indiſtincte puniri pro pluribus vulneribus.

Pro parte autem Accuſati.

8 Primo, adducitur *Pragm.1.de offic.Bajul.*, per quam ſtatuitur in Regno, ut Curia Bajularis non poſſit imponere pœnam ultra auguſtalem, quæ pœna ſecundum Doctores tunc ſolvitur tota, quando damnum eſt illatum data opera ob contemptum banni, vel ſtatuti.

Alias ſi caſu datur damnum ab animalibus, tunc pœna non debet excedere damnum, ut concludit *Sanfelic.dec.8.tom.1.num.9. Rovit.in d.Pragm. Rendell. in tract. de paſcuis p.1. c.17. fol. 20. in princ. Novar. de grav.vaſſall.gravam.44.n.1.tom.1. & grav.53. & 56.*

9 Propterea non immerito ſtatutum prædictum imponit pœnam ſolius auguſtalis, qui auguſtalis importat ſummam carolenorum quindecim, quod ſtatutum omnino eſt intelligendum, ut concordet cum dicta

10 *Pragm.* Statuta enim ſtatutis ſunt concordanda, prout leges legibus concordare expedit, *cap.cum expedit in princ.de elect.lib.6.l.1.C.de inoffic.dotib.Tiraq. de retract.lign.gloſ.10.§.1.n.12.in fin.*

Unde ſi dictum ſtatutum intelligeretur, quod pœna augeatur ſecundum numerum arbuſcellorum, quos unica vice aſportator lignorum inciderit, fieret fraus legi prædictæ, & non concordaret cum *Pragm.*, quæ omnino ſervanda eſt a Curia Bajulari.

11 Et verba ſtatuti, ſive conſuetudinis ſunt improprianda, ut concordent, conveniantque cum jure communi, vel cum altero ſtatuto, *cap.cum ad audientiam, & ibi Pan. de Cler. non reſideatib. & cap. cum dilectus, & ibi Imol. & alii extra de conſuet.*

Et ſemper unum ſtatutum ſecundum aliud intelligendum eſt, *l.non eſt novum cum duabus ſeq. ff. de legib.* etiamſi poſterius dicat, non obſtante quocumque alio ſtatuto, *Roman.conſ.40.viſis col.2.ver.breviter.*

12 Secundo, affertur deciſio Sacr. Reg. Conſ. inter Civitatem Muri, & Univerſitatem Caſtrigrandinis, ut pro inciſione facta in Nemore dictæ Civitatis per Cives dicti Caſtri, ſolvatur pœna capitularis dictæ Civitatis, ſervata forma damni, ſecundum qualitatem informationis captæ, ut refert *Capibl. de Baron.pragm.8. par.1.num.319.*

Et ſervata forma damni regulatur ad tempus damni dati, per *text. in l. certo. ff. arborum furtim caſarum*, ibi: *Certe non dubitatur, ſi adhuc adeo tenerum ſit, ut herbæ loco ſit, non debere*; Et *text.in l.ſi dannum dat, §. quod pendet. ff. de reg. jur.* ubi illud *quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit*; nec ex futuro creſcere poteſt damni præteriti æſtimatio; itaque æſtimatio arbuſcelli, & non arboris futuri attendi debet; propterea attenta qualitate informationis, & forma damni, debet pœna eſſe minor auguſtali juxta valorem arbuſcelli.

13 Ideo rationabiliter hoc ſtatutum maneat, ut Inciſor ſolvat Curiæ nomine pœnæ auguſtalem unum, & Patrono datur optio, ut vel emendam damni, vel tantundem ſibi ſolvi faciat, & propterea remaneat punitus ad menſuram damni, juxta *Text. in l.milites, ff. de caſtod.Reor.l.fin.ff.de pœnis, & l.reſpiciendum ff.eod.* ubi habetur, quod ſemper pœna eſt proportionanda delicto.

Tertio, aſſignatur ratio rationabilis, quia ſi pœna auguſtalis extenderetur, ut quot arbuſcelli ſunt inciſi, tot auguſtales ſolvendi ſint, oriretur magnum abſurdum, iniquitas, & injuſtitia, quando clauſura, ſive prædium flocci valeret, nempe viginti vel triginta carolenis, & in dicto loco eſſent inciſi decem, vel plures arbuſcelli pro aſportandis lignis, inciſor ſolveret pro pœna triginta aureos, & plus.

14 Contra regulam, quod pœnæ potius debent minorari, quam exaſperari, *l.ſi Præfet, §.dum patrono ff. de offic.præfect. Urbis.*

Et Dominus exigeret pro pœna ultra dimidium valoris fundi, & haberet fundum, & triplicatum valorem.

15 Quarto demum, ſicuti unica pœna, & non plures debentur pro damno dato ab animalibus, ſive unius, ſive plurium, & diverſorum Dominorum ſint, quæ ſtant unita ſub uno cuſtode, *Novar.tom.1. de gravam. vaſſall.gravam.45.* Ita unica pœna, & non plures ſolvi debent pro inciſione facta, ſive unius, ſive plurium arborum, quæ ab uno unica vice ſit commiſſa, quia unicum reputatur delictum, unicum damnum, unicus error, unicum peccatum, tametſi arbor eſſet magna, vel parva, una, vel plures, parvi, vel magni valoris.

16 Item percutiens Clericum incidit in Canonem, *cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17. qu.4.* ubi Doctores concludunt, quod ſi quis percutiat Clericum eodem impetu quatuor, aut quinque vicibus, unam tantum excommunicationem, non plures incurrit. Et eſt communis opinio, ut teſtatur *Didicatus lib 2. reſol. c.71. poſt n.8.verſ.quartum ſi ejuſdem, Plot.lib.1.delictorum cap.1. num.19.*

Solutiones ad motiva Fiſcalia.

17 Ad hæc facilis eſt reſponſio; Nam

Ad

Ad primum dicitur, quod de ſimplici numero, ibi : *Arborem*, nulla eſt habenda ratio, ex eo, quia in ſtatutis, & conſuetudinibus locorum ponuntur ſemper verba uſualia, *De Franch. dec. 640. n. 12.*

Et ſecundum communem uſum loquendi ſtatuta noſtra intelligere debemus, *l. libror. §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. & l. Labeo, & ibi Bart. ff. de ſupell. leg.*

Et ex communi uſu loquendi, ita in numerum ſingularem pronunciamus, ut ſingularitas in pluralitatem reſolvatur.

18 Nec eſt novum in jure, quod numerus pluralis in ſingularem, & ſingularis in pluralem reſolvatur. Quæ concluſio limitatur, ubi pluralitas, vel ſingularitas eſſet de forma, quia tunc non fit reſolutio unius in alterum, ex ſententia *gloſ. in l. 3. §. hoc autem, ff. de itinere, actuque privato.*

19 Ad ſecundum dicitur, quod verba ſtatuti taliter intelligenda ſunt, ut mens ejus ſervetur, *Paul. conſ. 300. pen. col.* Et in ſtatuto ſemper mens, & ratio attendenda eſt. *Cyn. in l. quodcumque C. de ſervis fug.*

20 Et id cenſetur ſtatutum, quod veriſimiliter ſtatuens, ſi cogitaſſet, ſtatuiſſet, *gloſ. in l. tale pactum, §. ult. ff. de pactis.*

Et veriſimile eſt ſtatuentes, ſi de hoc cogitaſſent, aut interrogati fuiſſent, ita ſtatuturos fuiſſe, ut unus auguſtalis nomine pœnæ ſolvatur Curiæ ab inciſore, ſive arbor ſit una magni valoris, ſive parvi, & ſive plures, & ſi aliter voluiſſent ſtatuentes, utique dixiſſent, quod pro qualibet arbore, pœna auguſtalis mulctetur.

21 Ad tertium reſpondetur, quod auguſtalis non dicitur modica pœna reſpectu Curiæ civilis Bajulationis, ſed dicitur major pœna, quam dicta Curia poteſt imponere, cum illam excedere non poſſit, nec remanet per hoc inſufficienter punitus, quia ultra dictam pœnam auguſtalis tenetur ad emendam damni, vel ad tantundem ſolvendum patrono, & ſic in actione civili intentata in dicta civili Curia remanet ſufficientiſſime punitus, & hæc pœna capitularis concordat cum pœna civili a jure communi ſtatuta.

22 Quia de jure communi, quando civiliter querelatur inciſor, tunc punitur ad duplum, deducto pretio ligni, ut *Text. in l. facienda, ff. arbor. furtim cæſar. & gloſ. ibi.*

23 Accedit, quod dum pro quolibet delicto eſt in electione accuſantis agere civiliter, vel criminaliter, ſi eligit actionem civilem in Curia civili Bajulari, habet aliam electionem ex dicto ſtatuto, vel exigere emendam damni, vel alterum auguſtalem, ultra pœnam Curiæ; quod ſi maluerit actionem criminalem eligere, & qualitas delicti ita poſtularet, ut ſufficienter puniatur, poterit ad criminalem Curiam ſuam actionem inſtituere, & ſic tertium hic motivum ultro evaneſcit.

24 Ad quartum, licet *Bartoli* opinionem impugnare periculoſum eſt, ut exclamat *Muſc. in par. 3. gloſ. actorem num. 11.*, tamen dicta opinio *Bar.* non ſic paſſim eſt recepta, & contra eum tenet *Barbat. in apoſtill. ad d. Bart. in l. ſi gemina ſub num. 1. in verb. ego puto, ff. arborum furtim cæſarum, poſt gloſ. in d. l. nunquam plura, ff. de privil. delict. in verb. occiderit*, quæ diſtinguit, ut ſi plures percuſſiones, vel vulnera faciat ex intervallo, tunc pluribus pœnis pro numero percuſſionum, aut vulnerum ſit puniendus; ſi vero illa inferat eodem tempore abſque intervallo, pœna non multiplicatur pro eorum numero; nam juxta verba ſtatuti, ubi ſimpliciter imponitur pœna centum aur. unica pœna centum imponenda venit. Si vero ſtatutum imponeret pro quolibet vulnere pœnam centum, &c. tunc puniendus eſſet in tot centum, quot vulnera intulerit, & hanc diſtinctionem approbat *Aret. in l. apud Labeonem, §. convicium, ff. de injuriis*, & dicit eſſe communem opinionem *Floria in l. 4. ff. ad l. Aquil.* & in dubio tandem ſemper pro reo judicandum eſt.

Et corollarie adducitur demum, quod ſi hæc non placeant, dum ex communi uſu loquendi, ut diximus in reſponſo ad primum motivum, ſingularitas reſolvitur in pluralitatem, & ut hoc ſtatutum non diſcordet ab eo, quod ſtatutum eſt de jure Regni per *Reg. Pragm. 1. de offic. Bajul*, ut diximus in ſecundo reſponſo, nec diſcordet a jure communi, quo attento, pœna civilis eſt duplum, ut diximus in tertio reſponſo.

Et ut differat delictum, ſive damnum, quod fit uno impetu ab eo, quod fit ex intervallo, juxta diſtinctionem *gloſ.* rejecto *Bartol.* per nos relata in præcedenti quarto reſponſo.

25 Forte dici poſſet, nos eſſe extra caſum noſtri ſtatuti, dum ſtatuentes impoſuerunt pœnam tantummodo contra eum, qui incidit arborem, & noluerunt comprehendere eum, qui incidit arbores, nec quidem abs re. Dum pro una arbore videtur civiliter, & mitius agendum; pro pluribus autem arboribus relinquitur locus Conſtitutioni Regni, vel jure communi, ut ſufficientius puniantur tales inciſores, qui potius devaſtatores reputantur.

A verbis enim ſtatuti recedendum non eſt, *l. quod conſtitutum, & ibi Bar. in princ. ff. de teſtam. milit.*

26 Et quod ſtatutum non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſervum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæredit. Bald. in l. omnes Populi paulo ante finem, ff. de juſtit. & jur.*

Et quod omiſſum eſt a ſtatuto, id pro omiſſo habetur, nec in eo locum habet ſtatutum, ſed jus commune, *cap. pen. de jur. jur. Bald. in l. ſi plures col. 8. verſ. juxta prædicta formatur, C. de condit. indeb.*

His ſic præmiſſis, dum hic libris careo, & inopiam mei ingenii cognoſco. Inſuper opportunitatem habeo conſulendi Dominationem Veſtram, qui non corticem, ſed legum medullas exquiritis, ſuppliciter oro, ut fideliter, ſicut ſoletis, mihi ſententiam veſtram elargiamini, ut veſtra peritia duce, non poſſim errare in judicio ſuper hinc inde adductis proferendo. Valete, &c. ex Caſtro Moliterni, die, &c.

Leon. Riccius Gub. & Jud. Moliterni.

Supernas rationes eleganti methodo apprime pertractatas, & magiſtraliter de more diſcuſſas, ſatis ſuperque rationabiles, urgenteſque fore ad judicandum pro accuſato, ſalvo meliori, &c.

Teſtor Ego Jo: Jacobus de Nigris U. J. D. minimus.

Ego Leo Ferrus U.J.D. minimus.

Ego Dominicus Antonius Potenza, U.J.D. minimus.

Finis Quinti Tituli Tertiæ Speciei.

SEXTUS TITULUS

De Debitore fugitivo, vel de fuga ſuſpecto.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Debitor fugitivus a creditore cum ſcriptura, vel ſine, abſque Judicis auctoritate capi poteſt, etiam ſi Clericus ſit abſque metu excommunicationis; in actu tamen fugæ, & ubi copia Judicis opportune non habetur, num. 1.

Officialis requiſitus pro capiendo debitore fugitivo, denegare non poteſt familiam, etiam in die Nativitatis, vel Paſchatis, num. 2.

Proceſſus contra fugitivum die feriato valet, num. 3.

Fugitivus debitor coram quocumque Judice convenitur, ſed quæ concurrere debent, num. 4.

Fugitivus dicitur, qui cum pecunia, vel re debita fugit, num. 5.

Debitor de fuga ſuſpectus eſt, qui fugam præparat, vel qui eſt contumax, num. 6.

Debitor de fuga ſuſpectus non poteſt capi ſine mandato Judicis, & Judex ut poſſit procedere ad capturam, quæ concurrere debent, num. 7.

Ad convalidandum capturam probatio debiti debet præcedere, non ſubſequi, num. 8.

Quiſque præſumitur locuplex, & ſolvendo, donec contrarium probetur, num. 9.

Poſſidens ſtabilia carcerari non poteſt uti ſuſpectus de fuga, num. 10.

Praxis, qua utimur in Regno, ut capiatur informatio de ſuſpicione fugæ, niſi ex probatione debitor fugam arriperet, num. 11.

In Curiis inferioribus Regni abſque probatione de ſuſpicione fugæ aſſecuratur debitor, ſi conſtat de debito, etiam per ſcripturam privatam, aut per teſtes, quod non poſſideat ſtabilia in loco Judicii, ex Rit. M. C. 170. num. 12.

In Curiis Eccleſiaſticis, & extra Regnum non ſervatur d. Ritus M. C. 170. *propterea requiritur, quod præcedat probatio ſuſpicionis fugæ*, num. 13.

Ritus 170. M. C. *declaratur diverſo ſenſu reſpectu Curiarum Baronalium*, num. 14.

Carceratus extra juriſdictionem de mandato ſui ſuperioris cum brachio Judicis loci excarcerari non poteſt per Judicem carcerantem, etiam cum conſenſu creditoris abſque licentia Judicis mandantis, num. 15.

Creditor apprehendens debitorem fugientem non tenetur cum aliis creditoribus communicare pecuniam, quam fugiens aſportabat, etiam ſi ſit concreditor ejuſdem contractus, niſi ſint cohæredes, vel conſocii, num. 16.

Cautela datur Judici, ne procedat ad arreſtum debitoris ſuſpecti de fuga, niſi præſtita prius cautione per creditorem de ſervando indemnem captum a damnis, caſu quo demonſtrabit coram Judice competente injuſte fuiſſe moleſtatum, num. 17.

Abuſus in quibuſdam Curiis arreſtandi tranſeuntes oſtenditur, num. 18.

Vagus debitor ubique conveniri poteſt, & qui ſit vagabundus, explicatur, num. 19.

Contra vagabundum quomodo proceditur criminaliter, num. 20.

Creditor cogitur providere de alimentis debitori, & jumentis interim, num. 21.

Debitor ſequeſtratus a Judice incompetente præſtita cautione de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo coram Judice competente, excarceratur, & bona reſtituuntur, num. 22.

Debitor extra territorium ſuum exequi non poteſt, etiam cum executorio expedito a Judice debitoris, num. 23.

1 EXecutive, & extra ordinem proceditur contra debitorem fugitivum, tam cum ſcriptura, quam ſine.

Ita quod poteſt debitor fugitivus a quocumque creditore abſque Judicis auctoritate capi, per *text. in l. ait Prætor 10. §. ſi debitorem, ff. quæ in fraudem creditorum, l. 2. C. quando liceat unicuique, &c. & Gloſ. ſine ullo, l. extat, ff. de eo, quod metus cauſſa*, & de jure Regni habemus *Rit. 170. Coler. de proceſſ. execut. par. 1. c. 2. num. 122. Ricc. collect. 1203.* & alii citati per *Dom. Conſ. Petr. in d. rit. 170. fol. 117.*

Imo ſi debitor reſiſteret in carceratione, poſſet a creditore verberari, ut carcerationi acquieſcat, *l. ſi ex plagiis, §. Tabernarius, ff. ad l. Aquiliam.*

Et etiam ſi debitor ſit Clericus, dum eſt in actu fugæ, poteſt abſque metu excommunicationis a creditore capi, *Scial. de foro compet. c. 9. n. 32.*

Intellige, dum Eccleſiaſtico Judici recto tramite præſentetur, *Galter. in 3. par. rubr. præſentet inſtrumentum num. 20. fol. 392.* per doctrinam *Abb. & Bald. in c. Cum non ab homine de judic. Marſil. ſing. 42. Viv. lib. 1. com. opin. 177.* Ita etiam Miles, Doctor, & Nobilis ſuſpectus, *D. Conſ. Petra rit. 170. n. 2. fol. 117.*

Et omnes ſupraſcriptas concluſiones intellige in fraganti, & in actu fugæ tantum, ubi periculum eſt in mora, ſi licentiam Judici quærere nequit creditor, vel ubi copia Judicis haberi opportune non poteſt, *Carav. rit. 170. num. 14.*

Secus ubi creditor haberet copiam Judicis, quia tunc ſine Judicis auctoritate ei non permittitur, *Gloſ. ſine ullo, l. extat, ff. de eo, quod metus cauſſa, l. 2. C. quando liceat unicuique.*

2 Et Officialis non poteſt denegare familiam requiſitus pro capiendo debitore fugitivo, *Bart. in d. l. ait Prætor ubi ſup.*

Et poterit cogi etiam die feriato ad honorem Dei, *Theſaur. dec. 39. num. 7. Marant. p. 6. rubr. actor. edit. num. 23. fol. mihi 439.*

Etiam ſi eſſet dies Nativitatis, vel Paſchatis D. N. Jeſu Chriſti, *Galt. in 3. par. rubr. præſentet inſtrumentum num. 15.* ex *Vivio, Bald. & aliis fol. 92.*

3 Et proceſſus contra debitorem fugitivum eodem die feriato factus valet, *Iaſon in l. 1. §. 1. col. fin. de feriis Folkr. ad Marant. d. par. 6. diſt. 16. num. 92. Carav. rit. 170. num. 12. Manſon. de cauſ. execut. ampl. 1. Galter. ubi ſup. fol. 392.*

4 Et fugitivus debitor poteſt pro debito coram quocumque Judice conveniri, late concludit *Carlev. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. qu. 7. ſect. 2. num. 888.* Et ſic non competit exceptio incompetentiæ Judicis, *Ancher. conſ. 192. Rom. conſ. 142.*

Quam concluſionem alii non admittunt ſic ſimpliciter, ſed duobus concurrentibus.

Primum, ubi copia, & præſentia Judicis competentis haberi non poſſit.

Secundum, ut licet ſit permiſſa captura per Judicem incompetentem reſpectu capturæ, tamen poſtquam eſt captus tradi, & remitti debet ad competentem, ita *Galter. in par. 3. rubr. præſentet inſtrumentum nu. 21. fol. 29. Carav. rit. 27. nu. 2. & Suarez, & alii ibi.*

Et poteſt capi etiam de nocte, ut late *Pechius de*

jure

jure ſiſtendi cap.7. num. 2. quicquid in contrarium dicat *Quenpin clauſ.30.num.37.*

Et etiam intra domum, licet aliter ſervetur Romæ, *Dom.Conſ.Petr.rit.170. num.11. fol.120.*

5 Fugitivus debitor proprie dicitur, qui cum pecunia, vel re debita fugit, *Caccialup. qu.4. num.* 12. *de debitore ſuſpecto.*

6 Debitor vero, qui non fugit, ſed eſt de fuga ſuſpectus, ut quia eſſent evidentia ſigna, quod fugam præparet, *Marſil. ſing.43.Viv.lib.1.com.opin.177.Galt.ubi ſup. fol.291.num.17.*

Vel quia eſt contumax; nam ex ſola contumacia dicitur de fuga ſuſpectus, ut firmat *Galter. in 3. par. rubr.præſentes inſtrumentum d.fol.291.nu.17. ex Rit. M.C.172.*ubi *Carav.num.3.*

Et ſic differt debitor fugitivus a debitore de fuga ſuſpecto.

7 Nam fugitivus poteſt capi, ut ſupra; Sed de fuga ſuſpectus non poteſt capi ſine mandato Judicis, *Vincentius de Vita in ſuo juris repertorio verb. debitor.*

Et ut Judex mandet procedi ad capturam debitoris de fuga ſuſpecti, tria prius conſtare debeot.

Primum, quod ſit debitor; Secundum, quod non habeat bona, unde ſolvat; Tertium, quod ſuſpicetur de illius fuga per veriſimilia ſigna, *D. Carol. Petra in rit.170.num.8.*ex *Hyppolit. ſing.282.& 284.Calà de modo articulandi, §.2.gloſ.11.nu.606. Ricc. dec.199. par.2.*

Et de ſingulis his tribus pauca dicemus.

8 Primo, quod ſit debitor, conſtare debet; Nam ad convalidandam capturam non ſufficit juramentum, vel alia probatio crediti ſuperveniens, *Theſaur. dec.* 220. *num.3.ex Natta, Neviz.*, & aliis, quos ſequitur *D.Conſ.Petr.rit.171.num.13. fol.120.tom.2.*Imo quod debitum ſit liquidum, *Urſil.ad Affl. dec.170.n.4.*

Et confeſſio debiti ſuperveniens non deſervit, niſi ad probandum debitum, ſed non ad convalidandam capturam: ita *Sola in Conſtit. Saband. tit. de captura pro cauſa civil.in gloſ.3.p.ſub num.5.Pecch.de jure ſiſtendi cap.12.num.9.*

Cum ſit inſpiciendum initium negotii, *Rovit. Prag. 1.num.28.ad Sen. Conſ. Maced.* & dum per carcerationem injuſte fuit ſpoliatus ſua libertate, ante omnia eſt reſtituendus, & antea omnino provideri debet ſuper excarceratione; Nec ſpolians creditor auditur, niſi prius debitor reſtituatur in priſtinam libertatem, nec tenetur ad petitam cautionem.

Et ita deciſum refert *D.Conſ. Petra* in M. C. V. in cauſſa Hieronymi Portato creditoris, cum quodam ſuo debitore carcerato, & per S. C. confirmatum, & deinde per Collat. Conſ. junctis Conſiliariis duarum Aularum quoque confirmatum, non obſtante petitione creditoris, quod injuſte captus debitor poterat juſte detineri, ſtante confeſſione debiti, ut late *d. Dom.Conſ.Petra ubi ſupr.* concludens, quod

Captus nulliter non poterit recomendari ad inſtantiam ejus creditorum, ſed reponendus erit in priſtinam libertatem, & deciſum refert *Thor.par.3.compend.deciſ. verb.captus, ſive carceratus.*

9 Quoad ſecundum, ut conſtet, quod non habeat bona; Nam de jure quiſque præſumitur locuples, & ſolvendo, *l.ſi creditores, ff.de priv.credit.*

Unde onus illam probandi incumbit creditori allegantì, & qui ſe fundat in illa qualitate, *gloſ. in l.ſi vero, §.qui pro rei verb. dubitetur, ff qui ſatiſdare cogantur*, *Affl.dec.377.num.6.* quos citat, & ſequitur *D.Conſ.Petr.rit.302.num.18.fol.436.tom.4.*

10 Et qui poſſidet ſtabilia carcerari non poteſt ad inſtantiam creditoris, prætextu, quod ſit ſuſpectus de fuga, *Gram.conſil.civ.17.num.13.Viſcont.concluſ.jur. verb.Debitor fugitivus, Novar.tom.2.gravam.105.nu. 5.de grav.vaſſall.*

Et ſi poſſideat mobilia, vel ſtabilia, illa ſequeſtrantur, *Gallup.p.2.cap.3.num.28. text.in l.fidejuſſor, §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur, & l.Senatus, ff.de Offic. Præſid.*

Quoad tertium, ut probetur ſuſpicio fugæ; diſſonæ ſunt *DD.*opiniones, utrum hæc probatio debeat fieri neceſſario per ſummariam probationem, an vero ſufficiat juramentum creditoris.

Quod ſufficiat juramentum, tradunt *Caccialup.qu. 6.num.17. Alex.conſ.19. num.2. vol.3. Menoch.cap.26. num.1.Vivius.*

Quod non ſufficiat juramentum, ſed neceſſaria probatio ſit, tradit *Alex.conſ.241.n.4.vol.6.Dec.conſ. 75.n.2.Morla in emporio juris par.1.tit.8.qu.15.n.3.*

Saltem per unicum teſtem dicit *Coler. par. 3. cap.1. num.24.*

11 Et tandem, quod praxis in Regno ea eſt, ut capiatur ſummaria informatio per duos teſtes de ſuſpicione fugæ ad finem carcerandi, donec cautio præſtita ſit, teſtatur *Prat. ad Muſcat.lib.2. par.3. gloſ. detinebitur ad num.15.*relatus a *Dom.Conſ. Petra rit.170. num.9.* ubi ſubnectit, quod ſuſpicio fugæ neceſſe eſt, quod emerſerit poſt contractum, ſecus ante, ex *Caccialup. & aliis ibi*; Nam ſi tempore contractus fuiſſet debitor ſuſpectus, & non idoneus, tunc non poteſt capi, *Urſil.ad Afflict.deciſ.170.num.4.*

Diſtinctionem vero adhibent alii, quod prima opinio habeat locum, quando dubitaretur, ne fugam arriperet, ſi probationes fierent in ſcriptis, & propterea ſine iis probationibus poſſet tunc concedere Judex capturam debitoris.

Et quod ſecunda opinio habeat locum, ubi ceſſaret tale dubium, ita *Galt. in 3. par. Rubr. Præſentes inſtrumentum num.16. fol.295.*

Hanc diſtinctionem approbant *Cevall. qu. 133. Io. dec.in prax.civ.cap.64.num.19. Urſil.dec.170.num.4. Carrab.de Syndic.p.2.nu.160. Duen.reg.175. nu.3. Muſcat.in prax.lib.2.p.3.gloſ. fin.num.26.* qui dicit eſſe in hoc arbitrium Judicis, *Marantu par.4.diſtinct. 26.nu. 92.*ita omnes relati a *Dom.Conſil. Petra rit.170.nu.9. fol.119.tom.2.*

12 Sed hoc tertium requiſitum, ut probetur ſuſpicio fugæ in Curiis Baronalibus, & aliis Curiis per Regnum non ſervatur, ſed ad unguem ſervatur diſpoſitio *Ritus* 170.per quem duo tantum requiſita conſtare ſufficiunt, nempe ut conſtet de debito per inſtrumentum publicum, & liquidum, & ut conſtet per duos teſtes, quod nil poſſidet immobile in loco judicii, licet teſtes non bene aſſignent cauſam ſcientiæ; Quibus probatis tenetur Judex ad ſimplex dictum, ſive aſſertionem creditoris expedire mandatum de citando, & capiendo, & ſic *Ritus* non exquirit probationem ſuper fugæ ſuſpicione, ſed quod probato debito, & probato, quod immobilia non poſſidet, Judex debet credere aſſertioni ſimplici factæ per creditorem, quod ſi eum citet, eſt in periculo perdendi creditum; Ideo vult aſſecurare judicium, vel per fidejuſſores, vel per capturam perſonæ, ne per fugam citati eludatur creditor, & Judex. Etenim in hoc Regno frequentiſſime experimur, quod debitores, vel ad Eccleſiam confugiunt, vel ſub protectione alterius potentis Baronis, vel ſe adſcribunt familiæ armatæ Epiſcoporum, qui ſalva pace bonorum tenent appenſas patentes Curiarum, & diſpenſant debitoribus, qui creditores, & poteſtatem laicalem eludant.

Imo ſuſpectus de fuga regulariter is dicitur, qui bona immobilia non poſſidet, *l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur*, & ita quoque eſt ſenſus *d. Ritus* 170.unde facta probatione, quod non poſſidet immobilia, cenſetur probata ſuſpicio fugæ, & proinde reus, qui immobilia non poſſidet, cogitur ab actore, etiam de jure communi ad dandam cautionem de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, ut late dicemus in alio

alio *tomo* Deo dante per nos quam primum edendo *tit. de exception. cap. de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo.*

Et hic *Ritus* potius eſt ampliandus, dum eſt favorabilis pro conſervatione juſtitiæ, & juriſdictionis, & commercii publici.

Ad cujus declarationem nota, quod licet *d. Ritus* exquirat probationem debiti fieri per Inſtrumentum publicum, tamen ſufficit, ſi probetur per duos teſtes, quia appellatione inſtrumenti venit probatio per teſtes, & parem vim habent in judicio teſtes, & inſtrumentum, vulgatis juribus in *cap. cum lo: de fide inſtrum. & in l. in exercendis C. eod. tit. Aſſl. dec. 274. n. 4.*

Imo in terris Baronalibus, ubi frequentius ſunt in uſu apocæ privatæ, & debita ſunt modica, & frequentius debitor ne compellatur per illam Curiam, effugit in alio vicino oppido ſub protectione alterius Baronis, practicatur *d. Rit.* etiamſi creditor oſtendat qualemcumque ſcripturam, licet non publicam, vel qualemcumque probationem, dum ex ſenſu *d. Ritus* colligitur, quod licet non bene aſſignent cauſſam ſcientiæ, teſtes admittuntur, & ſic mandat Judex, ut ducatur coram, qui ductus aſſecuret judicium per fidejuſſiones, vel per pignora, vel per detentionem perſonæ, cum æquum non ſit, ut quis locupletetur cum creditorum jactura, & leges ſemper exclamant, ut jus ſuum unicuique tribuatur.

13 In curiis vero Eccleſiaſticis, & extra Regnum, ubi non habent expreſſam legem, ut eſt *Ritus*, ibi certe requiritur probatio ſuſpicionis fugæ, quæ de jure antecedere debet, antequam Clericus debitor obſtringatur de perſona, niſi aliter arbitrio Judicis videatur, juxta diſtinctionem ſupra relatam per Auctores ſupra citatos, qui vere de iure communi locutos fuiſſe dicendum eſt; Alias ſi de jure noſtri Regni ſenſiſſent, eorum dictum adverſaretur diſpoſitioni *d. Rit. 170.* quod non eſt de viris ſic magni nominis, & in juriſprudentia conſumatiſſimis dicendum.

14 Hic in gratiam Tyronum advertendum reſtat, quod licet in *d. Rit.* dicatur, ut probatio fiat, quod immobilia non poſſidet in Regno, exponitur *ly Regno* .i. in loco judicii: Nam ideo dixit in Regno, quia M. C. V. habet juriſdictionem in toto Regno: & qui poſſidet in Regno dicitur poſſidere in loco judicii reſpectu M. C. V. At in Curiis Baronalibus, & aliis Regiis extra Neap. licet poſſideat debitor in Regno, ſi tamen non poſſideat in loco judicii, adhuc dicitur ſuſpectus, quia extra locum judicii non extenditur ſua juriſdictio, ſicuti extra Regnum non extenditur juriſdictio M. C. V.

15 Hic corollarie advertendum puto, quod carceratus extra juriſdictionem vigore mandati ſui ſuperioris competentis, & vigore brachii implorati a Judice loci, ubi carceratus fuit debitor, excarcerari non poterit per Judicem concedentem brachium, etiam quod accedat conſenſus creditoris, niſi illiuſmet ſuperioris accedat facultas, a quo prodiit origo capturæ, *Dom. Conſil. Petra rit. 187. num. 9. fol. 165. tom. 2.* ex *Rebuff. & Molina ibi*, quia defecit poteſtas, & juriſdictio ſuper perſonam dicti debitoris advenæ.

16 Et creditor, qui debitorem fugientem, pecuniamque ſecum ferentem apprehenderit, non tenetur illam cum aliis creditoribus communicare, *text. in l. ait Prætor §. ſi debitorem meum ff. quæ in fraudem creditorum.*

Quod ampliatur, etiamſi duo ſint creditores uno eodemque die ex eodem contractu, vel diverſo, & aliquis ex eis poſſideat; Poſſidens præfertur in pari cauſſa, ita *D. Conſ. Petra d. rit. 187. num. 10. ex Franch. dec. 260. num. 4. & 635. num. 6. Maſtrill. Coſta &c.* reprobato *Auctor. de Amato reſol. 31.*

Niſi creditores eſſent conſocii, vel cohæredes, quo caſu tenerentur communicare cum conſocio, per *text. in l. ſi unius, §. 1. ff. pro ſocio*, & ita cum cohærede, per *text. in l. item labeo ff. familiæ erciſc. D. Petra ubi ſup.*

17 Ubi vero periculum eſt in mora, conſtito de ſuſpicione fugæ poteſt arreſtari debitor, & ejus animalia, & alia bona etiam a Judice alias incompetenti, & loci tranſeuntis, nulla præmiſſa citatione, & ſic in diem ſervari in Regno teſtatur *Gallup. p. 2. c. 3. num. 18.* ex *Suarez in l. 2. tit. De los emplazamientos lib. 2. in verb. ſed attende. Rodriq. ſup. num. 17.* ſed cautus Judex ad evitandas fraudes non procedit contra debitorem, niſi creditor det prius cautionem de ſervando indemnem captum ab omnibus damnis, in caſu quo demonſtrabit coram judice competente injuſte fuiſſe moleſtatum; Nam advena multoties ſolvit indebitum, ne detineatur, *Gallup. ubi ſupr.* ex *Bald. in l. fin. Cod. de pœna Judic. qui male judic. l. ult. ff. de Magiſtr. conveniend.*

18 His omnibus ſic enucleatis, patet, quantus ſit erroneus abuſus in quibuſdam Curiis extra Neap. ubi arreſtari ſolent debitores alienigenæ tranſeuntes, trahendo debitores ad forum incompetens, quod dum in Civitate Nuceriæ Paganorũ prætendebatur ſic practicari per Gubernatorẽ, & Actuarios, prætextu, quod ſic ſemper fuiſſet practicatum ab anteceſſoribus; Ego qui Judicis officium in dicta Civitate exercebam, prohibui, dum in Regno habemus expreſſam prohibitionem per *pragm. 3. de Offic. Sac. Conſ. §. nos autem*, qua cavetur, ut nullus a domicilio diſtrahatur, niſi ex privilegio trahentium; Et *pragm. 2. ubi de delicto quis conveniri debeat*, diſponitur, quod nullus extra domicilium extrahatur, ſed per ſuum proprium Judicem ordinarium cognoſcatur, pro quanto gratiam Regiam charam habent, & ſub pœna duc. mille.

Concordat *pragm. 80. de Offic. Sac. Reg. Conſ. §. 6.* ubi ſancitur, quod Actuar. Sac. Conſ. & M. C. V. non accipiant petitiones contra exteros abſque expreſſione privilegii ſub pœna ſuſpenſionis triennio, & nullitatis, & *pragm. 98. de citation.* ſtatuit idem, quod non citentur exteri, niſi expreſſa cauſſa privilegii fori ſub pœna, ut ibi.

19 Sed vagus debitor ubique conveniri poteſt, *gl. debebit l. hæres abſens, §. perinde, ff. de judiciis, l. ait prætor 10. §. ſi debitorem ff. quæ in fraudem creditorum; Carlev. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 2. n. 838.*

Advertendo, quod licet *Foller. in 4. par. principali num. 44.* dicat, vagabundum cenſeri, qui a Patria fugit ob crimen, tamen vagabundus non eſt, niſi qui crebro vagatur, & cui nec certum eſt domicilium, nec conſtans habitatio, & quamvis habeat domicilium originis erit vagabundus, ſi fixam ſedem non habet, & ſic dicitur a vagando, & ubicumque reperitur, ibi poteſt conveniri civiliter, & criminaliter, juxta illud, ubi te invenero, ibi te judicabo, *Text. in l. 1. C. ubi de crimin. agi oport., & gl. ibi in l. hæres ubi ſup. Tuſch. lit. V. concl. 10. num. 4. Carlev. lib. 1. diſp. 2. num. 46.*

20 Proceditur criminaliter tam ad querelam partis, quam ex officio ubicumque invenitur: tamen in criminalibus ſi Judex requirit, remittendum eſt ad Judicem requirentem loci delicti, ita *Carlev. ubi ſup. diſp. 7. ſect. 2. num. 816.* rejecta opinione contrarium tenentium.

21 Et demum eſt ſciendum, quod ubicumq; ſit debitor captus, ſi non habet victum, tunc creditor cogitur interim providere de alimentis ipſi, & jumentis, ne fame pereat, *Gallup. d. par. 2. c. 3. num. 19.* ex *Parid. de Put. de Syndic. verſ. An contractus n. 2. Oldrad. conſ. 27.*

22 Debitor ſequeſtratus, ut ſupra, præſtita cautione de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo coram ſuo Judice competente excarceratur, & bona ſequeſtrata reſtituuntur, tam a judice incompetente, quam a Judice competente, quia per dictam cautionem eſt aſ-

Digitized by Google

ſecuratus creditor, *Gallup. ubi ſupra ex Corneo conſ. 136. col. 2. vol. 4.*

23 Et regulariter debitor advena conveniri non poteſt, nec bona ſua arreſtantur extra ſuum forum, & etiam ſi eſſent expeditæ litteræ executoriales in foro debitoris, tamen non poſſunt extra territorium debitoris executioni demandari, *Capibl. in pragm. 8. par. 2. num. 8. De Vita in ſuo repertorio juris verb. debitor Advena fol. mihi 70. vol. 1.* & conferunt tradita per *Guid. Papa ſing. 677. & Carlev. lib. 1. tit. 1. diſt. 2. à num. 238. & 252.*

Et in Regno ſunt *d. Pragm.* ut ſupra enunciatæ nempe *Pragm. 2. ubi de debito, pragm. 8. de citation. prag. 3. & 80. de Offic. Sac. Reg. Conſ.*

Finis Sexti Tituli Tertiæ Speciei.

SEPTIMUS TITULUS

De Judicio Exfractationis contra Conductorem.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Locatori contra conductorem duo remedia, ſive duæ actiones dantur, actio ex locato, & actio ex condictione leg. ſi quis conductionis, C. locati. *Intellige de locatione ad modicum tempus,* num. 1.

Conductori non transfertur dominium, nec poſſeſſio, ſed ſimplex tenuta, num. 2.

Actio ex locato eſt judicium petitorium, in quo poteſt conductor obiicere de dominio, num. 3.

Actio ex condictione leg. ſi quis conductionis, C. locati, *eſt judicium ſummariiſſimum reſtituendæ poſſeſſionis,* num. 4.

Judicium poſſeſſorium contra conductorem fit ſine libello per præceptum executivum, nec admittitur repulſa, num. 5.

Probatio an requiratur plena, an ſufficiat ſummaria contra conductorem, num. 6.

Appellatio ad effectum ſuſpenſivum à præcepto executivo de jure non admittitur, licet contrarium ſervetur in Regno, num. 7.

Declinatoria non admittitur in judicio ſummario contra conductorem, num. 8.

Remedium leg. ſi quis conductionis, *quando dicatur intentatum,* num. 9.

Conductor, quando non poteſt opponere exceptionem dominii, & etiam poſſeſſionis, opponens non auditur, niſi prius reſtituat, num. 10.

Remedium d. leg. ſi quis conductionis, *an detur per ſingularem ſucceſſorem locatoris contra ſingularem ſucceſſorem conductoris,* num. 11.

Locator poteſt expellere conductorem ante finitum tempus, quando conductor opponeret exceptionem dominii, num. 12.

Conductor perdit omne jus, quod habet in re, & punitur de ſpolio, ſi finita locatione recuſet reſtituere, num. 13.

Conductor finita locatione poteſt expelli à locatore propria auctoritate, & capere pignus pro mercede, ſecus ſi reſiſtit, quia tunc adeundus eſt Judex, num. 14.

Conductor ſi rem fecerit deteriorem, tunc habet electionem locator, vel expellendi, vel recuſandi recipere rem, donec inſtauretur, & interim tenetur ad penſionem, num. 15.

Conductor ſi negaret damnum, & de illo non conſtaret incontinenti, locator tenetur recipere rem cum proteſtatione de damnis, num. 16.

Conductor tenetur denunciare Domino, ſi ſit præſens, ſi vero ſit abſens, tenetur ipſe petere cautionem de damno infecto, alias convenitur ad omne damnum, propter domum ruinoſam vicini, num. 17.

Dominium quando eſt notorium ad beneficium conductoris, poteſt opponi contra locatorem, num. 18.

Locatio quando fuit nulla, puta ſi conduxerit rem propriam ignoranter, poteſt excipere contra locatorem; ſed quomodo ſupradictæ duæ exceptiones limitentur, num. 19.

Locationis inſtrumentum non probat dominium, ſed probat poſſeſſionem ex locatione, & conſequenter dominium præſumitur, num. 20.

Locatio requirit plenam probationem in Regno noſtro, ubi non determinatur poſſeſſorium abſque odore proprietatis, num. 21.

Conductor, qui oppoſuit exceptionem meliorationum, non poteſt expelli à locatore, donec expenſæ ei ſatisfiant, num. 22.

1 Inter judicia executiva, & ſummariiſſima numeratur judicium exfractationis, quod fit contra conductorem. Ad cujus praxis declarationem præmittendum eſt, quod duo remedia, ſive duæ actiones dantur locatori contra conductorem.

Una eſt actio ex locato; Altera eſt actio ex condictione *legis ſi quis conductionis, C. locati.*

Scias tamen, quod hic non loquimur de locatione ad longum tempus, ex qua transfertur in conductorem naturalis poſſeſſio, *l. ſi quis ante, ff. de acquirend. poſſ.* ubi *Alex. num. 9. Jaſon num. 7. Epiſc. Alex. Sperell. dec. 100. num. 2.*

2 Sed loquimur de locatione ad modicum tempus, ex qua non transfertur in conductorem dominium, nec poſſeſſio naturalis, nec civilis, ſed ſimplex tenuta, ſeu detentio, & ſic conductor dicitur tenere rem conductam, ut cuſtos, qui vigore locationis non ſibi, ſed locatori poſſidet, *Rot. Macerat. dec. 112. num. 8. & 10. Sperell. d. dec. 100. num. 3. ex l. non ſolum §. 1. ff. de uſu, l. ſi quis ante, ff. de acquir. poſſ. Carec. de locat. & conduct. fol. 59. num. 9.*

3 Locator itaque finita locatione, poteſt agere contra conductorem remedio, ſive actione ex locato, quod eſt judicium petitorium, & ordinarium, in quo poteſt conductor obiicere exceptionem proprii dominii, prout in judicio reivindicationis, *DD. ubi ſupr.*

4 Sed cautus Advocatus non agit dicta actione ex locato, ſed agit condictione *leg. ſi quis conductionis, C. locati*, quod eſt judicium ſummariiſſimum, & privilegiatum, & continet remedium reſtitutorium poſſeſſionis, & ſic eſt judicium poſſeſſorium reſtituendæ, quod eſt valde privilegiatum, & ejus privilegia ſunt infraſcripta.

5 Primum, in eo proceditur ſummarie, & ſine libello, *Gram. conſ. 57. num. 1. in civilibus*, & per præceptum, & mandatum executivum poteſt conductor expelli, *Scayn. deciſ. 20. Additionator ad Sanfel. deciſ. 371.*

371.*Cavalc.dec.19.num.1.in fin.*

Secundo non admittitur repulſa teſtium; ſupradicti *DD.*ibidem.

6 Tertio, non requiritur plena probatio, ſed ſufficit ſummaria, ſine citatione partis, dicti *DD. ubi ſupr. Urſill.ad Affl.dec.12.in fin.poſt Gram. conſ.54. in civilib.*licet contrarium teneant alii, nempe quod locator agens vigore *d.l.*tenetur plene, & concludenter de locatione docere, *Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.1.nu.38.Rot.dec.170.in fin.part.2.in recentior.Sperell.in deciſ.100.num.2.lib.1.*quos ſequitur *Staiban.obſerv.6. n.2.Urſill. ad Afflict.deciſ.364. num.13.* ubi refellit contrarios, & rationem aſſignat, quia cauſſa poſſeſſorii non eſt modici præjudicii, ut aliqui dicunt, ſed magni præjudicii.

7 Quarto non poteſt a dicto præcepto executivo appellari quoad effectum ſuſpenſivum, *DD.ubi ſupr.poſt Dec.conſ.28.Grammat.dec.58.n.15.*

Verum ut advertit *D. Carolus de Alexio* vir undequaque doctiſſimus, maximus, ſubtiliſque *Commentator ad Reg.Latro conſult.88.num.24.*, in Regno indiſtincte admittitur appellatio a præceptis executivis, tam de evacuando domum, quam de ſolvendo, & quotidie M.C.V.cogitur referre in S.C.dicta decreta.

8 Quinto in dicto judicio denegatur remiſſoria, *Card. Seraph.dec.117.*& ſic judicium exfractationis, in quo nullum eſt admixtum petitorium, ſed ſolum de nuda tenuta agitur, Judex ordinarius cognoſcere poteſt, ubi fuerit præventum, quia eſt judicium ſummariſſimum, in quo ceſſat declinatoria fori, *Sanfel. deciſ. 471. num. 5.* ubi refert deciſum fuiſſe denegatam remiſſionem petitam per M. C. Admirati in cauſſa exfractationis intentata in M. C. V. adverſus Coadjutorem dictæ Admiratiæ.

9 Sextum Privilegium dicti Judicii eſt, ut quamquam non appareat ſpecialiter intentatum dictum remedium *l. ſi quis conductionis*, ſi tamen in petitione adſunt clauſulæ ſalutares, *intentans, &c.deducens, &c. ſuper quibus, &c.aſto, & omni alio meliori modo,&c.* Per has clauſulas cenſetur intentatum remedium magis proficuum, & utile. Et ſimiliter quando petitur j officio, tunc ſemper cenſetur intentatum beneficium *d.l.ſi quis conductionis, C.locati, Add. ad Sanfel. dec. 371.poſt Gypt.in dec.129.n.28. Dec.conſ.28.n.2.Rot.in dec.254.num.2.& 7.& dec.256.& 257.p.1.in noviſſ.*

10 Septimum Privilegium eſt, quod in dicto Judicio nulla poteſt opponi exceptio, *Epiſc.Ricc.dec.271.nu. 5.part.2.* Nam ex denegatione reſtitutionis rei locatæ reſultat ſpolium, & conductori uti ſpoliatori denegatur audientia, donec non repurgavit ſpolium, *cap.1. extra de ord.cognit.Fontanell. dec.81. num.11.* Et propterea conductor non poteſt refricare quæſtionem dominii, etiamſi incontinenti vellet dominium probare, ut poſt *Muſcard.de probat. concluſ.687. num.9. vol.2.* niſi prius locator ſpoliatus reſtituatur, etiam quoad fructus, & expenſas, damna, & intereſſe, *Sperell.dec. 100.num.10.*cum nonnullis ibi citatis, *Ricc.collect.624.* ubi tradit ampliationes, & limitationes, quia exceptio dominii concernit petitorium, & proprietatem, ſed in hoc judicio exfractationis vigore *d.l.ſi quis conductionis* non opus eſt juſtificare dominium locatoris, cum de eo principaliter non agatur, ſed incidenter deducetur, & ideo ſufficit ſola illa præſumptio dominii, quæ inſurgit ex actu locationis, *Menoch.remed.11.recuper.poſſeſ.num.31.Rota deciſ.290.num.9 par.1.in noviſ.Merlin.deciſ.376.tom.1. ſub num.2.*ex verbis *d.legis*, ubi verba ſunt clara, ibi: *Si quis conductionis titulo agrum, vel aliam quamcumque rem accepit, poſſeſſionem prius reſtituere debet, & tunc de proprietate litigare*; Et *d.lex ſi quis conductionis* procedit nedum in conductore, ſed in quolibet alio nomine alieno rem detinente, & ſic habet locum *præd. lex* in omnibus, qui alieno nomine tenent, ut in Tutore, Curatore, Geſtore, & Depoſitario, Commodatario, Uſuario, & Uſufructuario, ſi non eſt in his aliqua juſta cauſa non reſtituendi, *Gloſ.in d.l.ſi quis, Sperell. d.deciſ.100.num.5.Marant.de ord. Iudic.par.4.diſt.7.num. 49.Menoch.remed.11.num.7.reintegr.Staiban.obſerv.6. num.18* Contra quos datur utilis condictio ex *l.* prædicta, ſicut datur directa contra conductorem, *DD. ubi ſup.* Et habet locum non ſolum contra eum, qui negat rem reſtituere, ſed etiam contra eum, qui negat affictum, vel penſionem ſolvere, *Staib. & Sperell.ubi ſupra.*

Octavum Privilegium, ut conductor nequeat opponere exceptionem non ſolum dominii, ſed nec etiam poſſeſſionis, *Rota Bononienſ. Domus 10. Novembris 1628.coram R.P. D. Merlin.* ne locator per hanc exceptionem illudatur, *Sperell.ubi ſup.*

11 Octavum privilegium, ut hoc habeat locum non ſolum quoad hæredem conductoris, & quoad locatoris ſucceſſorem, ita deciſum in *d.dec.Rotæ* relatæ per *Sperell.deciſ.100.num.4.in fin.*

Sed etiam contra ſingularem ſucceſſorem conductoris, *Staiban.obſer.6.num.9.*

Et licet Alii dicant contrarium circa ſingularem ſucceſſorem, contra quem non poteſt habere locum *d. l. ſi quis conductionis*, quia conductio ex *d. lege* eſt perſonalis, *§. appellamus, inſtit. de actionibus.* Ideo non datur contra ſingularem ſucceſſorem, *Rota dec. 464. nu.1.par.1.in noviſ.Addit.ad Sanfel.deciſ.371.lib.3.*

Ubi exemplificatur, quando Conductor ſublocavit tertio, & locator finita locatione fecit fieri mandatum illi tertio de exfractando domum, tunc ille Tertius poſſet refricare quæſtionem dominii, ex ratione, quia locator habet actionem perſonalem contra conductorem tantum, non contra illum tertium, ita *Ripoll. var.reſol.cap.11.num.108.*

Tamen contra dictum ſingularem ſucceſſorem locator poteſt agere ex alio remedio *l.fin.C.de acquir.poſſeſſ.* ut idem *Ripoll.* ibi dicit, & aliis remediis poſſeſſoriis, & ſic firma remanet concluſio *Staiban.ubi ſupr.*

Et *Reg.de Marin.lib.2.reſ.55.num.21.* concludit, remedium *legis ſi quis conductionis* competere contra ſingulares ſucceſſores, & omnes habentes cauſam ab agente, ex doctrina *Angeli, Felini, Purpurati, Decii, Neviz., Nicol., Bellon.& Marant. par.4.diſt.7. nu.49. verſ. ſed utilis.*

12 Decimum Privilegium eſt, quod ſi ante finitum tempus conductionis, & locationis Conductor opponeret exceptionem dominii contra locatorem, tunc non obſtante, quod tempus locationis non ſit finitum, locator poſſet expellere conductorem. Nec ratione hypothecæ, quam forte haberet conductor in re locata pro ſuo credito, poſſet illam retinere, & negare reſtitutionem, *Ripoll.var.reſol.c.11.nu.131. Carrab. ſing. 34.Addit.ad Sanfel.dec.371.lib.3.*

13 Undecimum Privilegium, quod datur in Judicio exfractationis erit, quod ſi Conductor finita locatione rem non reſtituit, probata contumacia conductoris in non reſtituendo, poteſt puniri tamquam invaſor, & perdit omne jus, quod forſan habet in ipſa re, *Peguer.dec.162.num.2.& 3.Ricc.collect.195. par.1.Caſtil. deciſ.229.lib.3.Staib.reſol.7.num.3.* & differendo reſtitutionem uſque ad ſententiam diffinitivam patitur pœnas *l.Conductores, C.locati*, per quam reſtituere tenetur non ſolum rem, ſed æſtimationem rei.

Quia negans rem conductam reſtituere, dicitur ſpoliare locatorem, ut ex verbis finalibus *d.legis Merlin. controv.96.num.5.& l.Colonus, ff.de vi, & vi armata*, & ſive judicialiter, & ſive extrajudicialiter recuſet reſtituere, *Cavalc.dec.44.num.107.part.1.* quem citat, & ſequitur *Sperell.dec.100.num.7. in fin. poſt gloſ.in d.l.in verb.æſtimationem.*

14 Duo-

Digitized by Google

14 Duodecimum Privilegium dicti Judicii extraordinationis eſt, ut vigore *d. leg. ſi quis conductionis*, Inquilinus teneatur relinquere domum ad beneficium locatoris, ſtatim finita locatione, *Monac. dec. Lucenſ. 48. num. 28.* adeo quod locator poteſt recuperare poſſeſſionem naturalem abſque vitio attentatorum, *Rot. Macerat. deciſ. 112. num. 11.*

Imo finita locatione Conductor poteſt expelli a Locatore propria auctoritate, *Font. well. dec. 137. nu. 9. Fab. in C. Fabr. tit. de locat. & conduct. deſin. 11. Guido Pap. dec. 400. Cancer. var. reſ. par. 1. cap. 14. de locat. n. 92.* quos citat, & ſequitur *Addit. ad Sanfel. dec. 371. lib. 3.*

Et pro mercede poteſt locator propria auctoritate capere pignus, conductore tamen non reſiſtente, ſecus vero ſi reſiſtat, *Cumia ad conſuet. Cath. tit. 311. nu. 2. & 11. Addit. ad Sanfel. ubi ſupra.*

15 XIII. Privilegium eſt, quod ſi conductor fecerit rem deteriorem, tunc Locator habet juſtam cauſſam, vel expellendi conductorem, vel recuſandi rem deteriorem recipere, donec reſtauretur, & in priſtinum ſtatum reſtituatur, quia tenetur Conductor, & ſuus heres reſtituere rem talem, qualis fuerat tempore conductionis, & in eadem eſſentia, qua illam conductor recepit, & cogere poteſt ſuum heredem ad intereſſe, & præſtare ſibi quanti ſua intereſt. Et in probatione hujuſmodi intereſſe non ſunt neceſſaria requiſita, quæ ad probationem intereſſe expetuntur, de quibus dixit *Caſtr. in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. & Sabel. in §. intereſſe;* ſed ſufficiunt probationes veriſimiles concludentes a communiter accidentibus, *Altograd. conſ. 21. num. 31. lib. 1. Pacionus de loc. & conduct. c. 29. & c. 65. num. 6. Sabell. in verb. Locatio num. 18. fol. 74. & tex. in l. cum conductorem 29. C. locati, & gloſ. ibi.*

Et donec reſtituat rem in priſtino bonitatis ſtatu, tenetur ad penſionem, *Sabell. in reſol. cap. 1. num. 8. & in repert. verbo Conductor, num. 19. fol. 297.*

Si tamen Conductor negaret damnum, & de illo non conſtaret incontinenti, & ſic eſſet illiquidum, te-
16 netur in dubio Locator recipere rem, cum proteſtatione de damnis, & intereſſe, *Altograd. conſ. 21. n. 44. lib. 1. Sabell. in verb. Locatio, num. 18.*

17 Nam Conductor timens damnum propter domum vicini ruinoſam, vel ruinam minantem, debet denunciare Domino ſi ſit præſens; ſi vero ſit abſens, tenetur ipſe petere cautionem de damno infecto, alias poteſt ex conducto conveniri ad omne damnum, *Gratian. diſcept. forenſ. 354. num. 8. & 19. Sabell. in verb. Conductor, num. 32. fol. 298.*

Narratis Privilegiis, ſive regulis generalibus hujus Judicii, conſonum eſt videre, quæ exceptiones in eo locum habeant, & declarare aliquorum opiniones invicem circa hoc repugnantes, dum in VII. Privilegio diximus exceptionem dominii adverſus locatorem non poſſe opponi, imo nullam aliam exceptionem.

18 Ex oppoſito voluerunt aliqui *DD.*, quod limitetur dictum VII. Privil. ſive d. VII. regul., ut non procedat, ubi opponatur notorium dominium, cum de notoriis dominiis exceptio ſit admittenda, *Marant. in Prax. par. 4. diſt. 7. num. 19. in fine, Addent. ad Sanfel. deciſ. 371. lib. 3. poſt Soccin. deciſ. 55. n. 9. Menoch. de rec. poſ. remed. 11. n. 40. & 44. Valaſc. conſ. 42. n. 5. Alex. Raud. conſ. 27. num. 25. lib. 1.*

19 Item quando locatio fuit nulla, ut exemplificatur in caſu, quo Conductor ignoranter propriam rem conduceret ſub credulitate, quod eſſet aliena, *Marant. ubi ſupr. Coſta de Iuris, & facti ſcientia, & ignor. cent. 2. diſt. 89. num. 1. Gypt. dec. 129. num. 38. & text. in l. qui rem propriam 20. C. locati*, ibi: *Qui rem propriam conduxit exiſtimans alienam, dominium non transfert, & inefficacem contractum facit.*

His, & aliis diffuſe diſſertis contrarium fuit in M.C.V. deciſum, referente Judice Merlino, & confirmatum per Sac. Conſ. in Aula Sancl. tunc Conſil. deinde Regentis meritiſſimi, ut ipſe *Merlin.* teſtatur *in controv. for. 99.* non eſſe audiendum conductorem circa exceptionem dominii, niſi prius reſtituta re conducta, etiamſi locatio fuiſſet nulla.

Et *Placit. Maranta, & alioarum ut ſupr.* habere locum, quando non agit ex contractu locationis actione *l. ſi quis conductionis*, ſed quando agit actione reivindicationis, quod judicium eſt ordinarium. Vel quando poſt conductionem ſupervenit nova cauſa non reſtituendi, ut cum Conductor poſt conductionem habet rem conductam ab aliquo tertio, puta a creditore Locatoris, qui poſt conductionem acquirit dominium rei, titulo emptionis, vel donationis, vel alio titulo, vel etiam vigore fideicommiſſi, & ſic poteſt excipere de dominio ſuperveniente poſt cōductionem, non autem de dominio antiquiori antecedente locationem, nam licet conductio rei propriæ ſit nulla, ex *text. l. qui rem propriam*, tamen conductor ſibi præjudicavit per conductionem ex obligatione mutua locati, & conducti, dum poſt contractum locationis, conductor durante tempore conductionis poſſidet illam rem non amplius tanquam ſuam, ſed tanquam alienam, & alieno nomine, ſc. locatoris, & non proprio nomine ſuo, & conſequenter ex bona fide debet illam rem reſtituere poſt finitam locationem locatori, cui ſe obligavit; & licet dicta obligatio fuiſſet nulla, ne locator eludatur ex dicta bona fide, & ex dicta mutua obligatione, auditur circa dictam nullitatem, & circa dictum antiquius Jus, poſt quam res fuerit reſtituta locatori, qui bona fide dedit conductori rem titulo locationis, per quem contractum ſibi præjudicavit conductor, ut etiam fuit deciſum tempore *Urſi ibad Afflict. dec. 164. in fin. & in Senat. Luſitan.* deciſum quoque teſtatur *Valaſq. conſult. 41.* & docet *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 11. num. 42.*

Et ratio hujus diſcriminis eſt, quia Conductor mutavit poſſeſſionis titulum, quando habet dominium, vel aliud jus in re, & eam a locatore accepit tit. conductionis, & per conſequens ſibi præjudicat conducens rem ſibi obligatam, vel propriam, itaut teneatur prius reſtituere, & poſtea diſcutere de dominio vel alio jure antiquiori; Et è contra quando poſſidet titulo locationis ſibi factæ, & deinde ſupervniſſet nova cauſa, tunc Conductor mutat pariter poſſeſſionis titulum, quia ceſſat locatio ob ſupervenientiam alterius tituli, puta emptionis, vel donationis, vel fideicommiſſi, &c. & ob ſupervenientiam alterius tituli non dicitur eludi locator.

Privilegium enim locationis eſt, ne locator decipiatur, & ſub bona fide dicti contractus privetur poſſeſſione rei locatæ a conductore, qui accepta re a manibus locatoris, illum deinde eludat, retinendo rem tanquam propriam, vel tanquam ſibi obnoxiam, & aperiretur via ſubtrahendi rem a manibus locatoris, & occupandi rem alienam, & poſſidendi vitio ſpolii malis artibus ſub fide conducendi.

Hinc additio ad *gloſ. in d. l. ſi quis conductionis* diſtinguendo concludit, quod aut de locatione eſt dubium, & in dubio poteſt opponi exceptio dominii, ex *text. in l. litibus, ff. de agric. & cenſ. lib. 11.* ubi dicit, fructus ſequeſtrandos, & de poſſeſſione cavendum, ſi excipientem ſe eſſe dominum, apparebit, melius Jus habere, & ſic patet, quod non ſtatim conductor reddet, ſed prius auditur ſuper exceptione dominii.

Aut conſtat de locatione, & tunc ſi locator agit conditione ex *d. l. ſi quis cond.*, non poteſt per conductorē excipi de dominio, ſed ſtatim extrahetur, & reddat locatori, & poſt reſtitutionem de re integra audiatur.

Si vero non agit ex *d. l. ſi quis conductionis*, ſed agit actione ex contractu, quia eſt judicium ordinarium, tunc aut conducens obiicit de dominio pro-
[illegible]

prio, & poteſt, quia eſt exceptio, quæ perimit in totum jus agentis.

Aut objicit de dominio tertii, qui aſſiſtit in judicio, & agit, tunc etiam poteſt opponere, ut *l. bonæ fidei, §. 1. ff. depoſiti.* Aut ille tertius non aſſiſtit, neque agit, & tunc non poteſt opponere de jure illius tertii non aſſiſtentis in judicio; ita *ploſ. prædicta*, & DD. relati per *Strev. ad Sanfel. d. decif. 371. verſic. Debent tamen.*

Ex hoc ſumas practicam, quæ extrema veniunt probanda in hoc ſummariſſimo judicio exſtractationis. Unum tantum, ut conſtet de locatione, nec eſt neceſſarium probare dominium, cum de eo non agitur in hoc judicio.

Neque etiam eſt neceſſarium probare poſſeſſionem, quicquid gratis dixerit *Grat. reſp. 90. num. 14. lib. 1. & Curt. ſen. conſ. 71. col. 2.* qui dicunt, ſaltem eſſe probandam poſſeſſionem locatoris tempore factæ locationis; nam hoc non practicatur, dum ſufficit, ut conſtet de locatione facta.

20 Quia licet locationis inſtrumentum non probet dominium, *l. ad probationem 23. C. locat.* tamen poſſeſſio probatur ex locatione, & dominium præſumitur. Ideo Conductor prius reſtituere debet, & poſtea reivindicatione de proprietate agere poterit.

Unde ſi Conductor probaſſet tempore conductionis ſe poſſidere, & ſic ignoranter conduxiſſe, tunc limitatur dicta regula, & haberet locum limitatio tradita per *d. Hieronymum Gratum d. conſil. 90. & Curt. jun. conſ. 122.* Sanctiſſimæ Trinitatis, viſo diligenter, *Jaſon. in conſ. 158. col. fin. vol. 2. Felin. in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. circa finem, Jo: Crot. in repet. l. ſi quando, num. 193. in prima impreſſione* relatos ab *Urſill. ad Afflict. dec. 12. n. 8.* ubi *n. 9.* concludit, quod

21 Locatio poteſt probari per unum teſtem, ſecundum *Gram. conſ. 54. in civil.* Tamen hoc non eſt verum, quia requiritur plena probatio, ut deciſum refert *Afflict. ibidem, & in decif. 464. num. 5.* Ubi idem *Urſill.* concludit contra *Gram. & alios*, & docet, quod etiam in poſſeſſorio ſummariſſimo requiruntur plenæ probationes; quia poſſeſſio eſt res magni præjudicii, dum multoties trahit victoriam proprietatis, ut experientia docet, maxime quando poſſeſſorium devenit ad aliquem potentem, quia ultra potentiam exercet lites, cum fructibus, & commodis poſſeſſionis, unde debilior Adverſarius privatus commodis poſſeſſionis, cogitur litem deſerere. Et propterea in noſtro Regno, ubi ſola facti veritate inſpecta proceditur, cauſæ poſſeſſorii non determinantur abſque bono odore proprietatis, cum aliquali cognitione ipſius proprietatis ad evitandos circuitus inutiles, & inanes lites, *Urſill. ibid. in fine.*

Concluditur itaque, quod locatio debet plene probari, ut habeat locum *d. l. ſi conductionis*, ex qua probata, cum reſultet bona præſumptio ad beneficium locatoris circa proprietatem, ut ſupra diximus, ideo non poteſt impediri reſtitutio etiam in odium Conductoris, qui non debuit fidem fallere locatori.

22 Poteſt conductor tamen opponere exceptionem meliorationum, & rem conductam retinere, donec expenſæ ei ſatisfiant, *l. 3. §. quicumque, ff. de viis publ.* ut ſi quid in ea factum eſſe dicat; *Garc. de expenſ. cap. 4. num. 10. Viſc. in verb. conductor, Merlin. deciſ. 351. tom. 1. Hodiern. ad Surd. dec. 294. num. 3. Strev. ad Sanfel. dec. 371. lib. 3. verſic. Conductor.*

A D D I T I O.

S U M M A R I U M.

Ratio, quam Auctor adducit ad ſubnectendam huic operi, quæ frequenter in praxi occurrunt obſervanda in hac Civitate Neapolis circa judicium exſtractationis, num. 1.

Edictum Regis, quo cavetur, ne penſiones antiquis inquilinis augeantur, publicatum ſub die 30. menſis Decembris 1738. refertur, num. 2.

Non moroſis in ſolvendo penſionem allatum Edictum eſt favorabile, num. 3.

Hoc Edictum non eſt conforme juri communi, & exponitur tex. eidem contrarius in l. ne cui, §. quod ſi quis Cod. de loc., & conduct., num. 4.

Jure Inquilinus non poteſt invitus cogi ad reconducendum, nec dominus ad relocandum, ut ſervetur æqualitas, num. 5.

In quo differat Edictum a cit. l. ne cui, *& quid in praxi ſervetur, adducitur*, num. 6.

Exponitur alius tex. adductæ ſanctioni etiam oppoſitus, in l. congruit Cod. de locat. prædior. civilium, vel fiſcalium, num. 7.

Antiquus Conductor novo præfertur, ſi facta per hunc augmenta ille ſuſcipiat, per l. prædia §. ſi vero pro tali C. eodem; *quæ explanatur*, num. 8.

Ratio fundamentalis dd. Legum per DD. adducta innuitur; & an illa habeat locum in locationibus rerum fiſcalium, remiſſive, num. 9.

Ex præcitato edicto nullimode locatori licet augmenta facere, nec quoquo modo mutare conditiones præcedentis affictus, ibidem.

Aſſignantur juſtæ cauſæ edicti, num. 10.

Tempus præſcriptum ad declarationem novæ reconductionis, eſt dies quarta uſque ad 17. menſis Januarii, num. 11. & 31.

Ante Pragmat. de loc. & conduct. *denunciatio fiebat in menſe Maii juxta* Conſuet. de loc. & cond. d. num. 11.

Si conductor declaravit nolle manere, & locator proceſſerit ad locationem cum alio novo conductore, antiquo conductori non erit amplius locus pœnitentiæ, ibidem.

Conciliantur Præſid. de Franch. dec. 278. & Brill. ad Conſuet. de loc. & cond. num. 12.

Quando non valeat probari reconductio per teſtes, & qui Authores id dixerint, num. 13.

Adducitur Rovit. *contrarium ſentiens, & ejuſdem opinio exponitur*, num. 14.

In praxi ſervatur dari terminum ad horas, cum deficit tempus ad probandum, num. 15.

Nicolaus de Jorio Scriba M. C. V. laudatur, num. 16.

Referuntur exempla prædicti termini ad horas, nu. 17.

Traditur cautela declarationis faciendæ per conductorem, cum velit permanere in domo conducta, aut eam recuſare, num. 18.

Inſtrumentorum appellatione teſtes comprehenduntur, ibidem.

Quomodo conſulendum ſecundo conductori ſi primus obtineat manuteneri in domo per illum conducta, & quid in praxi ſervandum, num. 19.

An dominus teneatur denunciare conductori, ut exſtractet, & an ex non facta denunciatione inducatur tacita reconductio, num. 20.

Enunciantur Authores negativam opinionem tenentes, num. 21.

Impugnantur præfati Authores, & fundatur contrarium eſſe ſervandum, & omnino faciendas per dominos denunciationes inquilinis, & quando, oſtenditur, & commendatur Camillus Salernus, num. 22. & 23.

Hoc edictum non extenditur ad prædia ruſtica, ſed tantum ad urbana, num. 24.

Quomodo intelligenda clauſula illa appoſita in edicto, ut valerſe de otro &c. ibidem.

Primus caſus indicitur, quo ex mente ipſius edicti poteſt conductor a domo amoveri, num. 25.

Inquilinus ſi per biennium a ſolutione deficit, poteſt a locatore expelli, per tex. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. *etiam pendente locatione; & quid nam ſervetur apud nos*, ibidem.

Enar-

Digitized by Google

Enarratur caſus deciſus a S.C.ad relationem M.C.n.26.
Collaudatur Reg.Conſ.ex Aularum S.C. Præfectis D. Antonius Ma.. [illegible]oca, ibidem.
Quanta, & quæ ſit mora, remittitur arbitrio Judicis, num.27.
Quæ res conductorem excuſent a mora, ibidem.
Traditur formula ſupplicis libelli contra conductorem moroſum, num.28.
Formula decreti, quod conductor exfractet, & non amoveat chartellas, num.29.
Relatio Alguzerii M. C. V. pro notificatione dicti decreti, & affixione chartellarum, num.30.
Formula denunciationis facta per Notarium Conductori, ut adveniente die 4.Maii relinquat domum, n. 32.
Formula Apocæ affictus, num.33.
Mos hodiernus paciſcendi ſolutionem, & ſolvendi penſionem domorum eſt tertiatim, num.34.
Antiquitus binæ tantum in anno præſtationes fiebant, num.35.
Poſſunt Partes quomodolibet convenire inter ſe, circa ſolutionem penſionis, num.36.
Quomodo apponendi teſtes in apocis ex nov.Conſt., n.37.
Illa clauſula, che finito il tempo dell'effitto mi debba convenire per il prezzo della caſa, *quid operatur*, num.38.
Edictum reſpicit favorem conductorum, & quiſque poteſt renunciare juri ſuo, num.39.
Pacta religioſe ſervanda, ſi honeſtati non adverſantur, num.40.
Formula memorialis pro parte conductoris, num.41.
Formula fidei facta ordine Judicis ad inſtantiam locatoris a Porteriis M.C.V.ad fundandam moram inquilini, num.42.
Formula Decreti de conſenſu partium, quod conductor continuet pro alio anno tantum, num.43.
Libellus pro parte Locatoris in ſeq.anno, num.44.
Decretum juxta petita per locatorem, num.45.
Replicatio facta pro parte conductoris, num.46.
Memoriale ejuſdem conductoris, num.47. *cum decreto in calce ipſius, quod intimetur parti*, ibid.
Replicatio locatoris, num.48.
Supplicatio de V. F. ad finem confirmandi, ad inſtantiam ejuſdem locatoris, num.49.
Comparitio pro parte conductoris, num.50.
Deciſio S.R.C. num.51.
Laudibus extollitur olim Reg.Conſ. & unus Aularum S. R.C.Præfectus D.Franciſcus de Honuphrio, num.52.
Impugnatur deciſio S.R.C. num.53.
Defenditur, num.54.
Secundus caſus, quo poteſt repelli conductor, non obſtante edicto, num.55.
Formula decreti, quod ſolet tali caſu practicari, ibid.
Adducitur limitatio, num.56.
Numerantur alii caſus, quibus inquilinus non juvatur diſpoſitione edicti, num.57.
In Regno nemini licet alii rem ſublocare abſque Domini licentia, & allegatur Conſuetud. *ſub tit.* de loc. & conduct. ibid.
Dict.Conſuet.eſt correctoria juris communis, num.58.
Æquitas prævalet juris rigori, num.59.
Affertur exemplum deciſionis facta per Ill. Marchionem Reg. Conſ. & primum Aularum Præfectum D. Horatium Rocca, qui commendatur, num.60.
Si Dominus uti velit re conducta ad proprium uſum, eſt præferendus conductori, & quando, num.61.
Adductæ limitationes deducuntur ex Text. in l.3.C.de loc. & conduct. num.62.
Si probetur, aut conſtet dominum non indigere re conducta, ſed hoc fieri ad æmulationem, aut alium finem, inquilinus non eſt amovendus, num.63. *& ſubjungitur exemplum*, ibid.
Dominis directis tantum, aut ejus filiis competit jus petendi rem conductam, num.64.
Formula mandati, quod conductor exfractet, num.65.
Comparitio contrarii imperii adverſus dictum mandatum, num. 66.
Formula Decreti, quod inquilinus continuet pro alio anno in domo conducta, num.67.
Exponitur ratio, quare in decretis dici ſolet, liceat continuare pro alio anno, num.68.
Textus in l. item quæritur §. qui impleto in fin. ff.locat. *explodiitur*, num.69.
Non procedit d.Lex apud nos in locationibus prædiorum urbanorum, num.70.
Supplicatio de v. ſ. in S.R.C.ad finem revocandi, nu.71.
Replicatio pro parte inquilini, num.72.
Deciſio S.R.C.ad favorem inquilini, num.73.
Encomiis exornantur Regius Conſiliarius D. Donatus Antonius de Aſti, num.74. *Regius Conſiliarius, & unus ex Aularum Præfectis D.Franciſcus Ventura*, num.75. *ac olim Præſes S.R.C.D.Cajetanus Argento*, num.76.
Recenſetur alius caſus, in quo licet conſtiterit locatorem aliam domum pro ſuo uſu habere, fuit conductor expulſus, num.77.
Expenduntur motiva deciſionis, num.78.
Laudantur Domini Judices M. C.V. D.Jacobus Biſſanti, D. Joſeph Aurelius de Januario, & D.Joſeph Cimino, num.79.& ſeq.
Qua hora per Conſuetudinem non ſcriptam egrediuntur conductores e domibus, num.81.
Uſus incipiendi, & finiendi locationes uno eodemque die eſt conformis moribus Romanorum, num.82.
Quæ probationes fieri debeant, tam pro parte locatoris, quam pro parte inquilini, innuitur, n.83.uſq.ad finem.

1 Licet forſitan ab incœpto inſtituto aberrare videbimur, cum tantum ea, quæ ex *nov. Regis noſtri Conſtitutione* obſervanda veniunt, ſparſim, ubi ferret occaſio, ſubnectere hic promiſerimus; attamen abs re nequaquam eſſe credidimus, immo pene neceſſarium, utiliſſimumque exponere, quæ frequentius in praxi occurrunt, circa hoc judicium extractationis in hac Civitate Neapolis, ubi jamdiu quolibet anno renovatur Edictum, quo cavetur, ne omnino liceat Dominis, & locatoribus domorum augere illarum penſiones ultra quantitatem prius ſolutam, quavis ſcriptura inter ipſos facta pro augmento d. penſionis non obſtante, nec quocumq; prætextu uti, ut conductores inſolidum penſiones diligenter ſolventes domibus exire cogantur, qui in ipſis velint continuare. Vigore cujus edicti pleraque animadvertenda ſunt, ſc. quibus caſibus poſſit conductor illo juvari, quibus non, itaut eo non obſtante, valeat locator, utens re ſua tamquam abſolute dominus, conductorem e domo expellere.

Operæ pretium igitur erit in gratiam tyronum ponere hic praxim hujus tam frequentis judicii una cum formulis comparitionum, & decretorum, quæ in eo poſſunt, & ſolent occurrere, ac fieri, cum obſervationibus utilioribus, magiſque neceſſariis.

Et primo ponamus verba edicti publicati ſub die 30. menſis Decembris 1738. quæ ſunt tenoris ſeq. v3.

E D I C T U M.

2 Carolus Dei gratia Rex utriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Infans Hyſpaniarum, Dux Parmæ, Placentiæ, & Status Caſtri &c. ac magnus Princeps hereditarius Hetruriæ &c.

Regens, & Judices M.C.Vicariæ.

Il Re noſtro Signore (che Dio ſempre guardi) per la ſua Real clemenza ſi è degnato rimettere a queſta G. C. ſuo riverito Diſpaccio per la Segretaria di Stato Grazia, e Giuſtizia ſpedito in data de' 23. del corrente, del tenor ſeguente: *Haviendoſe el Rey degnato reſolver, que ſe emane un Bando, con el qual ſe probiba*

Digitized by Google

a los Dueños de las Caſas el poter alterar los aquiroles de las miſmas, ni valerſe de otro qualquier pretexto para hazer ſalir de ſus Caſas a los que pagan puntualmente el alquirel de ellas. Me ha mandado ſu Mageſtad prevenir lo a V.S., paraque diſpanga, que por la G. C. de la Vicaria antes del dia quatro del venidera mes de Enero del 1739. ſe publique el dicho Bando, invigilando U. S. enque ſe obſerva con toda diligenzia, para evitar los muchos pleytos, que ſuolen occaſionarſe de el retardo de tal publicazion. Dios guarde a V.S. muchos annos, como deſeo. Palacio a 23. Dizembre 1738.
Bernardo Tanucci. Sign. Reggente della Vicaria.

E dovendoſi da queſta G. C. dar viva ubbidienza alla ſuddetta ſoprana Real deliberazione, col preſente Banno ordinamo, e comandamo, che non debbaſi da' Padroni di caſe in modo alcuno alterare la pigione di quelle, più di quel, che antecedentemente gli ſteſſi pigionanti ad eſſi loro con puntualità an pagatò, ancorchè fatt'a veſſero qualſiſia ſcrittura, nè tampoco eſſi Padroni poſſano alterare le condizioni del precedente affitto, ma in tutto debbaſi regolare la conferma del nuovo affitto col precedente, volendo i Pigionanti continuare nelle caſe, come altresì non farne uſcire i pigionanti, con avvalerſi di vani preteſti, e colori, ſotto pena a noſtro arbitrio riſerbata; non intendendoſi però col preſente Bando d'innovare, o variare ciò, che ſta ordinato col Bando de'20. Decembre del paſſato anno 1737. a riguardo delle pubbliche Meretrici, ed intorno alla loro dimora, ed abitazione, reſtando il medeſimo nel ſuo vigore, e fermezza in tutte le ſue parti. Datum Neap. die 29. Decembris 1738.

Duca di Termoli Reggente.

Giacomo Biſſanti.	Ferdinando d'Ambroſio.
Giuſeppe Aurelio di Gennaro.	Domenico Ant. de Roſſi.
Giuſeppe Cimino.	Luiggi Boliſone.

Gerardo de Nigris Segretario.

A dì 30. Decembre 1738. Io Andrea Napolitano Regio Trombetta della G.C. della Vicaria refero d'aver pubblicato il ſopraſcritto Bando, e quanto in eſſo ſi contiene per tutt'i luoghi ſoliti, e conſueti di queſta fedeliſſima Città di Napoli alta, & intelligibili voce, more præconis, ut moris eſt.

3 Ex quibus verbis inferas primo, quod tale Edictum inductum eſt favore eorum tantum, qui in mora non ſunt ſolvendi penſionem; & jure, etenim idem eſſet ac habere rem, & pretium, quod leges abhorrent, & Dominus ſpoliaretur prorſus re ſua, ſi conductor, etiam moroſus, foret in locatione manutenendus.

Hujuſmodi edictum ſi recte perpendatur, certum eſt non eſſe conforme juri communi, ſed ab illo exorbitans; habemus enim Legibus expreſſum, patere facultatem Dominis domos ſuas cui voluerint locare, nec licere ei, qui primo conduxit, litem inferre, voluntate domini ad eandem conductionem accedenti; pœna etiam impoſita illi, qui hujuſmodi controverſiam commovendam crediderit, ut expreſſe legere eſt ex *Text. in l. ne cui, §. quod ſi quis Cod. de locato, & conducto*; qui *textus* intel-
4 ligitur ſtatim finito tempore locationis, ut notat *Brunneman. ibid.*, hoc eſt, cum expirat inſtrumentum conductionis, vel tempus ſtatutum in prima conductione, ut clarius habetur ex *Gloſſ.* ibi: *Si alicui conduxerim domum meam, vel ergaſterium uſque ad annum, & in ſequenti anno nolo tibi locare, ſed alii, an poſſis mihi, aut illi, cui locavi, aliquam quæſtionem movere? Reſp. quod non.* Etenim ſi conductor e domo ſponte velit diſcedere, dubitationi lo-
5 cus non eſt. Idque ad æqualitatem ſervandam jure ſtatutum videtur; ſicuti namque inquilinus non poteſt finita locatione ad perſiſtendum obligari, ex *leg. invitos Cod. de locat.* ita e contra nec dominus ad
6 relocandum. Contrarium autem ſtatuitur aperte in ſupracitato edicto, & contrarium in praxi vigore illius obſervatur; ibi enim, ut clare verba ſonant, coarctatur facultas dominis expellendi conductores ſub quovis prætextu, & per conſequens alteri locandi, uſque dum primus conductor velit in eadem habitatione remanere, licet exactum ſit tempus ſtatutæ locationis; ideoque ſi præter voluntatem conductoris Dominus alteri locaverit domum, non modo non imponitur pœna primo conductori moventi quæſtionem contra dominum, ſecundumque conductorem, ſed licite petit manuteneri in conductione domus, nullamque haberi rationem de poſtera locatione, & virtute citati Edicti ſic per Judices decernitur; dummodo tamen non adſit aliqua ex juſtis cauſis infra exponendis, quibus concurrentibus, licet expellere conductorem.

7 Eſt & alia lex, quæ dicenda adverſari, & opponi ſupracitat. ſanctioni, ſive mavis ſtatuto; *Tex.* eſt in *l. congruit Cod. de locat. prædior. civil. vel fiſcal. lib.* 11. quæ lex quamvis loquatur de locatione rerum fiſcalium, adaptari quoque ad res privatorum debet, ut in terminis concludit *Jul. Cæſar Ruginel. pract. quæſt. cap. 23. num. 14. & Reg. Valenzuel. conſ. 75. num.* 17. allegati a *Michael. Angel. Gypt. obſerv. ad deciſ. 169. Reg. Capyc. Latr. num. 3. & 6.* & alii. Ibi ſtatuitur, quod antiquus præferatur novo conductori, ſi facta per hunc augmenta ille ſuſcipiat. Cui congruum quoque eſt, quod in *l. prædia §. ſi vero pro tali C. eod.* apertius habetur,
8 illis verbis: *Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum, ſit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata eſt, ut, ſi ipſe quod alter adjecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio.* Dixit *temporalis*, nam in perpetuis antiquus nullimode amovendus ex eadem *leg. prædia*.

9 An autẽ ratio *dd. ll. congruit, & prædia* in eo fundata fuerit, ut æqualitas in his quoq; ſervetur, prout communiter docent *DD.*, quia conductor Fiſci alias detinetur invitus ex *l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publican.* Et an hodie in R.C. Summ. cum locantur gabellæ, aliæque res fiſcales, illæ leges procedant, noſtrum non eſt hic diſquirere; idcirco lubenter omittimus; cum paſſim legi poterit apud noſtrates Auctores.

Quod ad rem noſtram attinet, nulli dubium, quod ſicuti prælatio antiquo conductori datur ex his legibus, cum offert eamdem quantitatem, quam novus paratus eſt ſolvere, ita e contrario ex Edicto noſtro nullimode licet augmenta facere, nec quoquo modo mutare conditiones præcedentis affictus, ſed nova reconductio in omnibus prorſus regulari ex antiqua debet; & omnis ſcriptura noviter facta contra formam prioris conductionis cum antiquo conductore remanet nulla, & hic præferri debet pro eadem penſione, quocumque augmento per alios facto non obſtante. Quod in *cit. l. prædia* etiam decernitur, pro conductionibus vero rerum fiſcalium perpetuis, ut diximus, aut longiſſimi temporis, uti tradunt *DD.*, non autem pro temporariis, ſicuti eſt in caſibus edicti.

10 Non ideo tamen abſonum, aut a ratione alienum illud credendum eſt; Sumus enim, Deo favente, in hac Civitate Neapolis, quæ ob frequentiam tum civium, tum exterorum, huc undequaque concurrentium ſitus amœnitate, frugum, omniumque rerum ubertate, ac pulchritudine allectorum, nulli ex Europæ præclariſſimis urbibus invidet; ubi licet in dies nova conſtruantur ædificia, in ipſis quoque ſuburbiis, quæ ad præſens unam, maximamque conſtituunt urbem, tamen ſemper habitationes deſiderari videntur. Hinc factum, ut ſicuti ex raritate pretia rerum augentur, ita penſiones domorum ex æmulatione, &

de-

Digitized by Google

deſiderio adeo in dies excreſcerent, ut ſingulis annis
aut augmenta ab aliis facta antiqui conductores ſu-
ſcipere cogerentur, ne e domo ex Dominis expelle-
rentur, aut cum magno incommodo, & intereſſe
huc illuc migraro; itaque ex communi omnium
conqueſtu, & ut nimiæ locatorum aviditati, & con-
ductorum detrimento obviam iretur, permota fideliſſi-
ma popularis Plateæ multis jam ab hinc annis obti-
nuit publicari memoratum edictum, & quolibet anno
ante diem 4. menſis Januarii renovari. Quod ut infra
videbimus, juris fulcimine nititur.

11 Dixi, ante diem quartam menſis Januarii; adeſt nam-
que apud nos conſuetudo præſcripta, ut ab eo die uſq;
ad decimamſeptimam ejuſdem menſis (ni aliud par-
tes conveniant inter ſe) poſſit, & debeat conductor
declarare locatori, velit ne continuare, & permanere
in domo conducta; ante vero *Pragmat. de locat. &*
conduct. hujuſmodi declaratio fiebat in menſe Maii, ju-
xta *Conſuet. ſed ſi fund. de loc. & conduct.*; qua decla-
ratione facta, ſi conductor declaravit nolle manere,
& locator proceſſerit ad locationem dictæ domus cum
alio novo conductore, non erit locus pœnitentiæ,
nec poterit amplius antiquus petere, & obtinere præ-
lationem contra dictum novum conductorem vigore
edicti; & ſi velit opponere novam reconductionem
non erit audiendus, niſi per ſcripturam illam proba-
verit; iſtoque caſu procedunt dicta per *Dom. Præſ.*
12 *de Franch. deciſ.* 278. ibique Addentes, & per *Brill. ad*
Conſuet. de loc. & cond. aliosque affirmantes per *Text.*
ſup. cit. in l. ne cui Cod. de loc. & cond., quod non
valeat probari reconductio per teſtes; uti ſunt *Odo-*
13 *fred. Bald. Angel. & Salyc.* ex dictis per eundem
Præſ. de Franchis deciſ. 406. *num.* 4. Hoc ta-
men intellige, quando jam advenerit dies migra-
tionis e domo, ut optime advertit *de Luc. in d. dec.*
poſt *Rovit. ſup. prag. de locat. & conduct.*, non autem ſi
dicta reconductio fuerit oppoſita tempore habili, ſc.
menſe Januarii, vel Februarii; tunc enim abſque
dubio admittitur probatio per teſtes, ut docuit
cit. Reg. Rovit. ibid. & in praxi quotidie obſerva-
tur.

14 At idem *Rovit. loc. cit. num.* 15. advertit, quod
etiam in caſu dictæ *l. ne cui*, hoc eſt, quando jam
advenit tempus migrandi, deneganda non ſit pro-
batio per teſtes legales, & fide dignos, & nititur
authoritate *Caroc. de loc. at. & conduct.* aliorumque.
Ipſe tamen putat, nec immerito, hoc eſſe verum,
non ad finem retardandi migrationem primi condu-
ctoris, cum novus aliter eſſet ſine habitatione, ſed
recuperandi id, quod illius intereſt ex conventione
non obſervata; idq; confirmat pluribus, quas allegat,
15 deciſionibus S.R.C. Tu autem ſcias, in praxi rece-
ptum eſſe, quod etiamſi talis reconductio opponatur
per inquilinum, ſeu renunciatio obiiciatur per loca-
torem verſus finem v. g. Aprilis, vel adeo prope
diem quartam menſis Maii, ut tempus deficiat ad
faciendas probationes in termino, ſervatis de jure ſer-
vandis, tunc impartitur, & compilatur terminus ad
horas, ut in ipſa die 4. Maii cauſa expediatur. Et
mihi teſtatus eſt Scriba M.C.Vic. Nicolaus de Jorio;
16 qui juremerito ob ejus probitatem, ac praxim quo-
que in actitando non ultimum inter dictæ M.C.Vic.
Scribas locum meretur, & tenet; meminiſſe penes
ſe habere quemdam Proceſſum ab annis retro trigin-
17 ta circiter, in quo fuit facta prima petitio ſub die 2.
menſis Maii contra quemdam conductorem egredi
nolentem in tunc proxima die 4. ejuſdem menſis ſub
prætextu reconductionis, ſeu novæ conventionis,
datoque prædicto termino ad horas, & factis ex
utraque parte probationibus, uno eodemque die
fuit Proceſſus compilatus, & die quarta deinde cau-
ſa deciſa. Ego autem hoc anno vidi alium Proceſ-
ſum in cauſa Michaelis Angeli Montuori cum An-
drea de Venia, in quo inquilinus comparuit ſub die
21. menſis Aprilis petendo manutentionem in affictu,
& locator citatus reſpondit die 24. ejuſdem menſis,
illum eſſe expellendum, ex eo, quia renunciave-
rat conductioni a menſe Decembris, quare dato
termino ſuper hinc inde deductis, per Dominum
Judicem D. Jacobum Biſſanti infra commendandum
fuit in calce illius ordinatum, quod *capiatur infor-*
matio per totum craſtinum diem audita parte. Ita-
que omiſſis conſuetis ſolemnitatibus, perbrevi tem-
poris ſpatio capta informatione, ſub die 4. menſis
Maii fuit facta, & executioni demandata deciſio, ut
videre potes ex præfatis actis in Banca Magnifici
Anſalone penes Scribam Amore; aliaque hujuſmo-
di exempla paſſim occurrunt. Si vero conductor
dixerit ſe permanſurum, non poteſt a Domino expelli;
hinc cautius agendo plerique, dum ſolvunt tertiam
penſionis maturatam in die 4. Januarii per fidem cre-
18 diti, ſive apocam Banci, ut mos eſt; ſolent in fine gi-
ratæ ſubiungere hæc verba: *Con dichiarazione, che*
intendo continuare in detto affitto; aut e converſo:
Con dichiarazione, che reſta detta caſa licenziata; ut
ita omnis quæſtio tollatur; eo namque caſu ſi contra
talem declarationem ſive conductor, ſive locator ve-
niat omnino opus eſt nova ſcriptura, ut poſſit audiri, vel
adeo integra probatione, quæ æquiparetur ſcripturæ;
Inſtrumentorum enim appellatione etiam teſtes com-
prehenduntur, *l. 1. ff. de fid. inſtrum. cap. pervenit lo pri-*
mo extr. de teſtib. cogend. Greg. Tholoſ. ſyntagm. jur. univ.
lib. 48. cap. 14.

19 Finge modo caſum, quod primus conductor ple-
ne probaverit reconductionem, & obtinuerit manu-
teneri in affictu, quomodo ſecundo, cui dominus
eandem domum conduxit, erit conſulendum; cum
hic interim ſtaret abſque domo, & habitatione? Et
indubitati juris eſt teneri locatorem ad id, quod in-
tereſt in beneficium dicti ſecundi conductoris, ar-
gum. *Text. in l. 7. cum duab. ſequ. ff. locati.* Si autem
dictus locator paratus ſit aliam non minus com-
modam habitationem præſtare, ad aliud non tenebi-
tur, ut ſtatuitur in *cit. l. 9. ff. eod.* ideoque tali caſu
decernitur, quod *prædictus locator relocet aliam do-*
mum in ejus damnum ad electionem, & benefi-
cium conductoris; vel *liceat, & licitum ſit N. N.*
conductori conducere aliam domum æque commo-
dam in damnum T. T. locatoris pro uno anno; itaut, ſi
ut habeatur æque commoda habitatio, nonniſi am-
plior cum cariori mercede reperitur, hæc illi aſſi-
gnanda, illudque plus, quod ſolvitur, cedit in
damnum dicti locatoris; qui ſciens reconductionem
factam cum primo conductore, cum altero ad no-
vam locationem proceſſit, & ideo eſt in culpa, ea-
propter ad damna tenetur, ut in ſimili deciſum re-
fert *Gypt. ad Latr. deciſ. 39. n. 8. & ſeq.*

20 Quæſtio moveri poſſet, utrum dominus ædis,
cum velit, poſt finitam locationem, expellere con-
ductorem, in caſibus ſibi permiſſis, & inferius expo-
nendis, debeat neceſſario, infra terminum conſue-
tum incipientem a die 4. menſis Januarii, uſque ad
diem 17. expreſſe denunciare inquilino; eodem mo-
do, quo diximus debere inquilinum monere domi-
num, ſe domo abiturum, ſive in ea permanſurum;
ut eamdem relinquat vacuam, & expeditam in ſui
beneficium adveniente die 4. Maii; an vero poſſit,
quando libuerit, ante adventum diei quartæ menſis
Maii, ad ipſius inſtantiam decerni, quod condu-
ctor exfractet, abſque eo quod ille valeat præten-
dere reconductionem, ex denunciatione non facta?
21 Plerique magnæ authoritatis *DD.* in ea ſunt ſenten-
tia, ut nec neceſſaria ſit domini denunciatio, nec ex
non ſequuta denunciatione inducatur tacita recon-

ductio, uti ſunt *Anton.Capyc. ad Conſuet. ſed ſi fun-*
dum de loc. & conduct. Brill.ibid.num.34. Gizzarell.
deciſ.68. Sanfel. deciſ.9.lib.1. & deciſ.300. lib.2. ubi
adducitur deciſio per S.R.C.*Conſtant.*, *& Novar. ſup.*
Pragm.de loc.& cond.cit.Gypt.ad Capyc. Latr. deciſ.
59.num.13.Urſill.ad Afflict.deciſ.238. & melius *deciſ.*
365. & aliis omneſque moventur *Text.* in pluries ad-
ducta *l. ne cui*, quia ie. reconductio non probatur
abſque ſcriptura; eo magis, quia ex traditis per
laudatum *Urſill. in dict. dec.365. num.12.* nulla adeſt
Neap. Conſuetudo has faciendi denunciationes in ur-
22 banis. Ego tamen, tantorum pace virorum, ſi li-
ceat libere meam in medium proferre ſententiam, ve-
rius puto contrarium; non ſolum ex praeſcripta, &
forte immemorabili conſuetudine faciendi hujuſmo-
di denunciationes; de qua mentionem fecit idem
Urſil. ad Affl. cit. num. 22. (licet ipſe contrarium
ſubſtinere voluerit) ubi dixit: *Propterea ignoro, quo-*
modo contrarium ſit in praxi hic in Civitate Nea-
polis de denunciatione facienda in urbanis de menſe
Maii; (loquitur enim ante *Pragm. de loc. & cond.*
quando locationes incipiebant de menſe Auguſti;)
verum etiam ex juris diſpoſitione. Etenim certiſſi-
mum eſt, ſolo conſenſu perfici conductionis con-
tractum; hinc cum ex non facta denunciatione in-
ducatur tacitus conſenſus, tacita quoque recon-
ductio inde ſequatur oportet. Quod apprime de-
ducitur ex *Ulp. in l. qui ad certum tempus 15. ff. lo-*
cat. cujus verba haec ſunt: *Qui ad certum tempus*
conducit, finito quoque tempore colonus eſt. Intel-
ligitur enim dominus, cum patitur colonum in
fundo eſſe, ex integro locare. Et hujuſmodi contra-
ctus neque verba, neque ſcripturam utique deſide-
rant, ſed nudo conſenſu convaleſcunt. Idemque vi-
detur ſtatutum ab Imperatoribus in *l. legem 16. C.*
eod., illis verbis: *Legem quidem conductionis ſervari*
oportet, nec penſionum nomine amplius quam con-
venit, repoſci: Sin autem tempus, in quo loca-
tus fundus fuerat, ſit exactum, & in eadem loca-
tione conductor permanſerit: tacito conſenſu eam-
dem locationem una cum vincula pignoris renovare
videtur. Nulla quidem major ratio concurrit in
conductore, quam in locatore; quadere ſicut ille,
ſi expreſſe non renunciaverit conductioni, ut ſupra
dictum, cenſetur reconduxiſſe, & ad penſionem
tenetur, ita & dominus non denunciando relocaſſe
videri debet, & ad manutenendum inquilinum co-
gendus eſt. Neque dicas allatas leges loqui poſt exa-
ctum tempus locationis; ideoque intelligendas, ſi
dominus conſentiat poſt diem quartam Maii condu-
ctorem inhabitare; quod expreſſe excluderet prae-
cedentem denunciationem faciendam in menſe Ja-
nuarii; nam, prout inferius dicemus, quemadmo-
dum apud nos non poteſt ſervari diſpoſitio *leg. item*
quaritur §. qui impleto in fin. ff. locat. quoad tacitam
reconductionem in urbanis, pro tempore tantum
quo quis inhabitaverit; ea ratione, quod hic fiunt
generaliter locationes de anno in annum; ita pariter
cum mos ſit in menſe Januarii concludere, & facere
communiter affictus domorum, & ſcripturae inter lo-
catores, & inquilinos eo temporis perficiuntur, adeo,
ut d. menſe tranſacto, ſi aliqua domus adhuc condu-
cenda remanet, fere ſemper locatur minoris, quia di-
citur infra annum, & eſt ut plurimum pene impoſſibi-
le tunc reperire domum aptam, & commodam ad ha-
bitandum, idcirco ad id tempus, in quo communiter
inducitur nova obligatio, & prior extinguitur, licet
habitatio perſiſtat, & duret uſque ad diem 4. menſis
Maii, illarum diſpoſitio eſt omnino adaptanda. Ve-
rum hoc clarius patet ex verbis *Pragmat. l. de*
locat. & conduct., quae omnem procul dubio, ut
ſtatuo, tollunt difficultatem; ibi: *ſiccome per lo paſſato*
ſi ponevano le cartelle alle caſe; che ſi avanzo del al-
logare nel predetto primo di Maggio, ſi abbiano a
porre nel primo di Gennajo; quae appoſitio chartul-
larum praeſupponit certe praecedentem denunciatio-
nem faciendam in eodem menſe Januarii (ſicut hodie
fit, publico mediante Notario, ut inferius videbi-
mus,) & conſenſum conductoris exeundi; aliter dictae
chartellae, quae vulgo appellantur, *Si loca*, non affigun-
tur; iis enim indicatur, quod illa domus locari debeat.
Ex quibus concludendum, quod prorſus denun-
ciatio neceſſaria ſit, a die 4. uſque ad decimam ſepti-
mam, juxta hodiernum morem; eoque die tranſa-
cto, & neglecta hujuſmodi denunciatione cenſea-
tur facta reconductio. Quod omnino praemitten-
dum, & menti tenendum eſt, ne erremus; unde opti-
23. mo jure *Camill. Salern. ſuper Conſuet.* alias allegat.
ſed ſi fundum, loquens de hac conſuetudine denun-
ciandi, dixit, *quod videretur in culpa, qui ſecus*
ageret. Nec aliam ob cauſam in allato Edicto ſub-
jungitur: *Me ha mandado Su Mageſtad prevenirla a*
U.S. paraque diſponga, que por la G.C. de la Vic. an-
tes del dia quatro del venidero mes de Enero del
1739. ſe publique el dicho Bando. Et loquendo in
terminis talis Edicti, ſi prius in dubium revocari
potuit, omnis modo ceſſat diſputatio; nam cum re-
conductio tota pendeat ex arbitrio conductoris,
in domo permanere volentis, abſque eo, quod poſſit
omnino a locatore expelli, huic ad eum amoven-
dum praeciſe opus eſt denunciatione, eaque non
ſequuta, pro illo anno inquilinum edicti beneficio
utentem manutenere adſtringitur.
24 Scias autem, quod cum ſit hujuſmodi Edictum a jure
exorbitans non debet ultra extendi, ſed ſtricte inter-
pretari in caſibus in eodem expreſſis; ut in ſpecie ſi-
milis ſtatuti docet *Ang. in cit. leg. ne cui Cod. de loc.*
& conduct. quapropter hoc militat in praediis urbanis
tantum, non in ruſticis, pro quibus habes *Conſuet.*
Sed ſi fund. de loc. & conduct., ſuper qua vide late
Scribentes.

Hinc dicendum remanet, quos caſus vere illud com-
prehendat, quoſque non; & quomodo intelligendum
illud *ly: ni valerſe de otro qualquier pretexto, para ha-*
zer ſalir de ſus caſas a los que pagan puntualmente el
alquiler de ellos.

25 Et primo extra omnem dubitationem eſt, quod
qui ſit in mora ſolvendi penſionem, ut ſupra
innuimus, non poteſt juvari hoc edicto, quo
comprehenduntur hi ſolum, qui illam diligenter
ſatisfaciunt, ut ex verbis apertiſſime liquet: & de
jure; cautum enim habemus *in l. quaro §. inter lo-*
cat. ff. locat., quod etiam durante tempore locationis, ſi
per biennium conductor a ſolutione deſecerit, poſſit a
locatore expelli; ad quam rem omnino videndus eſt
Jaſ. in auth. qui rem C. de Sacr. Eccleſ. ubi late, & *Alex.*
conſ.105. vol.3. Afflict. in Conſt. Pacis cultum num.30.
Covarr. in rubr. de teſtam. p.2. poſt n.12. verſ. eod. fere pa-
cto, & alii; quod tamen non ſervatur apud nos; nam
pendente conductione, etiamſi conductor ſatis non
fecerit penſionem promiſſam, (ni vere decoctus effi-
ciatur, & impotens in poſterum ad ſolvendum, &
hoc probetur, vel clare conſtet,) non poteſt ejici e do-
mo conducta; ſed ea tantum finita, propter dictam
moram excluditur a beneficio edicti.

26 Exemplum praeſto ſit. U.I.D. Nicolaus de Martino
conſequi debebat a Nicolao Talamo duc. 42. pro re-
ſiduo penſionis anni praecedentis, vigore apocae
Banci, ad rationem duc. quatuor ſingulis menſibus
ſolvendorum, & ob moram in ſolvendo per plures
menſes, fuere expeditae literae executoriales. Inte-
rim, quia idem Talamo conductor una ſimul, & in
ſolidum cum Donato Iacomino eamdem domum re-
conduxerat pro duobus annis ad rationem ducat.
quae-

Digitized by Google

quadraginta duorum in ſingulis annis, & erant ambo renitentes, & moroſi in ſolvendo duas fere integras tertias jam maturatas, comparuit dominus, & obtinuit, ſtaute prædicta mora, quod exfractarent. E contra ſeſe oppoſuerunt conductores dicendo, eorum conductionem juxta apocam affictus perdurare uſque ad annum 1740. qua pendente non poſſe amoveri, & expreſſe petierunt manuteneri in eadem, vigore edicti, etiam tranſacto tempore in locatione ſtatuto; dominus autem produxit ſupplicationem de V.F. in S.R.C. ad finem confirmandi decreta exfractus, tum ex eo quia patebat eſſe moroſos, tum etiam quia pluribus reſtaurationibus domus indigebat. Et facta relatione in S. R. C. ſub die 22. Aprilis 1739. in Aula benemerentiſſimi, doctiſſimique Regii Conſiliarii, & ex præfectis Aularum S. R.C. & de Conſilio Realis Cameræ D.Claræ D.Antonii Maggioca, fuit ita decretum: *Per S. R. C. remiſſa eſt cauſa eidem M. C. V. qua provideat, quod Nicolaus Talamo, & Donatus Incomino continuent in affictu, durante tempore affictus contenti in apoca Banci, terminando in die 4. menſis Maii 1740. iterum teneantur ferre incommodum, ut Dominus domus faciat reparationes neceſſarias in domo locata, abſque ullo excomputo* (quod juri fundatum eſſe certum eſt, ex *l. ſi merces §. vis major*, & melius ex *l. habitatores ff. locat.*) *quo tempore completo relinquant domum vacuam, non obſtante ſolito banno, ſi quod forte emanetur*; ut patet ex actis in Banca Magnif. Auſalone, penes Scribam del Giudice.

27 Quanta autem, & quæ ſit hæc mora, remittitur arbitrio judicis; vidi enim pluries practicari, quod licet conductor fuerit moroſus in ſolvendo tertiatim, ut nunc moris eſt, ſcilicet in die 4. menſis Septembris, in die 4. menſis Januarii, & in die 4. menſis Maii, retardando ſolutionem prædictam in ſingulis tertiis, fuit in conductione manutentus; at ſi Dominus ſemper, aut ſæpe ſæpius pro ſatisfactione ſtatutæ penſionis coactus fuit uti literis executorialibus, aut litem habere cum conductore, omnino hic ſervata forma edicti erit expellendus. Quod limita, ni conductor habuit juxtam cauſam litigandi, ſcil. ſi Dominus neglexerit facere refectiones neceſſarias in domo, poſt denunciationem, vel ſi conductor uti non potuit re locata ex cauſa locatoris, ſeu ex cauſa publica, aut inopinata; vel ſi concurrant alia, quæ juxte excuſant conductorem a retardata ſolutione; ideoque totum remittitur arbitrio judicis ſecundum caſuum contingentias. Verum ſi appareat ſub hoc prætextu retardatæ ſolutionis velle Dominum illum expellere, vel inducere ad augendam penſionem contra formam edicti, poteſt quoque a Judice decerni, ne fraus committatur diſpoſitioni ſupradicti Ordinis Regalis, quod conductor continuet; vel aliud, prout ratio, & rei circumſtantia expoſtulat. Et quidem cum ſimilis caſus acciderit, ne pigeat videre, uti fuerit obſervatum, & a S.R.C. decretum.

28 *Formula ſupplicis libelli contra conductorem moroſum.*

Al Signor Giudice della G.C. della Vic. Civile.

Il Dottor D.Gio: Battiſta Juretti eſpone a U. S. ſupplicando, come nelle caſe, ch'eſſo ſupplicante poſſiede fuori la Porta di S. Gennaro di queſta fedeliſſima Città ſi trova affittata una bottega ad uſo di Speziaria Manuale con due camere ſopra ad Iſidoro Pepe, il quale affitto termina alli quattro del primo venturo meſe di Maggio di queſto proſſimo venturo anno 1736. E perchè detto Iſidoro Pepe è ſtato, ed è moroſo nel pagare, è ſtato coſtretto eſſo ſupplicante di eſigerne la pigione con reiterati eſecutorj, che ce l'ha fatto ſpendere in buona parte a'Portieri, e birri, che perciò volendo eſſo ſupplicante avvalerſi dell'arbitrio, che Iddio benedetto gli ha dato, e le leggi tutte gli permettono, di poterſi ſervire del ſuo, come gli pare, e piace, ha fatto ſentire a detto Iſidoro Pepe, che advenientino li 4. Maggio del venturo anno 1736. laſci la caſa ſuddetta vacua, e ſpedita a beneficio di eſſo ſupplicante. E perchè ha preteſo, che non ſe ne vuole uſcire; ed all'incontro non conviene, che vi abbia ad abitare ad onta del Padrone, perchè trovandoſi diſguſtati, potrebbe eſſer queſto cauſa di maggiori inconvenienti; Supplica perciò U. S. ordinare, che advenientino li 4. di Maggio dell'entrante anno 1736. detto Iſidoro Pepe laſci la ſuddetta caſa, e bottega vacua, e ſpedita in beneficio di eſſo ſupplicante, altrimenti che ſe gli battino le robe per la fineſtra. E comechè il medeſimo gli ha fatto ſentire, che lacererà le cartelle, (ſolite a porſi alli 4. dell'entrante meſe di Gennajo 1736., com'è il coſtume di queſta fedeliſſima Capitale) affine che non ſi poſſa affittare; ſupplica perciò U. S. anche di ordinare, che ſia lecito ad eſſo ſupplicante di apporvi le dette cartelle, e che il detto Iſidoro Pepe non ardiſca di quelle amuovere, nè farle amuovere da altri, ſotto quelle pene, che U.S. ſtimerà di giuſtizia; ſocchè oltre di eſſere giuſto, lo riceverà a grazia, ut Deus &c.

29 *Formula Decreti, quod conductor exfractet, & non amoveat chartellas.*

Die 19. menſis Decembris 1735. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit proviſum, & decretum, quod retroſcriptus magnificus conventus adveniente die quarta menſis Maii entrantis anni 1736. deſiſtat ab affictu domus retroſcripti magnifici ſupplicantis, ubi ad præſens habitat, illamque relinquat vacuam, & expeditam in beneficium ejuſdem magnifici ſupplicantis, alias providebitur &c, verum habens cauſam in contrarium compareat in hac M.C.V. in ſubſcripta Banca, & penes ſubſcriptum Scribam, quoniam juſtitiæ complementum miniſtrabitur, & ſub pœna unciar. auri 25. F.R. &c. non amoveat, nec amovere faciat chartellas, vulgo dictas *le Siloche* a pariete dictæ domus, hoc ſuum. *De Aſti.*

Loſiens Actorum Magiſter. De Jorio Scriba.

Relatio Alguzerii M.C.V.

30 A dì 22. Decembre 1735. Nap. Io Antonio Pace Portiero di Vic. ho notificato Iſidoro Pepe perſonaliter, e datoli copia: E a dì ſette Gennaro ho poſte le Siloche.

Hic animadvertas velim, quod in tantum is locator curavit obtinere decretum exfractus menſe Decembris, in quantum forſan dubitavit, ne inquilinus inſtaret pro manutentione, ideoq; voluit illum in judicio prævenire, cautiuſq; agendo ſui animum prius declarare, non aliqua ductus neceſſitate; nam, ut

31 ſupra diximus, & ipſemet fatetur, ante diem 4. Januarii non ſolent fieri tales denunciationes, & ordines; ad illam enim uſque diem & ultra, uſque ad diem 27. nec locator, nec conductor poſſunt aliquid, niſi utriuſque conſenſu, circa affictum innovare, & intra illud ſpatium debet denunciari, an locatio ſit duratura, vel non. Et quidem, ut patet ex allata relatione, in hoc caſu ſub die 7. menſis Januarii fuere poſitæ chartellæ affictus, eodemque die fuit ſormiter facta denunciatio, ut moris, per publicum Notarium, quæ eſt tenoris ſequentis, v3.

32 *Formula denunciationis facta per Notarium conductori, ut adveniente die 4. Maii relinquat domum.*

Die 7. menſis Januarii 1736. Neap. A richieſta fattaci per parte, e ad iſtanza del Dottor Signor D. Gio: Battiſta Juretti Padrone delle caſe, dove abita Iſidoro Pepe Speziale Manuale, ſite fuori Porta S.Gennaro, mi ſono io ſottoſcrit. Notaro conferito aſſieme con Antonio

nio Pace Portiero di Vicaria il giorno di' Sabato la mattino 7.del corrente meſe di Gennaro in detta bottega, ed avendo ivi ritrovato detto Iſidoro Pepe gli diſſi in preſenza di N.N., N.N., N.N., che io era ſtato mandato dal detto Dottor D. Gio:Battiſta Juretti, con detto Portiero, affine di licenziarli la detta caſa, e far porre le cartelle in quelle dal detto Portiero; conforme in effetto furono quelle poſte alla porta di detta Speziaria, e ce n'andaſſimo aſſieme col medeſimo Portiero a ritrovare detto Signor D. Gio: Battiſta, il quale mi richieſe, che n'aveſſi fatto un pubblico atto, conforme da me è ſtato fatto.

Requirens dictus Dominus D. Jo: Baptiſta nos &c. quod de prædictis omnibus publicum conficere deberemus actum &c. nos autem &c. unde &c. & actum eſt &c. Præſentibus opportunis. Ab actis meis, quibus &c. factaque collatione concordat, meliori ſemper ſalva &c. & in fidem hic me ſubſcripſi, & ſigna vi requiſitus &c. Ego Notarius N.N. de Neap.

In medium modo afferamus apocam per hunc conductorem factam, in judicio a locatore productam.

33 *Formula apocæ affictus.*

Banco dello Spirito Santo pagate per me al Signor D.Gio:Battiſta Juretti docati 108. dite ſono per l'affitto dal medeſimo a me fatto, durante il tempo d'anni tre continui, principiandi a decorrere dalli quattro di Maggio primo venturo del corrente anno 1733. in avanti, d'una bottega per uſo di Speziarla manuale, e due camere ſopra di eſſe delle ſue caſe ſite fuori la Porta di S.Gennaro, dove al preſente abito. Che però rinunciando al beneficio della pazienza non preſtita, ed a qualſivoglia altra pretenſione, ed eccezione, anche liquida prevenzione, detto pagamento lo farete alla ragione di doc.36. l'anno, e detti docati 36. li pagarete ogni anno menſatim la rata di eſſi (*Mos, uſuſ-*
34 *que communis hodie paciſcendi ſolutionem, & ſolvendi penſionem domorum eſt tertiatim, ſingulis ſc. quatuor menſibus in fine, decurrendis a die quarta Maii in antea, non ut antiquitus; ante enim Pragm. 1. de locat. & conduct. binæ tantum in anno præſtationes fie-*
35 *bant, una ſcilicet appellata ingreſſus, die omnium Sanctorum, alia, dicta exitus, in medietate menſis Auguſti, quo die tunc domo egredicbatur; poſtea per d. Prag., qua fuit tranſlatum tempus migrandi e domibus ad diem primam Maii, quod tempus per Pragm. III. eod. tit. fuit prorogatum, ut hodie viget, ad diem 4. Maii, fuere ſtatuta prædicta duæ ſolutiones, in medietate menſis Julii altera, & altera in die prima Maii; idq; hodie ab uſu receſſit, & uti diximus, ſingulis quatuor menſibus pro tertia parte ſolvitur*
36 *penſio; attamen poſſunt aliter partes convenire, ut in hac cauſa & tunc ſervata forma pacti, & conventionis regulanda ſolutio).* E mancando da qualſivoglia paga la preſente ſi poſſa contro di me incuſare; deſignando per citazione la Curia del ſottoſcritto Notaro; obbligando colla preſente me, miei eredi, e ſucceſſori, e beni tutti preſenti, e futuri, colla clauſola del coſtituto, e precario in forma; durante il qual tempo all'incontro debba il detto Signor D. Gio:Battiſta mantenermi, e diſendermi in detto affitto, e farmi fare in detta caſa tutte le accomodazioni neceſſarie, ſecondo la coſtumanza di Napoli. Con che per la fabbrica, che il detto Signor D. Gio. Battiſta ſta facendo in dette ſue caſe io non poſſa pretendere eſcomputo veruno; quale caſa detto Signor D. Gio: Battiſta l'ave a me affittata per detto prezzo a riguardo di detto incomodo, che ſoffro per detta fabbrica. Ed elaſſi li detti anni tre, e volendo proſeguire detto affitto, mi debbo convenire per il prezzo dell'affitto d'eſſa, non oſtante qualſivoglia Prammatica, che uſciſſe per l'alterazione degli affitti di dette caſe. Napoli li 12. Gennaro 1733. Iſidoro Pepe. Io N.N. ſon teſtimonio. Io N.N. ſon teſtimonio. Io Not. N.N. ſon teſtimonio, ed ho ſegnato ⁝ *Locus ſigni.*

37 Ex nov. Conſtit. *§. V. n. 17.* priuſquam apponatur dies apocæ, debent ſubjungi nomina teſtium, qui in apoca interfuerunt, quique poſtea ſe ſubſcribunt; v3. *preſenti per teſtimonj N.N., N.N.* Poteſt adjici quoque, *e me ſottoſcritto Not., il quale ho ſegnato.* Verum nequaquam hoc puto neceſſarium, tum quia de Notario *cit. Conſtit.* non loquitur, ſed tantum de teſtibus, tum etiam quia ſuſpicio fraudis, quæ conſideratur in teſtibus, ceſſat in Notario, qui perneceſſe ſemper debet in apoca intervenire, ut eam authenticam reddat. Et poſtea dicitur: *Napoli dodici Gennaro* 1733. non autem per numeros, ſed per extenſum.

Adverte, quod illa clauſula: *Ed elaſſi li detti anni*
Dom. Franciſcus Conſtantius *laudatur.*
Præſentans Banco fidem crediti falſam, quomodo evadit pœnam, num. 18.
Memorialis formula pro liberanda pecunia, quando fides crediti fuit ſubrepta, vel deperdita, num. 19.
Declarationis formula, quæ fit per eum, qui amiſit fidem crediti, num. 20.
Decreti formula liberationis pecuniæ, ob fidem crediti deperditam, num. 21.
Cautionis formula pro indemnitate Banci de reſtituendo pecuniam abſque termino, & citatione, num. 22.
Clauſula in cautione: Quatenus intereſſe putaverit, *quid operatur*, num. 23.
Memorialis formula pro giratario præſentante fidem crediti, quæ erat deperdita, num. 24.
Decreti formula, quod Bancum ſolvat, verum exequatur contra principalem, & fidejuſſorem, num. 25.
Executoriales litteræ contra principalem, & fidejuſſorem, ob fidem crediti deperditam, num. 26.
Libelli formula contra giratarium fidei crediti deperditæ cum depoſito, num. 27.
Decreti formula, quod reſtituantur bona exequuta, ſtante depoſito, num. 28.
Teſtium deponentium habere notam manum formula, num. 29.
Memorialis formula, ut committatur comparatio manus, num. 30.
Decreti formula, quo manus comparatio committitur duobus Actorum Magiſtris Sac. Conſ. cum requiſitoria ... in

in calce, num. 31.

Comparationis manus formula, num. 32.

Decreti formula, quod reſtituatur depoſitum in beneficium deponentis, & Bancum non moleſtetur, nu. 33.

1 MIrabilis eſt Praxis circa cedulas Bancarias in noſtris Tribunalibus Neap. introducta, ex *Reg. Rovit. dec. 13.* Ubi fuit pleniſſime articulus diſcuſſus in Collat. Conſ. pro, & contra, die 18. Februarii 1620. ad relationem S. R. Conſ. & fuit deciſum, quod Bancum ſolvere iterum cogitur giratario exhibenti fidem crediti, non obſtante ſolutione prima facta ad girantem, ſub falſa aſſertione, quod ſit deperdita fides crediti, & non obſtante, quod dicta prima ſolutio fuit facta prævio Judicis præcepto, quod fieri ſolet, quando aſſeritur eſſe deperditam. Quam deciſionem ſecutus fuit *Montan. de regalib. verſic. Argentaria num. 27. fol.* 285. ut notavit *D. Conſ. Altim. in elegantiſ. obſervat. ad Rovit. ibi.*

2 Pro cujus praxis pleniori intelligentia præmittendum eſt, quod in hac Civitate Neap. ſunt loca publica ad publicam utilitatem, & publica, ac Regia auctoritate erecta, in quibus quiſque ſuas poteſt conſervare pecunias, & dicta loca ſuum habent Delegatum, & Gubernatores, ac Miniſtros, & ſignanter habent Capſerium, qui tenet Bancum paratum pro recipiendis, & reſtituendis pecuniis.

Unde nomen ſumpſerunt, & appellata ſunt Banca publica, nempe Bancum Sac. Montis Pietatis, Bancum S. Eligii, &c. & ſimilium.

3 Et deponenti pecuniam datur ſcriptura a Banco tenoris ſequentis: *Noi Governatori del S. Monte della Pietà facciamo fede tenere creditore in noſtro Banco N. in docati mille, de' quali potrà diſponere ad ogni ſuo piacere, con reſtituzione della preſente firmata, e ſigillata. Nap. 14. Febraro 1704.*

Quæ ſcriptura nomen ſumpſit, & appellata eſt fides crediti, ex tenore ipſius, in qua Gubernatores Banci faciunt fidem crediti prædicti; ideoque fides crediti appellatur illa ſcriptura, quæ æſtimatur, ut pecunia numerata, ſive uti quædam moneta aurea tanti valoris, quanti ſumma, quæ continetur in ea.

4 Itaut Giratarius, qui recipit talem cedulam Bancariam, ſive fidem crediti ſibi giratam, confidens fidei Banci publici, ſecurus ſit de conſecutione quantitatis in cedula contentæ ad ſimplicem exhibitionem ipſius, dum Argentarii, ſive Bancherii ſic dictant, quod de illa pecunia poſſit creditor diſponere, ut ſibi placet, cum reſtitutione illius.

Quo fit, ut Bancum ſemper remaneat obligatum pecuniam reſtituere illi, qui cedulam reſtituit in Banco.

5 Unde ſi creditor, qui pecuniam ad conſervandum Banco dedit, petient ſibi reſtitui pecuniam depoſitam in Banco, aſſerens ſe amiſiſſe cedulam, vel ſibi a fure ſubreptam eſſe; tunc liberatum non remaneat Bancum ab obligatione iterum reſtituendi pecuniam alteri advenienti cum cedula in manu: Et quia neque juſtum eſt, ut in caſu, quo cedula amplius non reperiatur, remaneat pecunia in Banco cum jactura illius, qui pecuniæ dominus eſt; ideo

6 Praxis inolevit, ut adveniente caſu cautus creditor ſtatim obtineat mandatum a Judice M. C. V. ut Bancum nemini ſolvat, ſtante ſubreptione, vel amiſſione cedulæ, & ſic impeditur ſolutio furi, vel ejus mandatario, & ſi fuerit ſubrepta, accedit ad Judicem criminalem, ut capiat informationem de delicto in genere, ut poſſit puniri fur, ſi manifeſtatur.

Deinde inſtabit apud Dom. Banci Delegatum, aſſerens, cedulam fuiſſe ſubreptam, vel deperditam, & propterea ſolet expediri mandatum ad ſimplicem partis aſſertionem, quod Bancum ſolvat, non obſtante fide crediti deperdita, nec obſtante ſequeſtro ad partis inſtantiam facto, præſtita prius cautione de eximendo Bancum indemne, etiam ante damnum paſſum, & pecuniam reſtituendo abſque termino, & abſque citatione, quatenus intereſſe putaverit habere ſuper quantitate prædicta.

7 Et ſi accidit caſus, quod giratarius, cui a fure, vel ab inventore fuerit expenſa cedula, vel ab ipſomet creditore, qui fraudulenter forſan aſſeruit amiſſionem cedulæ; tunc Giratarius videns pecuniam fuiſſe a Banco reſtitutam, porrigit ſupplicem libellum Domino Banci Delegato, & ſtatim ad ſimplicem oſtenſionem cedulæ cum girata in calce ejus, interponit decretum, quod Bancum ſolvat dicto giratario, verum ad inſtantiam dicti Banci expediantur, & conſignentur litteræ executoriales pro dicta ſumma contra dictum principalem girantem, & N. ejus fidejuſſorem in bonis tantum.

Et ſtatim ipſis inſciis non citatis fit executio in eorum bonis, & fit mandatum ad reluendum, nec audiuntur, niſi facto depoſito libero pro ſolutione.

Et ſic tutum redditur publicum commercium inter mercatores ſub illa fide publica.

8 Et ratio eſt, quia datio fidei crediti cum girata habetur loco numerationis pecuniæ, & conſignata cedula, poſſeſſio, & dominium pecuniæ in recipientem translatum eſt, & pecunia, quæ eſt in Banco, cenſetur brevi manu ſoluta per traditionem cedulæ, *Staib. reſol. 165. num. 6. ex l. ſingularia, ff. ſi certum petatur, Rovit. dec. 35. Sanfel. alleg. 157. n. 6.*

9 Solet & alio modo practicari; quæ praxis æquior, & magis germana ſemper mihi viſa fuit, ut comparente giratario petente ſibi ſolvi pecuniam ad ſimplicem reſtitutionem cedulæ Bancariæ, ſive fidei crediti, illa petitio intimatur prius illi, qui in Banco depoſuit, & ab eodem rehabuit, ſtante quod aſſeruit ſe amiſiſſe fidem crediti, & auditis partibus de plano, & celeriter providebit, quod Bancum ſolvat, & exequatur contra principalem, & fidejuſſorem, & hoc in caſu, quo non producitur aliqua promptuaria probatio, vel evidens exceptio excluſiva contra illum, qui præſentavit fidem crediti, cum non poſſit impediri reſtitutio pecuniæ illi, qui in Banco exhibet fidem crediti, ſalvis juribus ipſarum partium, quæ deinde debent adire M. C. Vic. vel aliud forum competens partium.

10 Si vero in promptu opponatur aliquid ſubſtantiale, ut ſi girata eſſet falſa, & dicta falſitas promptuarie poterit probari, & poſt dictam giratam falſam non fuiſſent ſubſecutæ aliæ giratæ veræ, tunc impeditur ſolutio, quia Bancum non tenetur ſolvere, quando girata eſt falſa, imo quando vix adeſt timor falſitatis; Ideo ubi perſona non eſt cognita, vel ſubſcriptio non eſt nota, ſemper ſolet a Banco opponi, quod fiat authentica a Notario publico, & noto.

Quando vero in calce cedulæ ſunt plures giratæ veræ, licet prima girata eſſet falſa, tunc ultimus giratarius abſque impedimento habebit a Banco pecuniam, ſalvis juribus partium, ut dictum eſt ſupra, & ita paſſim practicatur, quia ultimus giratarius non eſt in culpa, nec Bancum debet ulterius ſcrutinari, ſed publicam fidem tueri, ut ille habeat pecuniam, qui fidem crediti in manu habens Banco reſtituit.

11 Elapſis diebus accidit caſus, ut Mag. Nicolaus de Amore repoſita fide Banci in ſua crumena, illam non reperiit. Propterea ſtatim in M. C. V. querelam criminalem expoſuit contra ſubrectorem dictæ fidei. Et licet ignoraſſet furem, fuit bona cautela, ut probaretur delictum in genere cum conqueſtu dicti furti, maxime quia non erat girata facta in calce fidei, & ſimiliter recurſum habuit ad Delegatum Banci, & obtinuit liberationem, præſtita cautione in forma. Et

cum

Digitized by Google

cum dicta fides exhibita ſuerit per quemdam cum girata ad ſui beneficium, dictus giratarius ſimiliter obtinuit ſolitam decretationem, ut Bancum ſolvat, & fuit expeditum executorium contra Dominum cedulæ, & ejus fidejuſſorem.

12 Sed Dom. U. I. D. Alexander Aurificchius ſublimis ingenii, & doctrinæ, & morum probitate dotatus, tuendo partes Domini fidei deperditæ facto depoſito, obtinuit reſtitutionem bonorum executorum, & oppoſuit depoſitum depoſitanti eſſe liberandum.

13 Dum hic caſus non ſit comprehenſus ſub regula generali, & praxi ſolita; quæ fundatur, & locum habere debet, quando girata in calce cedulæ eſt vera, ut quia eſſet girata in albo, & ſic deperdita. Secus quando non eſt girata in albo, vel girata non eſt penitus facta, & per furem, aut inventorem ſit girata falſa, & expenditur, ut ſæpius accidit in nundinis, cum perſonis incognitis, quia certe (quando girata non eſt falſa) Bancum ſolvere tenetur giratario exhibenti fidem, quia dicto giratario actio reperitur ceſſa habendi pecuniam a Banco. At ſecus quando girata apparet falſa, tunc giratarius non eſt legitima perſona ad habendam pecuniam a Banco, ſi dicta falſitas opponatur, & probetur incontinenti per promptuariam probationem.

14 Confert, quia probatio dictæ falſitatis eſt privilegiata per *Prag. 8. de falſis*, ut ſufficiat depoſitio principalis cum comparatione litterarum, ibi: *Dichiaramo, &c. per la verificazione della falſità delle poliza predette, baſti ſolo la depoſizione del principale, ſotto nome del quale ſi ſarà fatta la detta poliza falſa, per pigliare con quella denari del Banco, con comparazione della ſua vera mano*, & ibi: *E s'intendano incorſi in pena di morte naturale non ſolo quelli, che preſenteranno ne i Banchi dette polize falſe, ancorche non abbiano pigliati i denari, ma tutte quelle perſone, che l'averanno ſcritte, dettata, a conſigliate, o in qualſivoglia altro modo partecipaſſero al concerto delle dette falſità.*

Et proinde dicta probatio poterat fieri incontinenti, & non requirebat altiorem indaginem.

Dum eadem pœna, & eadem privilegiata probatio conceſſa fuit per *Pragm. 10. de falſis* contra exhibentem giratam falſam, quamvis apoca ſit vera, *D. Marad. ſuper d. Pragm. obſ. 154. fol. 125.*

15 Unde facta declaratione per creditorem, qualiter girata in calce cedulæ Bancariæ eſt falſa, factaque comparatione manus, in qua experti judicaverunt eſſe diſſimilem caracterem, fuit decreto D. Conſil. D. Caroli Brancacii, non minus ævo nobilitate, quam moribus, & doctrina conſpicui, ordinatum, quod depoſitum reſtituatur depoſitanti, & Bancum non moleſtetur ſub die 4. Auguſti 1702. in Banca Mag. de Fuſco, penes Scribam Alexium Ruſſo.

Et ſic fuit habitum pro vero, quod facto depoſito admittitur creditor ad probandam falſitatem giratæ.

16 Hic notatu dignum cenſeo, quod ſolutio facta a Banco vigore apocæ falſæ non cedit damno creditoris, ſed Banci, *De Franch. deciſ. 304. Rovit. deciſ. 13. num. 23. Dom. Altim.* ibi extendit in ſolutione facta vigore inſtrumenti falſi.

17 Solutio vero facta vigore giratæ falſæ non cedit damno Banci, ſed ipſius creditoris, qui cuſtodire tenebatur apocam originalem, *D. Franciſc. Conſtantini ſup. d. Pragm.* 10. qui elegantiſſime, & utiliter *Pragm.* commentavit, ibique allegat *Thor. in addit. ad Salern. deciſ. 46.*

Ita pariter ſi apoca notata pro ſumma duc. mille in fide crediti vera præſentetur in Banco falſificata in duobus mille, non cedit damno Banci, ſed creditoris, qui non caute ſcripſit, & non idoneo fidit, idem *D. Conſtant. in d. Prag. & D. Altim. ad Rovit. d. dec. 13. num. 16.*

Et ratio, cur in apoca falſa cedat ſolutio in damnum Banci, ſed in girata, vel ſumma falſificata non cedat in damnum Banci, erit, quia in primo caſu nulla culpa imputari poteſt creditori, ſecus in ſecundo, ubi viam aperuit falſario.

18 Et dum in *Pragm. 8. & 10.* impoſita eſt pœna mortis contra præſentantem in Banco falſam apocam, vel falſam giratam, cur dict. præſentans non fuit carceratus? Reſpondetur, quod pœnam *prag.* evadit, quando cum juramento declarat penes acta ſibi perventam eſſe illam fidem crediti a Titio, & vere appareat, vel conſtet hoc, & ille Titius pariter faciet declarationem habuiſſe a tali, & ſic in infinitum, uſquequo reperiatur fur, vel falſitatis fabricator; & multoties fit declaratio eſſe perventam a Clerico, vel Religioſo, & ſic probatur etiam duobus teſtibus: Quo facto impeditur M. C. V. Crim. in procedendo ad ulteriora, dum cauſa remittenda erit ad Iudicem Eccleſiaſticum, ubi rigor dictæ *pragm.* non ſervatur contra Clericum; & ita vidi multos evadere pœnam.

19 *Form. memorialis pro liberanda pecunia, quando fides crediti fuit ſubrepta, vel deperdita.*

Al Regio Conſigliere Signor D. Carlo Brancaccio Delegato.

Nicola d'Amore ſupplicando eſpone a U. S. come ha diſperſo quattro fedi di credito fatte a 4. Maggio del preſente anno in credito, ed in teſta ſua nel Banco della SS. Annunciata, quali fedi di credito in tutto facevano la ſumma di docati cento venticinque: atteſo una fede era di docati cinquanta, ed altre tre di ducati venticinque l'una, quali calcolate aſcendono a detta ſumma. E perchè non eſſendoſi dette fedi girate ad alcuno dal Supplicante, il quale avea poſto detto denaro in detto Banco per ſua cautela, non può impedirſeli la liberazione. Perciò ſupplica U. S. reſtar ſervita ordinare, ſe gli liberino detti ducati cento venticinque, non oſtante, che ſi ſiino diſperſe dette fedi, e non oſtante, che ad iſtanza del Supplicante per detta cauſa ſi ſia fatto ſequeſtro di detto denaro al Banco dal Signor Giudice di Vicaria, acciò fuſſe ſtato maggiormente il Supplicante ſicuro; il che oltre eſſer di giuſto l'averà a grazia, ut Deus.

Intimetur Mag. Procuratori Banci A. G. P. ad finem providendi, Neap. die 12. menſis Maii 1701.

D. C. Brancacius. Ruſſus Scriba.

Pecchia facta declaratione, factum ita ſe haberi, non impedit, præſtita cautione.

Die decima ſecunda menſis Maii 1701. Gennaro Gallo Portiero del S. C. ho notificato il Dott. Nicola Pecchia perſonaliter.

20 *Form. declarationis facienda per eum, qui amiſit fidem crediti.*

Die 12. menſis Maii 1701. Neapol. Conſtitutus penes acta S. C. & præſentis Delegationis retroſcriptus Nicolaus de Amore de Neapoli, dice eſſer mercante di Lana, habitans in Platea horti Comitis in domibus Mag. D. Matthæi Capuano ætatis ſuæ annorum triginta quatuor in circa, ut dixit, qui ſponte, &c. cum juramento declarat ſub die quarta præſentis menſis, & anni, feciſſe introitum in Banco Sac. Domus SS. Annunciatæ de ſumma ducatorum centum viginti quinque in creditum ipſius declarantis ſub fidibus crediti, una ex eis ducatorum quinquaginta, & aliis tribus ducatorum viginti quinque per quamlibet, quas fides crediti declarat ſupradictus Nicolaus d'Amore habere deperditas, abſque giratis, nec illas habere præſentatas in judicio quocumque, & ita cum juramento declarat

rat in Forma Sac.Conſ.

De Fuſco Act.Mag.

Io Nicola d'Amore dichiaro, ut ſupra..

21 *Form. decreti liberationis pecuniæ ob fidem crediti deperditam.*

Die 22. menſis Maii 1701. Neap. per Militem U.I.D. D. Carolum Brancacium Regium Conſiliarium, & Commiſſarium Delegatum, &c. viſis retroſcripto memoriali, replicatione facta per Magn. Procuratorem Banci A. G.P. Neap. ac retroſcripta declaratione facta per retroſcriptum Nicolaum d'Amore, proviſum eſt, quod ducati centum viginti quinque, ſiſtentes in dicto Banco in creditum dicti Nicolai in quatuor fidibus crediti, una ex eis ducatorum quinquaginta, & alteræ tres ducatorum viginti quinque per quamlibet, factis ſub die 4. præſentis menſis Maii currentis anni 1701. ſequeſtrati ad inſtantiam ejuſdem Nicolai ordine M.C.V. liberentur, & ſolvantur, prout præſenti decreto liberari, & ſolvi mandatur eidem Nicolao d'Amore, non obſtantibus dictis fidibus crediti deperditis, prout aſſertum fuit, ac non obſtante etiam ſequeſtro prædicto, præſtita prius per ipſum penes acta præſentis Delegationis cautione de eximendo dictum Bancum indemne, & illæſum, etiam ante damnum paſſum pro dicta ſumma ducatorum centum viginti quinque, & illos reſtituere abſque termino, & citatione ad omnem ordinem præfati Dom. Commiſſarii Delegati una cum intereſſe, quatenus intereſſe putaverit habere ſuper dicta quantitate. ita ut Bancum prædictum ad nihilum teneatur, caſu quo dictæ fides crediti comparuerint in futurum, hoc ſuum, & expediatur mandatum Banco. Et viſa etiam fide Conſulum artis lanæ; Datum ut ſupra.

D.C.Brancacius. *De Fuſco Act.Mag.*
Ruſſus Scriba.

Fuit præſentata fides aliquorum, qualiter cognoſcunt Nicolaum de Amore publicum mercatorem lanæ.

Alia fides aliquorum de Platea, qui cognoſcunt Philippum Cammardella, poſſidentem domum in quatuor appartamentis conſiſtentem in hac Civitate ſitam in horto Comitis.

Deinde præſtita fuit fidejuſſio per dictum Cammardella, ut infra.

22 *Form. Cautionis pro indemnitate Banci.*

In cauſa Nicolai d'Amore ſuper liberatione ducatorum centum viginti quinque, non obſtantibus fidibus crediti Banci Sacræ Domus SS. Annunciatæ de Neapoli.

Die 25. menſis Maii 1701. Neap. Conſtitutus penes acta S. C. & præſentis Delegationis ſupradictus Nicolaus d'Amore de Neap. dice eſſere mercadante di lana habitans in platea horti Comitis in domibus D. Matthæi Capuano, qui ſponte pro obſervantia decreti interpoſiti per Dom. Regium Conſil. D. Carolum Brancacium Commiſſarium Delegatum ſupradicti Banci dictæ Sac. Domus ſub die 22. ejuſdem menſis, & anni, promiſit, & ſe obligavit ad pœnam dupli, &c. eximere dictum Bancum indemne, & illæſum. etiam ante damnum paſſum pro ſupradicta ſumma ducatorum centum vigintiquinque, & illos reſtituere abſque termino, & citatione ad omnem ordinem præfati Domini Commiſſarii Delegati una cum intereſſe. quatenus intereſſe putaverit habere ſuper dicta quantitate, ita ut Bancum prædictum ad nihilum teneatur, caſu quo ſupradictæ fides crediti deperditæ, prout aſſertum fuit, comparuerint in futurum, & ad majorem cautelam dedit, & poſuit in ejus fidejuſſorem, & principalem Pagatorem Philippum Cammardella de Neap. qui ſimilmente dice eſſere mercante di lana abitante in dicta platea horti Comitis in domibus propriis ætatis ſuæ annorum quadraginta quatuor in circa, ut dixit, laicum, & ſine patre, ſimiliter, ut dixit, qui ſimiliter ſuo proprio, privato, principali nomine, & inſolidum promiſit, & ſe obligavit ad omne totum, prout ſupradictus Nicolaus d'Amore obligatus eſt, in pace &c. quia ſic &c. & proinde obligaverunt ſe, &c. hæredes, ſucceſſores, & bona eorum omnia, &c. ad pœnam prædictam &c. medietate &c. cum poteſtate capiendi &c. conſtitutione precarii &c. Sicque renunciaverunt, & juraverunt in forma S.R.C.

De Fuſco Act.Mag.

Io Nicola d'Amore mi obbligo, ut ſupra.

Io Filippo Cammardella mi obbligo, e pleggio, ut ſupra.

Io Dott. Principio Staibano ſono teſtimonio, e conoſco li ſuddetti obbligati.

Io Filippo di Ginra ſono teſtimonio, e conoſco li ſuddetti obbligati.

23 Obſerva illam clauſulam, *quatenus intereſſe putaverit habere*, quia eſt cautela communis ad tollendas altercationes *in deciſ. 13. Roviti*, an cautio concepta de reſtituendo pecuniam in omnem caſum, quo moleſtetur Bancum, præjudicet, vel non. Ideo cautius dicitur *de reſtituendo, quatenus putaverit intereſſe habere ſuper quantitate*, &c. Quaſi dicta cautio ſit data non pro omni caſu, ſed in caſu tantum, quo putaverit Bancum ſua intereſſe.

24 *Form. memorialis pro giratario præſentante fidem crediti, quæ erat deperdita.*

Al Regio Conſigl. Sig. D. Carlo Brancaccio Commiſs. Delegato del Banco A. G. P.

Biagio Maglione Regio Percettore di Terra di Lavoro, ſupplicando eſpone a U.S. come li giorni paſſati tra le altre ſedi di credito, che li furono rimeſſe, una ne fu di docati venticinque del ſuddetto Banco in teſta di Nicola d'Amore; la quale fede avendola eſſo ſupplicante voluto far eſigere dal detto Banco, ha ritrovato, che lo danaro era ſtato ſpeſo, non oſtante la fede, e che doloſamente, con riv. ſe l'ha tirato lo ſuddetto d'Amore: E come che non ſi può impedire l'eſazione del detto danaro, ſempre, e quando s'eſibiſce la fede di credito, affine, che non s'impediſchi il commercio, e non ſi dia luogo a qualche frode, che potrebbero commettere coloro, i quali fanno introito ne i Banchi, e poi con ſognati preteſti ſi eliggono il danaro, quantunque abbino prima ſpeſo la fede. Ricorre perciò da U. S., e la ſupplica reſtar ſervita ordinar al Banco ſuddetto, che paghi al ſupplicante la detta ſumma, che lo riceverà a grazia, ut Deus.

Fiat Decretum.

25 *Formula decreti.*

Die quinta menſis Decembris 1701. Neap. Per Militem U. J. D. D. Carolum Brancaccio Regium Conſil. & Commiſs. Delegatum, &c. Viſo retroſcripto memoriali proviſum eſt, quod pro obſervantia retroſcripti ordinis præfati Domini Commiſſarii Delegati, Bancum Sacræ Domus SS. Annunciatæ de Neap. ſolvat Mag. Blaſio Maglione ducatos viginti quinque conſtentos in fide crediti ejuſdem Banci facta ſub die 4. Maii 1701., in faciem Nicolai de Amore, & nihilominus ad inſtantiam dicti Banci expediantur, & conſignentur litteræ executoriales pro dicta ſumma contra dictum Nicolaum, & Philippum Cammardella mercatores lanæ habitantes in platea horti Comitis inſolidum obligatos, hoc ſuum, &c.

D.C.Brancaccius.
De Fuſco Act.A.G.P.
Ruſſus Scriba, &c.

26 *Litteræ executoriales contra principalem, & fidejuſſorem ob fidem crediti deperditam.*

De Mandato Regio, &c.

Ex proviſione facta per Militem U.J.D. D.Carolum Brancacium Regium Conſiliarium, & Commiſſarium Delegatum, &c. Regiis Porteriis S. R. C. inſolidum. Ad inſtantiam Magnificorum Gubernatorum Banci Sacræ Domus SS.Annunciatæ de Neap.ſive,&c.exequatur,& executio fiat in bonis tantum contra, & adverſus Nicolaum de Amore, & Philippum Cammardella mercatores lanæ habitantes in platea horti Comitis inſolidum obligatos ad ſolvendum ad beneficium dicti Banci ducatos viginti quinque contentos in fide crediti ejuſdem Banci facta ſub die 4.Maii 1701. in faciem Nicolai de Amore, ſtante quod per decretum præfati Domini Commiſſarii Delegati, ſic fuit ordinatum, & facta executione prædicta ponatur penes Tubictam M.C.V.ibidem, &c.donec,&c.& exequatur etiam pro aliis carolenis . . . . pro præſentium expeditione, & ſigillo, veſtroque juſto, & competenti ſalario, & quicquid per vos fuerit executum, in calce præſentium deſcribatur pro futura partium cautela, alias, &c.Datum Neap.ſub die 5.menſis Decembris 1701.

D.C.Brancaccius, Anellus de Fuſco A.J.M.
Ruſſus Scriba. Adeſt Sigillum.

Eſſendomi conferito lo ſottoſcritto Portiero del S.C.alla caſa di Nicola d'Amore, e Filippo Cammardella ho eſſecuto otto anella d'oro, e due ſcioccaglie con cinque perle l'una, Nap.17.Decembre 1701.

Andrea Caulino Portiero del S.C.
Piazicola Reg. Offic. Tab. M.C.V.

Deinde fit mandatum ad reluendum in forma, &c.

27 *Libelli formula contra giratarium fidei crediti deperdita.*

Nel S.R.C.ed avanti detto Conſigliero Sign. D. Carlo Brancaccio Delegato compare Nicola d'Amore, dicendo, qualmente avendo li meſi paſſati fatto introito nel Banco di A.G.P.di molte ſomme di danaro in più, e diverſe fedi di credito in teſta ſua, nel calare dal detto Banco, non ritrovò alcune di dette fedi, quali non erano ſtate mai girate: Onde ſubito il comparente eſponendo querela criminale nella G.C.della Vicaria contro chiunque aveva quelle rubbate; per la medeſima G.C. s'ordinò, che ſi fuſſe pigliata informazione, e s'ordinò agli Officiali del detto Banco, che non aveſſero pagato detto danaro, e venendo alcuna perſona con dette fedi, ſi foſſe ritenuta nomine M. C. V. avendoſi perciò il comparente ſin dal detto tempo liberato il ſuo denaro, ſiſtente nel detto Banco, præſtita cautione,&c. Al preſente gli è venuto a notizia, che ſi ſii prodotta una di dette fedi, importante la ſomma di docati venticinque in teſta ſua con una girata fatta di mano aliena, che ex oculari inſpectione appare falſa, con riv., onde s'è preteſo dal Magn. Biagio Maglione aſſerto giratario di detta fede il pagamento dal Banco ſuddetto, ed eſſendoſi ordinato, inaudito penitus ſupplicante, detto pagamento, ad iſtanza del detto Banco ſi è proceduto all'eſecuzione contro delli Mag.Filippo Cammardella pleggio, e Nicola d'Amore principale per cauſa di detta liberazione: e s'è proceduto all'eſpedizione del mandato ad reluendum per cauſa della roba eſecuta. E perchè l'aſſertive del detto Biagio ſono falſe, con riv.atteſo il comparente non mai ha girato detta fede, nella quale ex oculari inſpectione appare, che la firma ivi ſiſtente ſia di mano aliena, e falſa con riv.Perciò ricorre da detto Signor Delegato, facendo iſtanza contrario imperio rivocarſi detti decreti, e con effetto commetterſi a chi parerà a detto Signor Delegato la comparazione di detta mano, affinchè conoſcendoſi detta falſità con riv.ſi reſtituiſchi l'eſecuzione a detti pleggi. Et a prædictis non diſcedendo, fa iſtanza ante omnia ordinarſi a detto Biagio, che dichiari cum juramento, & ſub pœna falſi, da chi abbia ricevuto detta fede, ſiccome è di ragione, & interim non procederſi ad atto alcuno; così dico, e fa iſtanza citra præjudicium criminaliter agendi, contra quos decet, non ſolum iſto, ſed omni modo meliori,&c.& proteſtatur de expenſis, damnis, & intereſſe,&c.

E ſtante ha conſignato allo Scrivano una fede di credito di docati 25.in vim executionis, riſervandoſi tutte le ragioni ſuo loco, & tempore, &c.fa iſtanza ſe gli reſtituiſchi la roba eſſecuta, omni modo meliori,

28 *Form.decreti, quod reſtituantur bona executa ſtante depoſito.*

Die 24. menſis Decembris 1701. Neap. per Militem U.J.D.D.Carolum Brancaccio Regium Conſil., & Commiſſarium Delegatum, &c. Viſo retroſcripto memoriali, proviſum eſt, quod ſtante exhibitione fidei crediti ducatorum vigintiquinque penes me ſubſcriptum Scribam facta, executio contra ipſum facta pro dicta ſumma, reſtituatur eidem exponenti, hoc ſuum, & expediatur cartella.

D.C.Brancacius. De Fuſco A.J.M.
Ruſſus Scriba.

Deinde fuit præſentata fides, ſive certificatoria Mag. Blaſii Maglione Regii Perceptoris Terræ Laboris, qualiter fidem crediti Banci A. G. P. ducatorum vigintiquinque in caput Nicolai de Amore ſub die 4. Maii 1701.recepit a Joanne de Eva: Et cum in Banco non exiſteret pecunia, ipſi reddidit, & repetiit ab eodem ſummam prædictam.

Conſimilem fidem fecit Joannes de Eva dictam fidem ſibi perveniſſe a Nicolao Pariſe.

Deinde fuit porrectum memoriale pro parte Nicolai Pariſe, quod depoſitum liberetur ſibi, & per dictum Nicolaum de Amore fuit ſimiliter inſtatum, ut dictus Pariſe declaret cum juramento, & ſub pœna falſi, a quo habuit dictam fidem crediti, & procedi ad comparationem manus, ut conſtito de falſa girata liberetur ad ſui beneficium depoſitum.

Facto verbo in S. C. fuit proviſum, quod capiatur informatio ſuper contentis in dictis memorialibus, citra præjudicium jurium partium.

Deinde præſtita cautione expenſarum per actorem, facta electione examinatoris, & facta requiſitoria ad v.j.teſtium, præſentatis articulis, fuerunt examinati teſtes ſummarie producti pro parte Nicolai de Amore deponentes habere notam manum dicti Nicolai, & giratam eſſe falſam,

29 *Form. depoſitionis teſtium deponentium habere notam manum.*

Super 5. artic. Interrogatus: Eſſo teſtimonio dixit hoc tantum ſcire, qualmente con occaſione, che eſſo Teſtimonio è Notaro ordinario della Venerabile Chieſa di S.Maria delle Grazie dell'Orto del Conte, della quale al preſente eſſo Mag.Nicola d'Amore articolante è uno de'Governatori, con tale occaſione eſſo Teſtimonio ha tenuto, e tiene li conti dell'amminiſtrazione fatta dal detto articolante dell'introito, ed eſito della detta Venerabile Chieſa; per la qual cauſa ad eſſo teſtimonio è chiaramente cognita la firma del nome, e cognome del ſuddetto Mag.Nicola d'Amore articolante. Et eſſendoſi da me ſottoſcritto Regio Eſaminatore del S. R.C. moſtrata ad eſſo Teſtimonio una fede di credito di docati venticinque in teſta del ſuddetto articolante dal medeſimo fatta nel Banco della SS. Annunziata ſotto li 4. Maggio del paſſato anno 1701. nel quale vi ſta girata dittante: E per me al Signor Biagio Maglione per altri tanti, e ſotto con ſot-

ſoſcrizione dittante: Nicola d'Amore, quale firma eſsendoſi da eſso teſtimonio ben conſiderata, & oſservata, dice non eſser la ſuddetta firma di mano propria del ſuddetto Nicola d'Amore articolante; ma tutta contraria della propria firma del detto articolante. E queſto è quanto eſso Teſtimonio dice ſapere de cauſſa ſcientiæ, dixit, ut ſupra, & de loco, & tempore dixit, ut ſupra.

Io Notaro Adamo de Falco ho depoſto, ut ſup.
Joſeph Coppula Reg. Examinator S.R.C.

30 *Form. memorialis, ut committatur comparatio manus.*

Al Regio Conſigliero Sig. D. Carlo Brancaccio Delegato del Banco di A.G.P.

Nicola d'Amore ſupplicando eſpone a U. S. come nella cauſa vertente tra il ſupplicante con Nicola Pariſe, & il Banco di A.G.P. per cauſa della girata fatta in una fede di credito al ſuddetto Pariſe conſignata, e dal medeſimo preſentata in actis, biſogna farſi la comparazione della mano, per vederſi, ſe quella ſia ſtata girata dal Supplicante, ovvero da altri falſamente, con riv., ſupplica perciò U.S. reſtar ſervita ordinare, che ſi facci detta comparazione, con commetterla a chi li parerà, e l'averà a grazia, ut Deus.

Fiat decretum.

31 Die 8. menſis Junii 1702. Neap. Per Militem U. J. D. D. Carolum Brancaccio Regium Conſiliarium, & Commiſsarium Delegatum. Viſis actis, ac retroſcripto memoriali proviſum eſt, quod committatur, prout præſenti decreto committi mandatur., Magnificis Actorum Magiſtris S.R.C. Rubino, & Alexio, qui partibus requiſitis, ad comparationem retroſcriptæ mentionatæ manus procedant, & in ſcriptis referant, ad finem providendi, hoc ſuum, &c.

Brancacius. *De Fuſco.* *Ruſſus Secr.*
Intimetur parti die 12. Junii 1702.
De Alexio. *Rubinus.*
Fuerunt notificati.

32 *Form. comparationis manus.*

Al Regio Conſigliero Signor D. Carlo Brancaccio Delegato.

Per parte di Nicola d'Amore fu preſentato li giorni paſſati memoriale a U.S. del tenor ſeguente, v3. *(Inſeratur)* In piede del quale memoriale con decreto di U.S. delli 8. del corrente meſe di Giugno, ed anno 1702. ci viene commeſſa la comparazione di detta mano, come dal detto decreto; Al quale avendo voluto ubbidire, richieſte prima le parti, ſotto li 14. di detto meſe di Giugno corrente, ci ſiamo conferiti nel Banco della SS. Annunciata di queſta Città, dove per parte di detto Nicola d'Amore ci fu eſibita una fede di credito di docati venticinque fatta in teſta di detto Nicola d'Amore in detto Banco ſotto li 4. di Maggio del proſſimo paſſato anno 1701. con girata in piedi di quella, dittante: E per me al Signor Biagio Maglione per altritanti, con ſottoſcrizione di Nicola d'Amore, e per detto Biagio girata ad altri, come dalle girate eſiſtentino appreſſo in detta fede, e per parte de' Magnifici Officiali del detto Banco A.G.P. nel luogo della Reviſione del detto Banco, ci furono eſibite le ſottoſcritte tre altre fedi di credito originali di detto Banco in teſta del medeſimo Nicola d'Amore, cioè una di eſſe di docati cinquanta, e grana diece delli 21. di Marzo del paſſato anno 1701. girata: E per me li pagarete a Bartolomeo Cammardella per altritanti, con ſottoſcrizione dittante: Nicola d'Amore, paſſata in detto Banco per caſſa a 23. di detto meſe di Marzo 1701.; L'altra in teſta del medeſimo di docati trentadue fatta ſotto li 18. Giugno del detto anno 1701. con girata: E per me li pagarete al Signor Notar Vito Antonio Graſſi per altritanti, con ſottoſcrizione dittante; Nicola d'Amore, paſsata in d. Banco a dì 30. dello ſteſſo meſe, ed anno. E l'altra ſimilmente delli 18. Giugno 1701. di docati cinquanta, girata: E per me li pagarete a Marzio Campanile per altritanti, con ſottoſcrizione ſimilmente dittante, Nicola d'Amore, paſſata in detto Banco per caſſa a li 22. di detto meſe di Giugno del medeſimo anno 1701. come ocularmente da quelle ſi legge.

Quali ſottoſcrizioni nelle ſuddette tre fedi di credito dittantino, Nicola d'Amore, avendole comparate con la ſuddetta ſottoſcrizione, ſimilmente dittante, Nicola d'Amore, eſiſtente nella ſopraddetta enunciata fede di credito di docati venticinque delli 4. Maggio 1701. girata per altrittanti a Biagio Maglione con altre girate appreſſo, come da quelle ſi legge; Ed avendo diligentemente, e con ogni attenzione più, e più volte viſto, e riviſto, e ben conſiderato lettera per lettera, ſillaba per ſillaba, parte per parte, tratto per tratto, e carattere per carattere, ſiamo di comune parere eſſere la ſopradetta ſottoſcrizione ſiſtente ſotto detta fede di credito delli 4. Maggio 1701. di doc. venticinque, girata per altritanti a detto Biagio Maglione, dittante: Nicola d'Amore, diſſimile dalle ſuddette tre altre ſottoſcrizioni, ſimilmente eſiſtentino con ſottoſcrizione dittante, Nicola d'Amore, ſotto le ſuddette tre fedi di credito una di docati 50., e grana 10. l'altra di docati 32. e l'altra ſimilmente di doc. cinquanta del medeſimo Banco eſiſtentino nelle filse della Reviſione di quello, conforme ſi è enunciato di ſopra, e di mano d'altro Scribente. Napoli 27. Giugno 1702. Di U. S.

Divotiſſimi ſervidori.
Nicola d'Aleſſio.
Gaſparo Rubino.

33 In cauſſa Nicolai d'Amore cum Nicolao Pariſe, & Magnificis Gubernatoribus Banci Sacræ Domus SS. Annunciatæ de Neap.

Die 27. menſis Junii 1702. Neap. per Militem U.J.D. D. Carolum Brancaccio Regium Conſiliarium, & Commiſſarium Delegatum, &c. proviſum eſt, quod in præſenti cauſſa fuit facta facultas cum termino juris in forma, hoc ſuum, & intimetur.

Brancacius.

Qua intimata, fuit factum decretum tenoris ſequentis, v3.

Die 20. Julii 1702. Neap. Facto verbo de prædictis in S.C. Per Militem U.J.D. D. Carolum Brancacium Regium Conſiliarium, & Cauſſæ Comm. Delegatum.

Viſis comparitione fol. 21. copia fidei crediti fol.
Per S.R.C. proviſum eſt, quod fides crediti ducatorum vigintiquinque in Banco S. Montis Pietatis reſtituatur in beneficium Nicolai d'Amore; nec non Bancum A.G.P. pro fide crediti ejuſdem ſummæ ducatorum vigintiquinque in actis exiſtente non moleſtetur.

Figliola Secret. *De Fuſco.*

Form. Decreti, quod fit per Commiſſarium, pro executione decreti Sacr. Reg. Conſil.

In cauſſa Nicolai de Amore cum Nicolao Pariſe.

Die 14. menſis Auguſti 1702. Neap. Per Militem U. J.D. D. Carolum Brancaccio Regium Conſiliarium, & Commiſſarium Delegatum, &c. Viſis actis proviſum eſt, quod pro executione decreti S. C. lati ſub die 20. proximi elapſi menſis Julii currentis anni, fol. 35. ater. cum effectu fides crediti ducatorum vigintiquinque facta in Banco Sacri Montis Pietatis per Nicolaum d'Amore ſub die 24. Decembris anni 1701. pro cauſſa, ut ex actis, reſtituatur, prout præſenti decreto reſtitui mandatur ad beneficium ſupradicti Nicolai d'Amore, facta receptione hoc ſuum.

D.C. Brancacius.

In eſecuzione del retroſcritto decreto ho ricevuto
Io

Io ſottoſcritto dal Magnif. Aleſſio Ruſſo Scrivano di detta Delegazione la ſuddetta fede di credito. Napoli 27. Agoſto 1702.

Io Nicola d'Amore.

Io Dot. Aleſſandro Aurificchio fono teſt.

Ex hac deciſione ſume practicam, & cautelam, quam adhibere debes, quando tibi traditur aliqua fides crediti, vel apoca notata in fide, ut tibi ſit cognita perſona tradens, & ſe ſubſcribat coram teſtibus, ut ſi caſus impedimenti accidat, poſſis pecuniam recuperare, prout recuperavit Reg. Perceptor Terræ Laboris, ut ſuperius dictum eſt.

Sume aliam cautelam, ne teneas fidem crediti cum girata in albo; Quia ſi illa deperdatur, non poteris impedire modo aliquo ſolutionem cuicumque exhibenti dictam fidem crediti originalem, alias impediretur publicum commercium, impedirentur negotiationes, & nullus acciperet fides crediti, ſi eſſet timor reperiendi pecuniam impeditam in Banco, juxta ponderata per *Dom. Conſtantium in Prag. 5. de Nummulariis*, cum *Giuzarell. in deciſ. 2. num. 58. Cardin. de Luca de credito diſcurſ. 68.*

Et hæc pauca ſufficiant pro formulis, & praxi fidei crediti deperditæ.

Finis Octavi Tituli de Fide Crediti deperdita, Et Finis Tertiæ Speciei Judiciorum, quæ ſine ſcripturis fiunt per Actorem contra Reum.

QUARTA, ET ULTIMA SPECIES

Judiciorum, quæ per Reum fiunt contra Actorem.

PRIMUS TITULUS

De Judicio Diffamationis verbalis.

PRÆLUDIUM.

TRes Judiciorum Species ad noſtrum propoſitum tradendo Telam actitandi, & actorum formulas formandi dedimus, quæ fiunt per actorem contra Reum. At quia multoties Reus ex neceſſitate aſſumit onus proſequendi judicium contra actorem; merito quartam hanc Judiciorum Speciem ſubnectere putavimus.

De Judiciis, quæ per Reum fiunt contra Actorem.

Dividitur Quarta hæc Species in Septem Tit., ſub quibus comprehendi poſſunt omnia Judicia, quæ contra Actorem poſſunt per Reum inſtitui.

Tituli itaque, quæ ſub hac quarta, & ultima Specie continentur ſunt, vz.

I. TIT. De Judicio diffamationis verbalis.

II. TIT. De Judicio Diffamationis Realis, ſive de Novi operis nunciatione.

III. TIT. De Praxi Præventionis.

IV. TIT. De Praxi ceſſionis bonorum.

V. TIT. De Praxi dilationis quinquennalis.

VI. TIT. De Praxi liberandi debitorem inopem a carceribus abſque ſolutione debiti.

VII. TIT. De Conſervatoriis contra violentias Eccleſiaſticorum vigore Capitulorum Regni.

CAP. UNICUM.

De Judicio Diffamationis verbalis.

SUMMARIUM.

Diffamatus qui ſit, & quot remedia habeat, num. 1.

Diffamatus coram quo Judice Judicium diffamationis proponere poteſt, & an ſit Reus, vel Actor late diſcutitur, num. 2.

Diffamationis pronunciatio ad favorem diffamati in dubio fieri debet, num. 3.

Diffamatus in quinque caſibus dicitur Actor, & non Reus, num. 4.

Clericus jactans citatur coram Judice laico ad inſtantiam laici jactati per edictum, num. 5.

Jactantiæ judicium in arbitrio diffamati reſidet, ſi velit inſtituere coram Judice ſuo, vel diffamatoris; ſed judicium principale ſemper remittitur ad Judicem diffamati, quo propoſito extinguitur judicium jactantiæ, num. 6.

Diffamationis judicium quid requirat, ut locum habeat, & quid importet illius præventio facta coram uno Judice, num. 7.

Remedium l. diffamari, *& remedium* l. ſi contendat, *&* l. Aurelius, *in quibus differunt inter ſe*, num. 8.

Jactantiæ probatio, ut evitetur, traditur cautela, nu. 9.

Diffamationis judicium contra quos competit? nu. 10.

Praxis procedendi in judicio diffamationis in contumaciam citati, num. 11.

Praxis procedendi, quando diffamator comparet in judicio, num. 12.

Diffamatore abſente trina citatio requiritur, ſed præſente bina ſufficit, cum limitatione, & advertentiis, num. 13.

Praxis procedendi vigore leg. ſi contendat, num. 14.

Diffamationis judicium, in quibus eſt privilegiatum, & in quibus cauſis procedit, num. 15.

Diffamationis judicium competit etiam ſuper exceptionibus, num. 16.

1 DIffamatus, ideſt, qui timet vexationem ab aliquo diffamante habere jura ſuper bonis, tria habet remedia, quæ intentare poteſt.

Primum remedium eſt *l. diffamari, C. de ingen. & manumiſ.*

Secundum, *l. ſi contendat, ff. de fidejuſſor.*, qui text. licet loquatur in fidejuſſore, tamen ex identitate ra-

tio-

tionis idem ſervari debet cum quolibet alio reo, *Caguolan d.l.diffamari num.5. Oſaſch.decif.151.num.10.* Tert.um, *l.Aurelius,§.centum, ff.de liberat.legat.*

2 Et intentans dicta remedia, poteſt ſuum adire Judicem competentem, coram quo eſſet ab Adverſario conveniendus, ſi ille ageret contra ipſum, & ab eo petere declarari, ſe non eſſe debitorem.

Vel habere meliora, & potiora jura; Vel ſibi legitimam competere exceptionem, & propterea adverſario ſuper actione, in qua moleſtiam timet, perpetuum ſilentium imponi, ita habetur in *d.l.ſi contendat, & d.l.Aurelius,§.centum, & ibi gloſ. & DD.* quibus addi poteſt *l.duo Patroni in princ. ff.de jur.jur. & l.3. C.qui bon.ced.poſſ.Abb.in cap.ſi quis contra Clericum num.2.verſ.Unde licet de for.comp. Felin.in cap.ſignificavit num.5. de teſtib. Rom.conſ.412. num.1. & ibi Mandoſ.in verb.inquietari, Covarr. var.reſol.lib.1.cap.18.num.3.Contard.in d.l.diffam.ampl.17. n.108.*

Diffamatus enim licet intentat judicium, tamen dicitur Reus originarius, & naturalis, & actor debet ſequi forum Rei, ex *l. cum hi, §. tranſactiones, ff. de tranſaction. Abb.in cap.ſi quis contra Clericum nu. 2. de for.compet.Covar.variar.reſolut.l.4. cap.18. num.5. in fin.Rom.conſ.412. num.2. Oſaſch. deciſ.151. num.4. Urſill.ad Afflict.dec.268.num.? Capyc.dec.18.Peregr.in pract.civil.part.2. sect.2. ſubſect.3. interſect.3. fol.103. num.2.De Marin.lib.2.reſol.6.* ubi eſt inſerta allegatio *Piſanell.*qui *num.5. in fin.* concludit, quod in hoc Regno non oportet amplius de hoc dubio diſceptari, rejecta *dec. Affl.268.* ita concludit etiam *Reg. Latro dec. 89.& Gypteus ibi,de Marin.d.lib.2. reſol.45.*

Adde quod *Prat.obſ.98.* non audet recedere ab opinione *Affl.* tamen neutram ſententiam applaudit, ut advertit poſt *Petr. & Altim. de Luca ad Franch. dec. 618.num.4.*

Sed *num.* 3. contra *Afflict.* concludit *dictus Prat.* & rejecto *Afflict.*dicit eſſe judicatum per *Signaturam Juſtitiæ in Urbe coram Caſtrocucco*, ut *Scacc.de judic. lib.1.cap.34.num.34. Salgad.in labyrinto par. 1. cap.2. §.2.num.11. Romhegal. de duab. Reis in rubrica nu.18. Carleval.de jud.lib.1.tit.11.diſp.2.qu.4.num.199. Sanfel.dec.168. num.37. Gratian.diſcept.85. D.Altim. ad Rovit. dec.1.num.14.*

3 Diffamatus itaque cum habeatur, & ſit verus reus in hoc judicio, in dubio ad favorem diffamati, tanquam rei pronunciandum eſt, *Decius in l.favorabiliores num.2. ff.de reg.jur.Peregr. ubi ſup.num.4.*

4 Et concluſio ſuprafirmata diffamatum eſſe verum Reum,limitatur.

Primo,quoad primam petitionem in libello factam, quia reſpectu dictæ primæ ordinationis Judicii tantum dicitur Actor, non autem Reus, ſecus reſpectu deciſionis.

Secundo, quando in libello expreſſe vocavit ſe actorem,quia dicta confeſſio illi obeſt.

Tertio limitatur, quando Procurator habuit mandatum generale ad defendendum, quia non per hoc intentare potuerit pro ſuo principali dictum remedium *legis diffamari.*

Quarto, quando intentans hujuſmodi remedium non docet de ſuo intereſſe, nam tunc eo frui non poteſt.

Quinto, quando quis in Curia Romana obtinuit commiſſionem ſuper omnibus cauſſis motis,& movendis contra quoſcumque, & facta non fuit mentio ſuper jactationibus; Nam tunc talis obtinendo citationem juxta formam commiſſionis, declarat ſe actorem, a qua recedere non poteſt.

Has omnes limitationes ponit *Peregr. ubi ſupr.* ubi latius.

5 Diffamatus, ut ſuperius diximus, poteſt coram ſuo Judice vocare diffamantem, etiamſi diffamans alterius ſit juriſdictionis; Adeo quod poteſt Judex ſecularis per edictum generale Clericum, qui jactat habere jura contra laicum, movere, ut compareat, quatenus ſua putarit intereſſe, nec in aliquo tunc Eccleſiaſticam eludi libertatem, ex quo dum Clericus aliquam habet actionem contra laicum,cum illam exercere voluerit, neceſſario coram ſeculari Magiſtratu comparere tenetur, ita *de Marin.lib.2.reſol.6.num.2.*& deciſum refert *nu.* 5. aliis quampluribus ibi relatis,& idem *de Marin.d.lib.2.reſol.45.num.45.*videtur ſentire,quod judex laicus poteſt monere per citationem generalem, & ſpecialem Clericum ad comparendum, ſi ſua putaverit intereſſe, ubicumque Clericus comparendo erit actor, ut eſt in hac *l.diffamari*, quod nota bene, & idem *de Marin.lib.1.reſol.52.num.12.*

6 Verum hic nota, quod ſi diffamatus ad hanc controverſiam vitandam, jactantiæ judicium non coram Judice ſuo, ſed coram Judice diffamatoris inſtituere velit, certe in arbitrio diffamati reſidet. At dictum judicium litis pendentiam non inducit.

Unde Clericus diffamatus ſimplex jactantiæ judicium proponens in S. Conſ. contra laicum diffamantem, ſi dictus laicus proponit jura contra Clericum in foro ſeculari, tunc cauſſa judicii principalis remittenda eſt ad Judicem Eccleſiaſticum competentem Clerici diffamati, quo Reus eſt, quia judicium diffamationis penitus expiravit, ſequitur neceſſario, ut Iudex competens judicii principalis ſit Eccleſiaſticus,qui Iudex eſt rei diffamati, ita deciſum refert *de Marin. in lib.2.reſol.6.num.4.Gayl.pract. obſerv. lib.1. obſerv.11. num.5.de Franch.dec.385.*

7 Diffamationis remedium, ut dari poſſit,plura requiruntur.

Primo, ut diffamatus præveniat citando diffamantem coram Iudice competente ipſius diffamati, & ſi plures habeat competentes, coram aliquo ex pluribus competentibus convenire, *Marian.in cap.propoſuiſti nu.26.de for.compet.Gabriel. concl.6. n.32.* & per citationem dicitur præventa juriſdictio etiam in hoc judicio *l. diffamari, Rom.conſ.412.num.4. Cagnol.in l.diffamari num.20.Peregr.par.2. sect.3. ſubſect.3. interſect.3. fol.*

Unde citato diffamante coram uno Iudice ex pluribus competentibus Iudicibus ipſius diffamati, non poteſt amplius diffamans convenire diffamatum coram alio competente diffamati, quia per citationem dicitur præventa juriſdictio, *Caccialup. in l.omnes Populi col.14. ff.de juſt. & jur. Felin.in c.cum ſit generale nu. 6.de for.comp.& Peregrin.ubi ſup.*

Et e contra, quando diffamans intentavit judicium coram aliquo Iudice præveniendo per citationem, tunc dictum remedium *l. diffamari* ceſſat, nam coram eo proſequi debet judicium, *l.cum quædam puella, ff. de juriſd.omnium Jud. verſ.ſed & ſi poſt ſuſceptum.*

Contrarium tenent alii, & ſignanter *de Franch. in dec.* 385. ubi concludit, quod intentato judicio diffamationis in M.C.Vic. & poſtea propoſitis juribus per diffamantem in S.C.non remittitur cauſa in M.C. ſed proceditur in Sacr.Conſ.& ratio eſt, quia juribus propoſitis, dicitur finita cauſa diffamationis, & aliud eſt judicium diffamationis,aliud judicium juris,quod proponitur a diffamante; quæ concluſio procedit, ubi eſt intentatum merum remedium *l.diffamari*,ſecus quando eſt intentatum remedium *l.ſi contendat, ff.de ſidejuſ.*ut in *d.dec.*latius,ubi multos allegat.

Ideo propoſito judicio *d.l.diffamari* ſimpliciter, non impeditur diffamans proponere jura coram alio judice, quod ſecus eſt, quando eſt ulterius proceſſum,ut declaretur jus competere, ut in *d. l. ſi contendat*, & idem *de Franch. in deciſ.657.* ubi concluditur, quod nulla difficultas eſt inter *DD.*quod agens remedio *l.ſi contendat*, poteſt agere coram ſuo judice ordinario,

ſci-

ſcilicet ipſius excipientis, & juxta deciſionem ſupradictam *de Franch.* reſolvit quoque *de Marin.lib.2.reſol.6. Fontanell.dec.328.num.20.& de pact.nupt. clauſ. 4.gloſ.15.num.77.Seſſ.dec.215.De Luca ad d.Franch.*& alii addentes.

Et licet *Sanfel.deciſ.168.num.4.*relicit hanc differentiam, ex eo quod idem debet eſſe Judex cauſæ præparantis, & præparatæ, ex *Fontanell. dec.* 238. tamen *dict.Sanfel.*confutatur a *D.Luca ubi ſup.num.6.*& contra *Sanfel.*allegat *Gail. lib.1.obſerv.11. Maſtrill. deciſ. 14.n.1.Altim.ad Rovit.deciſ.1.num.18.*

Secundo requiritur, uti diffamatus non ſit excommunicatus, *Affl. dec.268. Oſaſc. dec.152. nu... Covar. lib.1.reſol.18.num.5.*

8 Differunt tamen dicta remedia inter ſe.

Primo, in remedio *l. diffamari*, actor compellitur agere in termino, alias ei imponitur ſilentium, in remedio autem *l.ſi contendat, & l.Aurelius, §.centum*, Actor compellitur agere ſtatim, alias judex procedit ſuper exceptione, & non agenti imponit ſilentium, *Soccin.conſ.94.num.6.lib.3.*quem ſequitur *Cagnol.in d. l.diffamari num.4.Oſaſch.ubi ſup.num.12.*

Secundo differunt in modo probandi, *Contard. in l.diffamari ampliat.17.num.126.*

Tertio differunt, quia in remedio *l.diffamari* compellitur Adverſarius ad liberandum, & agendum contra ſe, alias ipſo non agente imponitur ſilentium.

In remedio vero *l. ſi contendat, & l. Aurelius, §. centum*, non cogitur Adverſarius ad dandum libellum. Sed illud intentans petit declarari pro jure ſuo, & adverſario nullum jus competere, & requirit adverſarium, ut contradicat, ſi ſua putaverit intereſſe, & ſi non contradixerit, ſententia declaratoria ei præjudicium affert, *Caſtr.in l.2.num.2.C.de ordin. Judic.*

Quod remedium *leg. ſi contendat* competit reo habenti exceptiones peremptorias, & petitur illas exceptiones militare adverſus inſtantiam, & abſolvi præveníentem, implorando officium Judicis.

Quo caſu dicitur præventa juriſdictio, & admittendum non eſt, ut diffamatus agat coram alio, quia cœptum eſt cognoſci de juribus diffamati, eo ipſo, quod petitum eſt abſolvi diffamatum, & ita intelligendus eſt *Gint. ad Latr. deciſ.89.num.13.* quod clarius habetur apud *Reg. de Marin. tom. 2. cap. 6. num. 3. in fine* poſt *Covar. variar. lib. 1. cap. 8.*

At in remedio *l. diffamari*, juriſdictio non dicitur præventa, unde intentato judicio *d.l.diffamari* in M. C.V.diffamans poteſt proponere jura in S. C. *ex deciſ. de Franch.385.*

Diſpoſitio *l.diffamari*, ut locum habeat, oportet, ut præcedat diffamatio, & ſit probata, *De Marin.& Gint.ubi ſup.*

9 Diffamati cautela traditur, ut cumulet remedium *l.diffamari*, & remedium *l.ſi contendat*, quia tunc non requiritur probatio jactantiæ, *Covar. var. lib.1.c.18. Latr.conſult.114.nu.27.de Luca in obſerv. ad Franch. dec.385.num.6.*ubi *num.3.*dicit, quod ſatis eſt, quod inquietari timeat, qui Judicis officium implorat, ne inquietetur, tutus aliqua exceptione, *Giurba deciſ. 44.num.2.Anichin.de prævent.c.3.qu.9.n.16.*

Et ad remedium *l.ſi contendat*, non eſt neceſſe, quod præveniens ſit poſſeſſor, & licet *Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.8.par.14.nu.49.* dicat hæc remedia inventa eſſe per poſſeſſorem diffamatum, tamen idem *Fontan. in dec.339. num.2.* ſe retractat, quod non ſit neceſſaria poſſeſſio præventoris, nam debitor tutus exceptione prævenire poteſt, deducendo dictam exceptionem, & petere ſe abſolvi, & liberari, ut advertit *de Luca ad Franch.d.dec.385.*

Alias differentias ponit *Contar. ubi ſup.*Cautela vero datur, ut intentans remedium *d. l. diffamari* cumulet etiam prædicta alia duo, ita in praxi ſervari dixit *Covarr.var.reſol.lib.1.cap.18.num.3. & Peregrin. in pract. civil. part.2.ſect.3. ſubſect.3. interſect. 3. fol. 204.num.20.*

10 Diffamationis judicium per remedium *l. diffamari* competit contra vz.

I. Contra Fiſcum, & Procuratorem Principis, *Anchar. conſ.164.Epiſc.Riccius ad Franch.dec.385.*

II. Contra Epiſcopos, & Prælatos, eorumque ſucceſſores, *Felin.& Abb.in cap.accepimus de fide Inſtrum.Epiſc. Ricc.ad Franch.dec.385.*

III. Contra impugnantes Privilegia Principis ex defectu voluntatis.

IV. Contra filium exhæredatum ad probandum querelam.

V. Contra Tutores, & Curatores, & Hoſpitalarios.

VI. Contra maritum reſpectu dotis.

VII. Contra perſonas incertas.

VIII. Contra Excommunicatum.

IX. Contra diffamantem jura Benefactoris, & Eccleſiæ.

X. Contra tertium intereſſe habentem in judicio jam intentato contra diffamantem, nam tunc citari poteſt tertius ad contradicendum pro ſuo jure, *Gabr.de action.concl.6.a num.4. Contard.in l.diffamari ampl.1. num.9. ampliat.4.& 5.num.26. ampliat. 7. 8. & ſeqq. Peregr.in pract.civil. ubi ſupr. fol.203. num.8. part.2. ſect.3. ſubſect.3.interſect.3.*

Contra incertos prætenſores, ſic practicatur.

Quando quis timet ſibi fore actionem ab aliquo intentandam, ſed ab illo non diffamatur, ſeu jactatur, quia tunc dictum remedium intentare non poteſt, traditur cautela, quod procuret, ut aliquis amicus jactet ſe habere actionem ſuper illa re, ſuper qua vult dicto remedio juvari, & contra dictum amicum diffamantem poterit intentare, quo judicio intentato, citari faciat omnes, & quoſcumque alios ſua intereſſe putantes, quibus citatis, præfixiſque ſolitis terminis, ac ipſis non comparentibus, pronunciare poterit Judex ſententiam ſervatis ſervandis ad ſui favorem, perpetuum omnibus imponendo ſilentium, *arg. auth. ſi omnes C.ſi minor ab hæredit. ſe abſtin.& l.at qui natura, §.ſi cum me abſente, & ibi Salicet.num.2.verſ. quare.2.C.de negot.geſt.* hæc cautela traditur ſingulariter a *Bald.in auth. ſed & ſi quis ab aliquo num. 10. verſ.cautela. C. de teſtib. Contard. in l.diffamari ampl. 21.num.142.& ſeqq.& limit.7.num.106. Beer. d.dec. 255.num.7.Nat.in Clem. ſæpe in princ. notab.5. art. 3.princip.num.16.de verb. ſign.Perog. ubi ſupr.*

Adverte, quod alii contrarium tenent, quod ſi unus eſt, qui diffamat, non poteſt ratione illius diffamationis præfigi terminus quibuſcumque prætendentibus actionem, ſed ſolum diffamanti, ne alias ſequatur, quod a diffamato, poſſit ratione illius diffamationis, præfigi terminus quibuſcumque prætendentibus actionem, ſed ſolum diffamanti. Nam alias ſequitur, quod quilibet cogatur agere, contra *Text. in l.1. Cod. nemo invitus.*

Nec ſuffragatur *d.Text.in l.diffamari, C.de ingenuis, & manum.*, quia dicta lex non habet locum contra tacentem, ſed ſolum contra diffamantem, ita concludit *Caravit.rit.272.num.21.* ex *Cagnol. in d.l.ibi 5. difficultas num.14.Rom.conſ.53. in princ. verſ. item*, quod ſi unus eſt, qui diffamet.

Sed quando hæres vult liberare a nexu obligationis bona hæreditaria, poterit creditores incertos citari facere per edictum; ut compareant ad proponendum eorum jura, alias imponatur ſilentium.

11 Praxis, qua utimur in remedio *l.diffamari, C.de ingen.& manum* hæc eſt, vz.Porrecto libello debet fieri monitio ad dicendum, & allegandum, & ſi diffamans non comparet, tunc in contumaciam ſtatuitur termi-

minus diffamatori ad agendum. In quo termino, ſi neque comparet, iterum citatur cum effectu ad proponenda jura, alias imponatur ſilentium.

Et ſi neque comparet, tunc interponitur ſententia ſilentii; Quia Judex tenetur perpetuum ſilentium imponere, & pronunciare, non eſſe amplius audiendum diffamatum, qui noluit jura deducere, *gloſ. in l. diffamari, verſ. ſententiam. Aretin. in rubr. inſtit. de excep. num. 23. & num. 38.* & dicta ſententia ſic in contumaciam prolata ſuſtinetur, licet non ſit probata diffamatio, forſan quia contumax habetur pro confeſſo; & ex dicta contumacia dicitur conſtare de diffamatione.

12 At ſi comparet diffamator, tunc ſi negat diffamationem, incumbit onus probandi diffamato, & poteſt etiam fieri ſummaria hæc cognitio, antequam lis conteſtetur cum diffamante, *Marcheſ. de commiſſ. part. 2. cap. 90. num. 40. Neviz. conſ. 65 num. 19. Maur. Burgun. de modo procedendi centuria 1. quæſt. 5. num. 141. Aſſl. dec. 264.*

Et ſi non conſtat de diffamatione, tunc diffamatus debet condemnari in expenſis, *cap. fin. de reſcript.* & ſic deciſum refert *Gail. obſ. 12. num. 2. verſ. diffamatia.*

Et ſi, diffamatione non probata, adhuc procederetur, ſtatuendo terminum ad agendum, poteſt ab aſſignatione termini, facta cum comminatione imponendi ſilentium, appellari, & per dictam appellationem ſuſpenditur hoc judicium, *Cagnol. in l. diffamari num. 6.*

Neceſſario enim requiritur, quod qui voluerit dicto remedio *l. diffamari* gaudere, doceat de ſuo intereſſe, & ſic de ſuo jure, & de ſua poſſeſſione, *Gabriel. de act. concl. 6. num. 37. Aret. conſ. 68. num. 6. Boer. dec. 255. num. 10. Felin. in cap. veniens il 2. num. 12. de teſtib.*

Hæc probatio de ſuo intereſse, ſecundum *Felinum* in dicto loco ſufficit, quod ſit apparens probatio.

Alii diſtinguunt, quod ſi eſt principalis, qui comparet pro ſuo intereſse, hic plene probare tenetur.

Sed ſi comparet Tertius pro ſuo intereſse, tunc ſufficit apparens probatio, ita *Rot. deciſ. 802. num. 4. par. 5. diverſorum*, allegata a *Peregr. in prax. civil. par. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 3. num. 15. fol. 203.* Ut *Rot.* admiſit Tertium comparentem pro ſuo intereſse, qui docuit per apparentem probationem, ſecus, quoad principalem, cui non ſufficit apparens probatio, ſed plena probatio requiritur.

Requiritur etiam neceſſario, ut diffamatio probetur in actis, ut ſupra dictum eſt, *Salicet. in l. 3. num. 3. Cod. qui bon. ced. poſſ. Boer. d. deciſ. 255. num. 7. verſ. & ita diffamatio*, alias ſi non conſtet judici ſaltem ſummarie de diffamatione, cogere non poteſt aſſertum diffamantem, *Bart. in l. Titia num. 8. ff. de accuſ. Bald. in l. 2. C. ne fil. pro patre, Cagnol. in d. l. diffamari num. 6. Gabr. concl. 6. num. 24. Covarr. variar. reſolut. lib. 1. c. 18. num. 2. Peregr. ubi ſupr. fol. 203.* & late *Gypt. ad Capyc. Latr. dec. 89.*

Rejecto *Gulupp. p. 1. cap. 4. num. 4.* dicente, quod in praxi datur terminus ad proponendum jura abſque cognitione præcedenti circa diffamationem, juxta opinionem *Mirſing. obſerv. 78. num. 5. lib. 1.*

Nam ſi non conſtat, quod diffamavit, non poteſt cogi ad agendum, alias non eſſet vera illa regula, quod nemo invitus cogitur agere, niſi in cauſa diffamationis, & aliis caſibus ſpecialibus.

At conſtito de diffamatione, fit præceptum contra diffamantem, ut infra certum terminum judici viſum doceat de jure diffamatoris, cum comminatione, ut ſi non doceat in termino, ſilentium perpetuum juri ſuo imponatur, *Burg. ubi ſupra, Boer. deciſ. 255. num. 7. Peregrin. in tract. var. lib. 6. num. 95.* late *Guill. pract. obſerv. 12. num. 2. lib. 1.* ubi terminus non debet eſſe brevis, alias poteſt appellari, ut *Boer. dec. 255. num. 8. in fin.*, & ideo debet eſſe circa 20. vel 30. dies, juxta ſtylum S.C. Neap. apud *Aſſl. d. dec. 264.* Sed ſi erit brevior, & a dicta brevitate termini non appelletur, nec proteſtetur, valet proceſſus.

Quo Decreto notificato, ſi diffamator in termino citationis non compareat; tunc ſi perſonaliter fuit facta, relinquitur judicis arbitrio, ſi iterum citari debeat, *Mars. dec. 95. num. 2. Trentacinq. reſol. 2. tit. de diffam. num. 5. fol. 160.* nam

13 Diffamatore abſente trina citatio requiritur, ex *Aſflict. d. deciſ. 264. Boer. d. deciſ. 255. Tuſc. lit. D. concluſ. 412. num. 14. & 15.*

Sed verius diffamatore præſente bina citatio requiritur, una poſt alteram, nec ſufficit unica pro bina monitione, alias non poſſet illi perpetuum ſilentium imponi, & ſic niſi præcedat bina monitio, poterit diffamans audiri quandocumque in poſterum, *text. eſt in §. ſi autem, verſ. ſemel & 2. admoniti, Auth. de Eccl. tit. & §. ſi quis autem, Auth. de hæred. & falcid. ubi gloſ. in verbo admonitus, & Angel. num. 15. Felin. in cap. venerabilis, num. 9. de re judic. Gabr. concluſ. 6. num. 21. Capoll. de cautelis caut. 10. Aret. in rubr. inſtitut. de except. num. 2. Aſflict. deciſ. 264. Boer. deciſ. 255. num. 10. Capyc. Lat. conſ. 114. num. 26.*

Quod limita, quando in prima citatione minatur de non audiendo amplius, elapſo eo termino: nam tunc non eſt opus ſecunda citatione, *Felin. in cap. accepimus, num. 6. de fide inſtrum. Contard. in l. diffamari lim. 3. num. 76. Peregrin. in ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 3. fol. 203. num. 16.*

Sed *de Luca ad Franch. deciſ. 685.* docet, quod poſt probatam jactantiam ſtatuitur certum tempus, ut ſuperius dictum eſt, ad ejus jura proponenda, & interpoſitis tribus decretis, etiam ex æquitate conceditur alia brevis dilatio, ne indefenſus remaneat, & citat *de Ponte deciſ. 31. in fine, D. Altim. ad Rovit. deciſ. 2. num. 14.* Quibus terminis elapſis perpetuum ſilentium imponitur.

Et hoc intellige, quando intentatur ſolum remedium per *l. diffamari*, quod longe diverſum eſt a remedio *l. ſi contendat, ut ſupr.* Nam *d. l. diffamari* dictat, ut diffamatus cogat diffamantem proponere jura ſua infra aliquod tempus, ut illo elapſo præcludatur via agendi.

14 Sed *lex ſi contendat*, dictat, ut diffamatus nulla probata jactantia proponens ſuas exceptiones inſtet per illas abſolvi, & diffamanti perpetuum ſilentium imponi, ut idem *de Luca ubi ſupra.*

Quibus terminis elapſis interponitur demum ſententia, quod imponatur perpetuum ſilentium; A qua ſi appellatur, appellatio valet; & poteſt docere de impedimento, ut *Urſill. ad Aſflict. d. deciſ. 264.* ſed ſi non appellatur, vel deſeritur appellatio, tunc Judex, qui protulit ſententiam, poteſt cogere condemnatum, & eundem mulctare, ut ſententiæ prolatæ pareat, *ad d. l. diffamari*, ubi *Cagnol. num. 21.* poſt *Bald.* relatum ſic concludit.

15 Diffamationis Judicium eſt adeo privilegiatum, & ſummarium, ut in eo nullus ordo judiciarius requiratur, ut ex *d. Boer. d. dec. 255.* & aliis ſupra allegatis. Adeo quod fidejuſſio de reficiendis expenſis, quæ in quolibet judicio præſtari debet, in hoc judicio diffamatus non poteſt compelli ad eam præſtandam, quia executive proceditur, *Muſcatell. gl. expenſis num. 12. Herinq. de fidejuſſor. cap. 10. num. 136.* & diffamans quia non ſponte, ſed coacte venit ad judicium; & ceſſat ſuſpicio calumniandi.

Diffamationis Judicium procedit tam in cauſa civili, quam in criminali, & tam in actione perſonali, quam in reali; & tam in judicio petitorio, quam poſſeſſorio, *Cagnol. in d. l. diffamari num. 3. Boer. ubi ſupra deciſ. 255.* [illegible]

Et

Et tam in cauſis profanis, quam ſpiritualibus, puta cauſa beneficiali, tam in cauſis feudalibus, quam non feudalibus, tam in cauſis dotalibus ex matrimonio, quam aliis, *Gabriel. de act. concluſ.6. Peregrin. in pract. civil. par.3. ſect.3. ſubſect.3. interſect. 3. fol.203. num.7.*

16 Diffamationis Judicium procedit etiam in Reo, cui exceptio aliqua competit, ſi actor differt, ne Reus etiam poſſit proponere exceptionem, ad hoc ut teſtes moriantur, & Reus privetur ſuo Jure; nam permittitur tunc Reo judicis officium implorare, & petere pronunciationem ſuper dicta exceptione, & conſequenter teſtes producere ad æternam rei memoriam, & in Judicio agere, ut actori perpetuum imponatur ſilentium ſuper jactationibus circa dictam exceptionem, *l. Aurelius, §. ſi centum, ff. de liberis agnoſcendis, Roman. conſ.412. Cagnol. in d. l. diffamari num.5.* & vide etiam *Mauſon. ampl. 40. per tot.* Et de teſtibus recipiendis ad futuram memoriam *in 1. tomo Ego* ipſe tradidi plenam praxim.

Finis Primi Tituli Quartæ Speciei.

SECUNDUS TITULUS

De Novi Operis Nunciatione, ſive Diffamatione Reali.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Diffamatio verbalis, quæ ſit, & quæ realis, num.1.

Nuncians novum opus an ſit Actor, vel Reus, & diſtinctione conciliantur opiniones invicem contrariæ, num.2.

Nunciatio novi operis numeratur inter Judicia extraordinaria, num.3.

Nunciatio ſufficit, ut fiat operariis, num.4.

Nunciatio novi operis, quando non impedit opus, num.5.

Nunciandi novum opus actio, cui competat, num.6.

Nunciantis novum opus cautela, num 7.

Mandatum de non fabricando, fit etiam die feſtivo, nu.8.

Clauſula juſtificata in præcepto, cujus effectus ſit, num.9.

Mandatum juſtificatum in nunciatione novi operis non reſolvitur in ſimplicem citationem, num. 10.

Nunciatus offerens fidejuſſionem de demoliendo non auditur infra tres menſes datos nunciatori ad probandum, num.11.

Nuncians novum opus in caſu ſuccumbentiæ, tenetur ad damna, & intereſſe, num.12.

Nunciator habet terminum trium menſium, etiam contra Eccleſiam, num.13.

Praxis decretandi poſt tres menſes in Nunciatione novi operis, num.14.

Nunciatio novi operis non habet locum in refectione veteris, & ubique notorium eſt Jus nunciandi non competere, num.15.

Ædificium factum poſt nunciationem, nunquam deſtrui faciant Judices, num.16.

1 Dictum eſt ſupra de eo, qui verbaliter turbat diffamando, & jactando ſe habere aliquod Jus ſuper bonis alterius; ſed in Judicio non comparet, & Reus non patiens ſua bona tenere ſic diffamata, & litibus ſuſpecta, prævenit in judicio, cogendo diffamantem ad comparendum, alias ad imponendum ſilentium ſuper dicta jactatione verbali.

At quia accidit, ut quis non turbet verbaliter, ſed realiter, per novam fabricam, aut aliud novum opus vicino nocivum, contra quem Vicinus ſe defendendo ad impediendam dictam turbationem realem, juxta regulam *l. diffamari, C. de ingenuis, & manumiſſis,* ut in præcedenti *Titulo* dictum eſt, prævenit coram ſuo Judice, & nunciando dictum novum opus, expediri ſolet mandatum de non fabricando contra nun-

2 ciatum, qui tali caſu uti diffamator realis ſubſtinet partes Actoris, & nuncians ſubſtinet partes Rei, qui ſe defendit a dicta reali turbatione, & diffamatione ad impediendum novum opus, juxta *deciſionem Sanfelicii 379. tom. 3.* Propterea in hoc *ſecundo Titulo* hoc præventionis Judicium, quod per nunciantem novum opus fit contra nunciatum in hoc ſecundo loco conſecutive poſitum eſt.

Verum hic advertat Lector, quod dicta *deciſ.379. Sanfelic.* impugnatur a *De Luca ad Franch. deciſ.658. num.6.* dicens, quod Nuncians uti actor debet adire Judicem Nunciati, qui dicitur Reus, & ita judicatum refert *Gutierez conſil. 48. Ripa obſerv. 63. Mauſon. de cauſ. exec. ampliat.38. Altim. num.18.* & alii relati per *Salgad. de Reg. Protect. lib.2. cap.8.*

Quicquid ſit, in hac *Quarta Specie Judiciorum* cenſui collocandam eſſe praxim *De Novi Operis nunciatione.*

Nam cum diſtinctione conciliantur dictæ opiniones, quando nuncians venit ad impediendum opus faciendum, tunc dicitur Reus, & cauſa non remittitur ad Judicem nunciati, ſed quando venit ad impugnandum opus, quod eſt factum, tunc dicitur Actor, & debet agere coram Judice nunciati, juxta diſtinctionem *Bart. in l. de pupillo §. remiſſionem, & §. fin. ff. de novi operis nunciatione*, ubi *Jaſon & alii, & Sanfelic. ubi ſupra deciſ.* 379. Nam prætendens habere Jus faciendi novum opus invito nunciante deberet dictum jus proponere coram Judice nunciantis, & ſi hoc non facit, tunc Nuncians uti reus neceſſarius pro defenſione nunciat dictum novum opus coram Judice ſuo, ubi deberet prætendens agere.

3 Nunciatio enim novi operis numeratur inter Judicia extraordinaria, & dicitur appellatio extrajudicialis, quia extrajudicialiter, & in Judicio fieri poteſt omnibus diebus etiam feriatis, omnibus perſonis, etiam Fabris, & opificibus, & habet vim inhibitionis, & quicquid fit poſt illam, revocatur remedio attentatorum, *Tuſc. lit. N. concluſ.123. & 124. Theſaur. dec.204. Rota par. 16. rec. dec. 162. num.6.*

4 Et ſufficit, ut denunciatio fiat perſonis præſentibus, & ipſis Fabris operantibus, nec eſt neceſſe ut fiat Domino. Immo non ſufficit fieri Domino, niſi fiat in conſpectu loci, in quo ædificatur; & optimum eſt ponere nomina illorum, quibus fuit nunciatum, *Pract. Papienſ. de nunciatione novi operis gloſ.2. n.4.*

5 Nunciatio novi operis debet cauſam continere, ſi hoc opponatur a nunciato, vel ab operariis, alias nunciatio non impedit opus, & cauſa, quæ allegatur a nun-

nunciante, eſt plene probanda, & debet eſſe talis, ut ex ea poſſit ſequi ſententia, *Pract. Papienſ. de nunc. novi operis gloſ.* 2. *num.* 2. *Altograd. conſ.* 100. *n.* 1 *lib.* 1.

6 Hæc actio nunciandi novum opus non competit ei, qui non eſt Dominus, vel Poſſeſſor, ſed habet aliquod intereſſe, quia Intereſſatis non poſſidentibus, vel non Dominis competunt alia remedia, de quibus *Altograd. conſ.* 100. *num.* 12. *lib.* 1.

7 Nuncians novum opus debet eſſe cautus, ut antequam cognoſcatur de juribus partium petat revocationem Attentatorum, nam ædificans contra prohibitionem Judicis, dicitur attentaſſe; & uti attentata debet ſabrica demoliri, & licet poſtea vincat in cauſa, damnum demolitionis recuperare non poterit, quia ex ſua culpa proceſſit in ædificando contra prohibitionem Iudicis, *Franch. deciſ.* 331. *num.* 4. & late *Gratian. diſcept. forenſ.* 84. *&* 384. *Merlin. deciſ.* 472. *Magon. dec. Luc.* 29.

Nam ſi lis conteſtatur ſuper meritis, tunc non fit demolitio, ſed expectatur deciſio cauſæ principalis, *Gratian. & DD. ubi ſup.*

8 Ad inſtantiam Nunciantis etiam die feriato, ut dictum eſt, expeditur præceptum, ſive mandatum de non fabricando, cum clauſula juſtificata, & præceptum juſtificatum valet in principio cujuſcumque litis, illique eſt obtemperandum, *Sperell. dec.* 53. *tom.* 1. *n.* 6. ex *Gayllo lib.* 1. *obſerv.* 19. *n.* 3. *Color. de proceſ. executivo p.* 1. *cap.* 2. *n.* 232.

9 Adverte tamen, quod vis, & effectus clauſulæ juſtificatæ eſt, ut ſi Reus citatus compareat, tunc præceptum reſolvitur in vim ſimplicis citationis, *Sperell. d. deciſ.* 53. *nu.* 9. ex *Bart. in l.* 1. *C. de executione rei judicatæ, Bald. in l.* 2. *C. de Epiſc. Audien.* DD. communiter, & ſignanter *Alex. & Jaſon in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de novi operis nunciatione*; idem *Jaſon in l. nequicquam, §. ubi decretum, num.* 6. *de officio Proconſul. & legat. Caroc. dec.* 19. *n.* 14. *Color. de Proceſ. execut. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 237.

Et ubi Reus citatus in termino ſibi aſſignato non comparet, dictum præceptum, non obſtante clauſula juſtificata, remanet firmum, & executioni demandatur contra citatum, dummodo contumacia fuerit a parte accuſata, *Afflict. dec.* 167. *n.* 4. *&* 161. ubi *Urſill. Carocc. dec.* 19. *n.* 26. *Maran. in prax. par.* 3. 6. *p. princip. n.* 23. *Gravat. ad Veſtrium lib.* 7. *cap.* 1. *ſub n.* 21. *Io. de Amicis, in conſ.* 153. *col.* 2. *Sperell. ubi ſupr.*

10 Tamen in Iudicio nunciationis præceptum, ſive mandatum juſtificatum non reſolvitur in ſimplicem citationem, licet nunciatus compareat in termino, *Sperell. d. deciſ.* 53. *n.* 13. ubi reiicit *Gramm. in conſ. civ.* 73. & alios tenentes contrarium.

11 Imo ſi nunciatus offert fidejuſſionem de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, neque poteſt audiri, ſed debet ſuſpendi per tres menſes, caſu, quo nunciator offert ſe paratum docere de jure ſuo, *Text.* eſt *in l.* 1. *C. de novi operis nunciatione*, ubi *Iuſtin. Imperator.* corrigens jus Pandectarum, ſtatuit, ut ſi nunciator paratus ſit de iure ſuo docere, debeat de cauſa cognoſci, & intra tres menſes terminari, quod ſi infra d. terminum trium menſium expediri nequeat, tunc lapſis tribus menſibus admittatur ædificator ad dictam fidejuſſionem de demoliendo. Quæ *lex* fuit canonizata *in cap. fin. extra eodem tit. de operis novi nunciatione*, & *Sperell. in d. dec.* 53. *nu.* 14. redarguit *Theſaur.* qui *in deciſ.* 204. *nu.* 3. auſus fuit dicere Canoniſtas, juxta ſolitos errores, ita ſtatuiſſe, cum ſit Canon *Gregor. IX.* Summi Pontificis, qui *in d. cap. fin.* ſtatuit idem, quod erat ſtatutum per *Iuſtinianum in l.* 1. *C. de novi operis nunciatione*, ubi *Iuſtinianus* dicit, *Sic enim, & opera non per inanes denunciationes prohibentur, & recte denunciantibus conſuletur*. Et *Sperell.* reſpondit dictis per *Theſaurum*.

12 Verum nuncians in caſu ſuccumbentiæ tenetur ad damna, & intereſſe reſultans nunciato ex dilatione trium menſium per actionem de dolo, pro calce deperdita, cæmentis conductis, & aliis, *Bart. in l.* 1. *nu.* 26. *ff. de operis novi nunciatione*, & cautela datur, ut nunciatus proteſtetur, & petat refectionem damnorum, ob retardatum proceſſum, una cum expenſis litis, *Theſaur. dec.* 67. *n.* 4. *&* 5. *Sperel. ubi ſup. n.* 18.

13 Ampliatur, ut etiam in opere pio, & ſic in Eccleſia ædificanda expectandum ſit per tres menſes, non enim in præjudicium alterius Eccleſiæ conſtrui poteſt, *cap.* 1. *extra de operis novi nunciatione*, & ita deciſum tradit *Creſcent. in dec.* 1.

14 Sed in hoc caſu tranſactis tribus menſibus ultra cautionem de demoliendo ab ædificante dandam, interponitur decretum, ut liceat ædificare Eccleſiam cum clauſula, *ut lite durante non cenſeatur Eccleſia, ideſt pro tali non habeatur*; ut in caſu ſuccumbentiæ poſſit demoliri, alias rei ſacræ demolitio permittenda non eſſet.

Tranſactis itaque tribus menſibus, tam in ſacro, quam in profano ædificio, non impeditur ædificans, qui cautionem de demoliendo præbet, etiam ſi nuncians ſe offerat in continenti docere de non iure ipſius ædificantis, *Sperell. d. dec.* 53. *nu.* 20. *Gratian. diſcept.* 384. *num.* 14. *Carocc. dec.* 19. *n.* 24. *Gaill. obſer.* 16. *num.* 17. *lib.* 1. & alii ibi citati.

Et terminus trium menſium non expectatur, quando ſatiſdatio oblata per nunciatum fuerit acceptata a nunciante, *Addit. ad Pract. Papienſ. & ad Magon. ubi ſupr.*

Et *De Luca ad Latrum conſult.* 54. *nu.* 6. cum *Gonzalez in cap. ſi cui* 4. *de novi oper. nunciat. nu.* 8. diſtinguit tres caſus: Primus eſt, cum ædificans offert ſatiſdationem, & nunciator eam acceptat, tunc non expectato trium menſium ſpatio poteſt opus perficere, juxta jus antiquum, & Iudex interponit decretum, *quod liceat ædificare, ſtante cautione præſtita de demoliendo in caſu, &c. l. de pupillo* 5. *§. ſi is cui nunciatum*; & *l. non ſolum, §. ſi cum jure poſſem, & §. ſciend., l. Prætor* 20. *§. ſi quis paratus, §. hoc interdict. §. deinde, & §. hoc autem, l. ſtipulatio* 21. *§. ſi quis autem ff. de Novi Oper. Nunciat.*

Secundus eſt, in quo Nunciator non vult oblatam ſatiſdationem admittere; nec offert ſe probare jus, quo impedire poſſit opus, quia tunc videtur nunciatio calumnioſa, & injuſta ad finem vexandi adverſarium, ideo præſtita cautione interponitur decretum, *quod liceat ædificare*, & ſtatim ædificare poterit.

Tertius caſus, cum ſatiſdationem non admittit, vult tamen probare cauſſam competentem ad novum opus impediendum; tunc ſuſpenditur ædificium, per ſpatium trium menſium, prout eſt diſpoſitum ex novo jure, *text. in l. unica, C. de nov. oper. nunc. per Iuſtin. Imper.* quam diſpoſitionem approbarunt *Pap. Honor. III. & Gregor. IX. in c. pen. & fin. de Novi oper. nunc.*

At elapſo trimeſtri, ſi lis nondum fuerit deciſa ex malitia, vel culpa denunciatoris; tunc fit decretum, *quod præſtita cautione de demoliendo liceat ædificare*, & deinde proceditur in lite, non impedito ædificio interim.

15 Nunciatio novi operis locum non habet, quando novum opus fit ad refectionem veteris, *l.* 1. *§. ſi quis, & l. de pupillo, §. ſi quis, ff. de novi operis nunciatione, Gratian. diſcept. forenſ.* 84. *num.* 9. Sed reficienti antiquum fundum, & omnino deſtructum, nunciari poteſt, *de Marin. lib.* 2. *reſol.* 14. *n.* 5.

Neque locum habet, ubi certum, & notorium eſt nunciantem non habere jus nunciandi, *Gratian. d. diſcept.* 84. *nu.* 36. *Pract. Pap. de nunciat. novi oper. gloſ.* 1. *num.* 4.

Et

Digitized by Google

Et ubi notorie conſtat de non jure nunciantis impeditur demolitio, *Surd.conſ.154.nu.20. Gratian.diſcept.84.n.34.Merlin.dec.472.n.8.*

16 Unum nota, quod admiſſo nunciato ad fabricandum per cautionem de demoliendo, iſtæ denunciationes evaneſcere ſolent, & ædificium factum poſt nunciationem, nunquam deſtruitur, ſe excuſantes Judices, quod intereſt Reipublicæ, ne ædificia demoliantur, *Molfeſ.ad Conſuetud. Neapolitan.ma de novi oper.nunciat.nu.4.*& noviſſime *D. Marad. cap.15. ſua pract.num.65.* dicit introductam eſſe conſuetudinem judicandi, ne ædificia deſtruantur, ex *Prat.lib. 2. diſcept.45.*

A D D I T I O.

S U M M A R I U M.

Leges bona oriuntur ex malis moribus, num.1.

Ædificia ſunt ornamentum, & ſplendor Civitatum, num.2.

Reprobatur antiqua praxis procedendi in cauſis nunciationis novi operis, num. 3. *Et laudatur recens inducta per Regalem Conſtitutionem, quæ exponitur*, num.4.& 5.

Formula Decreti juxta dictam novam praxim,num.6.

Quæritur, an ſit reſtituendum depoſitum in cit. nov. Conſtitutione præſcriptum, ſi denuncians non procuraverit relationem Tabularii infra terminum in illa præfixum,num.7.

Adducitur exemplum,num.8.

Formula decreti pro liberatione depoſiti ad beneficium depoſitantis,num.9.

Negative reſpondetur, & pluribus rationibus firmatur, num.10.

Proponitur, quomodo ſit in praxi ſervandum, num. 11. *& ſit diſtinctio, quando præcedit conſenſus denunciati, quando non*,ibid.& num.13.

Commendatur Regius Conſiliarius D. Franciſcus Crivelli,num.12.

Si non conſtet de damno denunciati, aut is non comparuerit, procedit liberatio in beneficium denunciantis,num.14.

Traditur cautela, & conſilium denuncianti pro obtinenda reſtitutione depoſiti,num.15.

Figuratur caſus, in quo non poſſit conſiderari dolus in denunciatione,num.16.

Arbitrio judicis remittitur, an dolo fuerit facta denunciatio,num.17.

Si non ſtat per denunciantem quominus fiat relatio infra dies 30., ſed Tabularius fuit legitime impeditus, non intelligitur inhibitio ſublata ob lapſum præfixi termini, non obſtante Conſtitutione, num.18.

1 EX malis moribus plerumque bonæ Leges oriuntur. Abuſus quippe nimium deteſtabilis apud nos invaluerat ad libitum, & impune aliena ædificia,
2 quæ urbibus ornamento, & ſplendori ſunt, impediendi; cum enim ad ſimplicem cujuſque inſtantiam, & denunciationem ſine ulla cauſæ cognitione man-
3 datum fabricæ prohibitivum expediri receptum eſſet, ſtatim ac quis novum opus conſtruere, & quandoque etiam vetus reficere aggrederetur, (& ſæpe ſæpius injuria) ab invido quodam, aut æmulo vicino illius continuatio vetabatur, notificato Judicis præcepto, quod fabricatores ſtatim deſiſterent, & dein reperti in fraganti carcerarentur; quod antequam revocabatur, non leves impenſæ, & improbus labor erat per eum, qui ædificationem deproperabat; tolerandus, cæmentis interim aliiſque rebus ad conſtruendum paratis marceſcentibus; nam quamvis Judicantium rectitudo, quoad fieri poterat, calumniis obviare ſtuduerit, attamen malignantium hominum calliditas, & dolus novis ſemper cavillationibus, & inventis ad plures annos ædificantes litigando defatigabat, etiam poſt acceſſum, & relationem Tabularii, ſumptibus non exiguis ædificare volentis, (qui actoris partes invitus ſubſtinere adſtringebatur) pro ſe facientem obtentam. Hiſce verſutiis, ac da-
4 mnis remedia quodammodo adhibendo, ſano quidem, maturoque conſilio Rex noſter amantiſſimus in ſæpius memorata ejus *Regia Sanctione ſub num. X. §. I.*
5 ſtatuit, decrevitque, quod in omnibus hujuſcemodi cauſis in hac Civitate debeat prius per denunciantem, ſeu quomodolibet impedientem fieri depoſitum ducat. decem, indeque poſſit præcipi, quod fabricatores deſiſtant, eodemque item tempore ſubjungatur, quod unus ex S. R. C. Tabulariis non ſuſpectus de impedimenti validitate cogniturus accedat ſuper faciem loci, & relationem faciat, procurandam per ipſummet denunciantem infra dies 30., de momento in momentum a die ejuſdem decreti interpoſitionis decurrendos. Extra vero hanc Civitatem præſcripſit depoſitum duc.ſex, aut plus, minuſve arbitrio Judicis, juxta rei, de qua agitur, æſtimationem; & tunc loco Tabularii juſſit, eligi expertos, qui accederent, & referrent. Voluitque rurſus, quod adverſus talia decreta, ſive ea fuerint a S.R.C.prolata, ſive a M.C.V., & deinde ab eodemmet S.C. confirmata, ſive ab alio quocumque Tribunali Collegiato, nulla quævis remedia, legibus noſtris permiſſa, neque ipſa in integrum reſtitutio produci queant, nullitatibus tantum exceptis, ſervata tamen in his forma a Regni ſtatutis præſcripta. Formula igitur hujuſce decreti ſecundum allatam Conſtitutionem in praxi inducta, ac ſervata, hæc eſt.

6 *Formula Decreti in cauſis nunciationis novi operis.*

Die 28. menſis Septembris 1739. Neap. Per Dominum Militem U.J.D.D.N.N. Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, viſo memoriali porrecto pro parte T.T.vel retroſcripto memoriali, fuit proviſum, & decretum, quod Magnificus P. P. conventus non innovet, nec innovare faciat ſub pœna duc.500. in domo, vel pariete &c.in prædicto memoriali expreſſa; ac ſtatim operarii deſiſtant, & ſi poſt præſentis notificationem reperiantur in fraganti, carcerentur, nec non ſtante depoſito duc.decem facto in S. R.C. & penes acta, juxta formam novæ Regiæ Pragmaticæ, accedat ſuper faciem loci unus ex Regiis Tabulariis S.R.C.prævia buſſula eligendus, partibus non ſuſpectus, qui de ſubſiſtentia impedimenti recognoſcat, & relationem faciat in ſcriptis, quam pars denuncians procuret in termino dierum triginta decurrendorum ab hodie ſupradicta die; quo termino elapſo intelligatur ſublata inhibitio prædicta, & proinde partes in biduo dent liſtam ſuſpectorum, ut de non ſuſpecto provideri poſſit; hoc ſuum, & intimetur. N.N. B.Actorum Magiſter. D.Scriba.

7 Haud hic inopportune quærendum, num ſi denuncians non procuraverit infra terminum dierum 30. relationem, & acceſſum Tabularii, juxta formam in Conſtitutione præſcriptam, reſtituendum eidem ſit depoſitum, an non? & quid hoc caſu erit agendum? De hoc memorata Conſtitutio non loquitur,
8 ut legentibus patet. Aliquos ipſe vidi Proceſſus, in quibus in hujuſmodi facti contingentia fuit practicatum liberari depoſitum depoſitanti ad ſimplicem ejus petitionem. Inter quos unus adeſt in Banca Jo: Gallo in M.C.V.penes Scribam Joannem Florentinum, hoc modo v3. Al Signor Giudice di Vicaria. Tereſa Ruſſo Vidua del quondam Aniello Caſtaldo, ed erede uſufruttuaria del medeſimo, ſupplicando eſpone a

US., come poſſedendo una Caſa nel Caſale dell'Afra-
gola contigua con altra caſa d'alcuni de Jovino; co-
mechè li medeſimi pretendevano fare alcune innova-
zioni, quindi eſſa ſupplicante n'ebbe ricorſo nella
G.C.della Vicaria, ove avendo fatto il depoſito di
ducati diece ottenne l'inibizione, con eſſerſi ingionto,
che eſſa ſupplicante fra un meſe procuraſſe la relazio-
ne del perito, ed eſſendo tal termine paſſato, non
avendo potuto procurare tale acceſſo, e relazione,
trovaſi perciò caſſato, e tolto tal'impedimento a te-
nore della Regia Pramm.Supplica perciò US. ordina-
re, che ſia reſtituito il depoſito de'docati 10. in ſuo
beneficio, e l'avrà, ut Deus. In calce cujus memo-
rialis adeſt ſequens decretum.

9 *Formula Decreti pro liberatione depoſiti.*
Die 23.menſis Auguſti 1738.Neap.Per ſubſcriptum
Dominum Judicem M.C.V.viſis actis, ac retroſcripto
memoriali; fuit proviſum, & decretum, quod duc.
decem pro retroſcripta cauſa depoſitati in hac M.C.
Vic. per Thereſiam Roſſi per medium Banci Sac.
Montis pauperum de Neap.ſervata forma Regiæ Pra-
gmaticæ, ſtante lapſu termini ſolvantur, & liberen-
tur, prout præſenti decreto ſolvi, & liberari man-
datur ſupradictæ Thereſiæ Roſſi, hoc ſuum, & expe-
diatur mandatum: Et ſtante lapſu termini intelliga-
tur ſublata inhibitio ſervata forma Regiæ Pragma-
ticæ. *N. . . . Gallo Act.Magiſter.*
Florentinus Scriba.

10 Hoc autem, ſi Conſtitutionis rationem, quæ eſt
Legum anima, diſquiramus, non eſſe ſecundum il-
lius mentem, ſed ab ea prorſus alienum exiſtimo;
fruſtra enim decreviſſet fieri per denunciantem depo-
ſitum, ſi eidem nullimode de jure ſuo circa impedi-
mentum docenti, illud ex integro reſtituendum fo-
ret; quiſquis namque dolo malo, & ex propoſito im-
pediret, ſaltem per dies triginta ædificia, & quando-
que ubi majus ædificantis fuerit incommodum, & in-
tereſſe, quibus elapſis repeteret idem depoſitum; ita-
que novis fraudibus, quibus ut obviam iret Rex no-
ſter illud ſancivit, facillime via pateretur. Immo &
melior eſſet conditio eorum, qui dolo malo, quam
qui jure denunciant; nam hi, qui aut jus impedien-
di habent, aut ſaltem putant habere, omnino pro-
curant relationem, & acceſſum Tabularii propriis
ſumptibus, & depoſitum proinde amittunt, neque
amplius recuperant; ſed aut impedimentum eſt ju-
xtum, cum novum opus fieri non poſſe ex relatione
Tabularii, vel Peritorum conſtet, & obtinebunt, quod
nunciatus deſiſtat, aut e contra, & inhibitio facta
tollatur, abſque eo quod hiſce caſibus depoſitum jam
pro acceſſu, & relatione prædictis liberatum repetant,
ut innuimus; ſolum ergo ii, qui dolo impediunt (do-
lo autem facere videntur, qui eorum jus non curant
oſtendere, & alteri damnum inferunt) malis artibus
ſarctum tectum ſibi ſervarent. Quod juri repugnat,
cum dolus, & fraus nemini patrocinari debeat, ut
late *Tuſch.lit.F.concluſ.474.& ſeq.per tot.* & fraudan-
ti, & doloſo nequaquam dolus, & culpa commodum
debeat afferre, ſed e contra nocere, ex traditis per
Cravet.conſ.192.lib.1. Paul.Chriſtin. deciſ.Belgic.t.17.
num.5.vol.1. Ricc. collect.3206. Alvarez de Velaſc. de
Judic.perfect.rubr.14.annot.4. num.13. Card. de Luca
diſcurſ.156.n.5.de fideicom. aliique.
11 Quid ergo erit tali caſu practicandum? Et ego, ſi
tantæ poteſt eſſe authoritatis indocti, & rudis homi-
nis ſententia, opinor, quod aut concurrat conſen-
ſus denunciati, & recte tunc liberabitur depoſitum
ipſius depoſitantis, ut cum ſumma laude vidi obſer-
12 vatum a doctiſſimo Juriſconſulto, & ſapientiſſimo
Regio Conſ.D.Franciſco Crivelli in quadam cauſa pe-
nes Scribam Sorrentino, in Banca Magnif. D.Nicolai
13 Baſile; aut talis conſenſus deficiat, & tunc omnino
audiendus ſit in petita liberatione denunciatus, de
cujus agitur intereſſe, ut diſcutiatur, an aliquod li-
cet minimum paſſus is fuerit damnum ex injuxte alla-
to impedimento; quo ſummariiſſime conſtito, pro ra-
ta damni paſſi juxta Expertorum æxtimationem, tan-
14 tumdem ex depoſito illi liberabitur; quod autem ſu-
pereſt, ſolum denuncians conſequetur; ſi vero nul-
lum damnum appareat, aut denunciatus non com-
paruerit, etiam recte in ipſius Denunciantis benefi-
cium fiet depoſiti liberatio; & hoc ad prorſus quaſvis
calumnias, ex mente Conſtitutionis, vitandas. Bo-
15 na igitur cautela erit, ſi denuncians tali caſu obti-
neat conſenſum denunciati, ut omnis diſputatio tol-
latur. Ipſe tamen conſulerem quoque, quod ut doli,
& fraudis ceſſet ſuſpicio, antequam labantur dies tri-
ginta, denuncians compareat, pro liberatione pe-
cuniæ ab eo depoſitatæ, dicendo ſe impediviſſe vi-
cini ædificium, ex aliquo præjudicio, quod ſibi ex
illo afferri poſſe arbitrabatur; de quo poſtea inſtru-
ctus, cognoſcens jure illum conſtruere, inſtat ex illa
die tolli inhibitionem, & reſtitui ſibi depoſitum; poteſt
16 enim dari caſus, ut in allato exemplo, quod quis non
dolo, ſed neſciens quid ſibi velit ædificando vici-
nus, antequam præjudicium inferatur, quo facto reddi-
tur difficilius obtinere demolitionem, interim impe-
diat, deinde hoc dubio ceſſante, nolit inceptum ju-
dicium proſequi; & tunc non ita diſſonum erit, imò
& juri congruum fieri petitam depoſiti liberationem,
& ſimul auferri inhibitionem, etiam inaudito denun-
ciato, cui tamen notificabitur decretum, ut non expe-
17 ctet terminum dierum 30.ſed ab inde ædificationem
continuet. Cæterum, quando dolo quis nunciave-
rit, vel ne, ex ipſa re patebit, ſecundum caſuum
contingentias, totumque Judicis arbitrio eſt remit-
tendum. Qualiſcumque ea ſit, hæc eſt mea opinio,
quam aliorum ſaniori judicio ſubmitto, & maxime
præclariſſimorum noſtrorum Judicantium, quorum
ſapientiſſimæ determinationes, & deciſiones in caſi-
bus occurrentibus leges erunt, & ſtabilient praxim;
quamvis, ſpero, non longe eos ab illa abituros.
18 Neceſſarium non puto animadvertere, quod, ſi non
ſteterit per denunciantem, quominus relatio Tabu-
larii, aut Expertorum fiat intra præfixum menſis
terminum, ſed Tabularius fuerit legitime impeditus, ta-
li caſu, Conſtitutione non obſtante, non dicitur ſub-
lata inhibitio poſt illius lapſum; quia Conſtitutio in-
telligenda, quando denuncians negligit eam procu-
rare; cum enim hoc ſit indubium, nec probatione indi-
geat, non hic amplius eſt immorandum.

Finis Secundi Tituli Quartæ Speciei.

TER-

TERTIUS TITULUS

De Præventionis Judicio.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Præventionis judicio a Reo intentato contra creditorem, non poteſt ad inſtrumenti, vel obligationis quantumvis liquidæ accuſationem procedi, num. 1.
Præventionis Etymologia notat, ut veniat debitor in judicio ante diem ſolutionis, num. 2.
Praxis proviſionum ad beneficium prævenientis, num. 3.
Præventio eadem die facta, qua citatus fuit debitor ſuper tenore inſtrumenti, cujus effectus ſit, & declarantur opiniones invicem contrariæ, num. 4.
Pragm. 47. de Offic. Magiſtr. Juſtit. *quæ in nova compilatione eſt 44. declaratur*, num. 5.
Præventio quid ſit, num. 6.
Præventio antiquitus fieri non poterat in aliis Curiis, ex Rit. 190. *qui hodie non ſervatur*, num. 7.
Ritus M.C. 190. *quare non ſervatur hodie in aliis Curiis inferioribus, & ſolum reſpectu Curiæ Baronalis ſervatur*, num. 8.
Præveniens debitor eſt actor, & creditor præventus eſt Reus, num. 9.
Excommunicatus repellitur a præveniendo, num. 10.
Differentia inter jus commune, & jus Regni circa effectum præventionis, num. 11.
Præventio in Regno, ut impediat viam executivam, fieri debet ſolemniter præſtita fidejuſſione, etiam non petita a creditore, & opinio contraria declaratur, quando locum habeat, num. 12.
Præventio adverſus obligationem penes acta, fit diverſo modo, num. 13.
Præventionis formula facta in eadem Curia, num. 14.
Fidejuſſionis formula in judicio præventionis facta in Curia inferiori, num. 15.
Debitor debet præſentare reſcriptum abſolutionis a juramento una cum libello, & dare fidejuſſores, & deinde expeditur citatio adverſus petita, num. 16.
Decreti formula ad beneficium prævenientis, cum ſalvaguardia num. 17.
Salvaguardia expedita, datur terminus, & compilatur ſuper præventione, num. 18.
Sententia formula in judicio præventionis, num. 19.
Praxis cogendi creditorem ad exhibendam apocam; num. 20.
Fidejuſſio quando præſtatur de ſolvendo debitum, & pœnam, an præſtanda ſit etiam de ſe præſentando tempore publicationis, ubi opiniones invicem contrariæ conciliantur, num. 21.
Debitor civis an poterit evitare fidejuſſionem in judicio præventionis, & an poterit præſtari in alia Civitate, num. 22.
Extra Baroniam Baronis non committitur fidejuſſio ob difficultatem conventionis, num. 23.
Clericus præveniens in Curia ſæculari, ibi debet cavere de ſolvendo, ſed non pro pœna, num. 24.
Libelli formula præventionis in Tribunali ſuperiori, num. 25.
Fidejuſſionis formula capienda de ordine ſuperioris; num. 26.
Sententia formula contra prævenientem, qui non probavit, num. 27.
Libelli formula præventionis in M. C. contra apocam pro penſione domus, num. 28.
Decreti form. ſuper libello præventionis, num. 29.
Fidejuſſionis formula in judicio præventionis facta in M. C. V., num. 30.
Inſtantia creditoris præventi cum monitione in calce, num. 31.
Apoca Bancalis pro reſiduo penſionis domi cum renunciatione præventionis, num. 32.
Decreti form. quod ſtante renunciatione præventionis expediantur litteræ executoriales, non obſtante præventione facta, num. 33.
Libelli form. adverſus præventionem, num. 34.
Praxis procedendi ſuper dicto libello contra prævenientem, num. 35.
Præveniens excluſus per decretum a beneficio præventionis, ſi appellat, appellatio non ſuſpendit liquidationem inſtrumenti, vel viam executivam civilem, num. 36.
Fidejuſſio præſtita in prima inſtantia non durat coram Judice appellationis, num. 37.
Renunciatio præventionis tollit beneficium præveniendi, num. 38.
Abſolutio a juramento non tollit vires contractus, n. 39.
Præventioni niſi renuncietur in ſpecie, non juvat renunciatio facta in genere, num. 40.
Præventio quando locum habeat, non obſtante renunciatione præventionis, num. 41.
Tactus ſcripturarum, an ſit neceſſarius in juramentis voluntariis, num. 42.

Dictum eſt in 1. *Cap. de Judicio diffamationis verbalis*, & in 2. *Cap. de Judicio diffamat. realis*, *ſive de Novi operis Nunciatione*, in quibus reus præveniendo in judicio contra diffamantem actorem ſe defendit adverſus turbationem per verbalem jactationem, & adverſus turbationem realem per novum opus faciendum.

At quia ſolet creditor habere obligationem penes acta, vel inſtrumentum liquidum, aut apocam bancalem, litteras cambii, vel alio modo habere paratam executionem contra debitorem, qui licet habuerit ſatisfactum creditori, vel aliam juſtam cauſſam non ſolvendi, ut quia contractus eſſet factus per vim, vel ob enormem læſionem, aut alias, &c.

1 Tamen ob privilegium Judicii executivi non poterit debitor audiri, adveniente tempore ſolutionis, niſi in vinculis, vel facto depoſito; Ideo datum eſt ei remedium præventionis, ut debitor præveniat ad caſſandum ſibi inſtrumentum, vel obligationem, & pendente dicto judicio præventionis a reo intentato contra creditorem, non poteſt ad inſtantiam creditoris liquidari inſtrumentum, quantumvis liquidum, vel quævis obligatio, ut cavetur in *Rit. M.C.V.* 182. *Affl. & Urſill. dec.* 387. *Galt. r. de liquid. p.* 3. 2. *p. princ. num.* 1. *Carlev. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 14. *num.* 11. merito in hoc tertio loco judicium præventionis collocavimus.

2 Præventio eſt nomen compoſitum a *præ*, & *venio*, quod eſt ante venire, ſive prius, quam creditor venire in judicium poſſit.

Ex qua vocis ſignificatione, ſive etymologia carpitur primum requiſitum, ut dicta præventio impediat judicium executivum, ſi fiat antequam veniat dies ſolutionis; Quia poſtquam dies ſolutionis venerit, præventus potius quam præveniens dicitur debitor, ex diei adventu, qui pro homine interpellat, ut perpulchre notat *Dom. Scop. ad Nicol. num.* 174. *fol. mihi* 79. ſed in ultima impreſſione *fol.* 68. ex *Carlev. de judic. tom.* 2. *diſ.* 14. *num.* 17. *Muſc.*

17. *Muſc. in prax. lib. 2 par. 1. gloſ. in forma nu. 78. Prato ad Muſcat. in pr. fidejuſſ. par. 2. qu. 8. & qu. 6. Conſtantin. Pap. ad Carav. rit.* 186.

3 Hinc praxis inolevit, ut proviſiones ad beneficium rei prævenientis expediantur conditionatæ, vz. *Stante præventione facta ſuperſedeatur in liquidatione inſtrumenti, dummodo non ceſſerit dies ſolutionis*, & hæc eſt ordinaria praxis, & ſtylus M. C.V. ut annuit *D. Scop. ubi ſupr.*

Licet hanc praxim refellat *Anichinus de prævent. cap. 3. qu. 2. num.* 12. quem laudat *D. Reg. Petr. rit.* 168. *ſub num.* 8.

4 Ex his non mediocris oritur controverſia, an præventio eadem die facta, qua citatus fuit debitor ſuper inſtrumenti tenore, impediat liquidationem, ſi conſtet ex ſcripturis prius fuiſſe præventum per aliquas horas.

Multi affirmant, ut late eſt videre apud *Bern. Pandum de praeſent. inſtrument. p. 4. declar. 19. num.* 121. ex *Socc. in l. qui duos, ff. de rebus dubiis*, & aliis ibi citatis *Galter. in prax. inſtrum. verb. fuerit ab eo præventus ſub num.* 5. ubi *Caravitam* impugnat.

Negativa tamen ſententia verior, & magis recepta eſt, teſte *D. Scop. ad Nicol. num.* 140. *fol.* 80. *col.* 1. ex *dec. Affl.* 487. *num.* 4. quem ſequitur *Urſill. ibi num.* 1. *Borrell. in ſumm. dec. par. 2. tit. 19. de inſtr. liquid. nu.* 89. & 91. *Muſcatell. par. 1. gloſ. in forma ſub num.* 86. *Galupp. par. 2. cap. 22. ſub num. 4. Anichin. de prævent. cap. 3. qu. 4. ex num. 19. Conſ. Petra rit. 187. num. 2. & rit. 168. num. 8. Carav. d. rit* 186. ex verbis valde claris ipſius *Ritus*, ibi: *Per præventionem factam eodem die, interrogatio ſuper tenore inſtrumenti non impediatur; imo poteſt fieri dicta interrogatio dicti inſtrumenti dicta præventione facta eodem die non obſtante, aliquo non habito reſpectu de horis diei, in quo fuerit facta præventio ante præſentationem inſtrumenti prædicti, vel poſt.*

Ecce quam clare loquitur *d. Ritus*, & ubi verba legis ſunt clara, Juriſconſultorum interpretationes non admittuntur, *Bald. conſ.* 174. *lib. 2. in fine.*

Et miror de *Galterio*, qui reiicit *Caravitam*, & reſpuit verba *d. Ritus*.

Hanc negativam praxim amplectitur *Novar. in pragm. unica de prævent. moderan. num. 2. Ricc. collect.* 187. 194. & 460. licet in *d. collect.* 450, citaverit *Affl. dec.* 287. pro contraria affirmat ſententia, quod proceſſit ex errore ſcribendi, ut advertit idem *Galter. ubi ſup. num.* 4.

Concludit ergo, quod citatio ſuper præventione præcedere debeat ſaltem per unum diem antequam citatio ad inſtantiam creditoris fiat ſuper tenore inſtrumenti.

Et ſi eodem die fieret præventio per debitorem, & citatio per creditorem ſuper tenore inſtrumenti, vel incuſatio obligationis penes acta, aut apocæ Bancariæ non juvabit, & non impedient executionem, nulla horarum diei habita ratione, ſic dictante *Rit.* 187. rejectis *Galterii*, & aliorum Doct. contrariis interpretationibus; Nam ut ipſemet *Galterius* demum concludit, poteſt debitor facere una die præventionem, & ſequenti die intimationem ad evitandum, ne creditor intimatus poſſit eadem die incuſari, ad finem impediendi effectum præventionis; Ideo, &c.

Quæ concluſio plane procedet in eadem Curia, vel paribus Judicibus, aut quando præventio fiat in Curia inferiori.

At quando præventio fieret in Curia ſuperiori; tunc ex reverentia ſuperiori debita non poterit inferior procedere ad interrogationem ſuper tenore inſtrumenti, nec ad incuſationem obligationis penes acta, vel apocæ Bancariæ, ita limitat dictam concluſionem *D. Scop. ad Nicol. num.* 90. *fol. mihi* 80. *col.* 2. exemplificando in præventione facta in S.C. eadem die per aliquas horas, antequam in M.C.V. citaretur debitor ſuper tenore inſtrumenti; tunc ſtante appoſitione manuum a S.C. & ſic a ſuperiori Judice facta, non poteſt M. C. quæ eſt inferior, ſpernere reverentiam ſuperioris, ſed partes debent ſuperiorem adire, ut diſceptetur, & dirimatur cjuſmodi controverſia, ex traditis a *Romano conſ.* 335. *Anchar. conſ.* 57. *Anna alleg.* 99. *num.* 4. *Petra ad Capyc. dec.* 22. *num.* 2. *Conſil. Petra rit.* 168. *num.* 8. *Anichin. de prævent. cap. 3. qu.* 5. *ex num.* 7. ita ſentit *D. Luca ad Franch. deciſ.* 670. & *Anna alleg.* 99. *num.* 4.

5 Hodie vero reſpectu obligationis penes acta, ſi præventio fiat tempore, quo venerit, & ceſſerit dies ſolutionis, præventio non juvat, nec Judices ſuperiores poſſunt mandare inferioribus, ut præſtita cautione de ſolvendo, ſuperſedeant in accuſando obligationes, ſub pœna ducatorum ſexcentum ſolvenda per Magiſtros Actorum, & Scribas, qui ſubſcribunt, & ſic ſervari per quemcumque Offic. Regni, tam Neap. quam extra Neap. quando venit, & ceſſit dies ſolutionis, ita ſtatuitur in *Pragm.* 47. *cap.* 1. *de Offic. Mag. Juſt.* quæ in nova compilatione eſt 44. quæ incipit: *Audivimus*, ſub data 1581. die 21. Martii, & ex hac *Pragm.* Praxis in principio hujus prælud. narrata remanet firma, rejecto *Anichin.* qui dictam Praxim impugnat, ut in proviſionibus expeditis ſemper ponatur clauſula: *Dummodo non ceſſerit dies ſolutionis ſuperſedeatur, ſtante præventione facta, &c.* Et *D. Scoppa* de hac *Pragm.* non fecit mentionem.

Dubium reſtat, dum *Pragm.* prædicta loquitur de obligationibus penes acta tantum, an extendatur ad liquidationem inſtrumenti, alibi dicam, & vide, quæ diximus in *tit. 3. de Jud. cap. 1. de oblig. penes acta*, ubi annotavimus, quod præventio adverſus obligationes penes acta fit diverſo modo.

6 Præventio eſt remedium, quo debitori contra creditorem ſubvenitur ad liquidationem impediendam ex capite nullitatis inſtrumenti, vel ſatisfactionis, aut alterius exceptionis ſub quibuſdam requiſitis. Hanc definitionem, ſeu potius deſcriptionem tradit *Galter. part. 3. ſecunda partis rubr. fuerit ab eo præventus n.* 1. *fol. mihi* 148.

Præventio alio quoque modo accipitur, ut quando juriſdictio eſt cumulativa inter duos, vel plures Judices, tunc datur præventio inter eos, ſeu præoccupatio uſus juriſdictionis circa cauſſam aliquam, antequam alius Iudex in ea ſe ingerat, & ſic ex prioritate temporis in delictis puniendis, de qua non eſt hic noſter ſermo, ſed diximus in noſtra praxi *de foro compet.* ubi de aliis præventionibus extrajudicialibus quoque, locuti ſumus, quam ſucceſſive dabimus prælo.

Et hic ſermo erit ſolum de præventione debitoris contra creditorem.

7 Præventio antiquitus ad hoc, ut per illam impediretur liquidatio inſtrumenti, & via executiva, debebat fieri in M.C.Vic. Nam facta in aliis Curiis, &c. nullius erat roboris; Ita ſtatuitur in *Ritu* 190.

Hodie autem *d. Ritus* non ſervatur de generali conſuetudine Regni, ut *Carav. ubi num.* 1. Prout neque ſervatur *Ritus* 54. per quem ſtatuitur, ut nulla alia Curia poſſit cognoſcere de liquidatione inſtrumenti.

Nam in omnibus Curiis inferioribus, & ſuperioribus indifferenter fiunt præventiones, & liquidationes inſtrumentorum, ita *Carlev. lib. 1. tit. 3. diſp.* 14. *num.* 20. poſt *Carav. in d. rit.* 190. *num.* 1.

8 Quam obſervantiam credit *Carav. in d. rit.* 190. *nu.* 1. ortum habuiſſe a *Reg. pragm. un. de prævent.* quæ incipit; *Malitiis, &c.* ibi: *Coram quocumque Iudice, &c.*

Sed

Sed hoc mihi non arridet; Nam ſi ita eſſet, præventio poſſet fieri etiam in Curia Bajulari; ideo verior ratio erit illa tradita ab eodem *Carl.* quia *d. Ritus* ſervabantur, antequam privilegia Baronibus eſſent conceſſa; Poſtea vero ob privilegia Baronibus indulta, fuerunt communicata Curiis Baronum dicta privilegia M.C.V. & ideo cœperunt aliqui multi *Ritus* in deſuetudinem venire, etiam in aliis Curiis Regiis inferioribus ex tolerantia ad inſtar Baronalium.

Verum reſpectu Curiarum Bajulorum *d. Ritus* remanent adhuc in viridi obſervantia, & ideo præventio, & liquidatio inſtrumentorum non poſſunt in Curiis Bajul. fieri, quia eis obſtant *d. Ritus*, ſed poſſunt fieri a Curiis Baron. quibus non obſtant amplius *d. Rit.*, neque obſtant Reg. Audientiis, quibus ex conſuetudine communicata ſunt quaſi omnia privilegia M.C.V. & demum aliis Curiis Regiis inferioribus, etiam ex conſuetudine cœperunt *d. Ritus* non obſtare ante *Pragm. editam de prævent. moder.* ſed *Petra rit. 54.* dicit, non ex privilegiis Baronum, ſed ex conſuetudine introductum eſſe tam in Curiis Baronum, quam in Curiis Regiis inferioribus, aliàs Curiæ Regiæ, quæ non habent privilegium, carerent hac prærogativa; Quapropter in dicta *pragm.* fuit locutum generaliter, quod coram quocumque Judice fiat præventio, non poſſit fieri, niſi præſtita prius fidejuſſione, & ex hoc modo loquendi in dicta *pragm.* videtur dicta conſuetudo confirmata præveniendi coram quocumque Judice, ubi conſuetum eſt præveniri, non tamen coram Judice Bajulari; coram quo nunquam conſuetum eſt.

9 Et in præventione debitor præveniens dicitur actor, & creditor præventus dicitur reus, ut ex verbis *Ritus* 189. ibi: *Et ſi actor probaverit pecuniam fuiſſe ſolutam creditori*; Ideo ſequitur, quod præventio facienda eſt coram Judice loci, unde creditor eſt; Quia creditor præventus dicitur reus, & præventio contra Clericum creditorem debet fieri in Curia Eccleſiaſtica, *Carav. in rit. 190. num. 3. de Franch. deciſ. 657. num. 4. Regens Latro deciſ. 89. num. 4. Sanfel. deciſ. 168. num. 2. Galter. in 3. par. 2. part. rubr. fuerit ab eo præventus num. 8. fol. mihi* 150. *De Luca ad Franch. deciſ. 383. num. 4.*

10 Infertur hinc, quod ſicuti excommunicatus repellitur ab agendo, ita repellitur a præveniendo, *Galt. ubi ſupr. & Carav. in rit. 108. num. 112.*

11 Præventio in judicio executivo facta a Reo contra actorem, qui poteſt agere via executiva, non impedit dictam viam executivam, etiam ſi lis ordinaria a debitore ſuſcitata pendeat coram alio Judice, & ſi reus coram Eccleſiaſtico Judice prætenderet contractum eſſe uſurarium, tamen non eſt ſuſpendenda, aut retardanda via executiva mota a creditore coram ſeculari ob exceptionem litis pendentiæ coram Eccleſiaſtico, & ratio eſt, quoniam non debet eſſe in poteſtate debitoris fraudare creditorem, & auferre illi viam executivam quaſitam ex inſtrumento.

Et hoc intellige de jure communi, ſecus attento jure Neap.; ut ſtatuitur in *ritu* 168. 169. & 190. & in alio *Ritu*, qui non reperitur regiſtratus, ſed eſt mentionatus in *pragm. unica de prævent. moder.* quæ incipit: *Malitiis litigantium*. Habemus in Regno & alteram *pragm.* 47. quæ in alia *impreſſ.* eſt 44. *de Offic. Mag. Juſt.* quæ incipit: *Audivimus*, §. 1. loquente de prævent.

12 Præventio itaque in Regno habet locum etiam in judicio executivo via *Ritus* 166. allegans reus contractum in inſtrumento contentum eſſe uſurarium, vel nullum, aut reſcindendum ob illatam vim, vel metum, vel ob enormem læſionem, aut ſe ſatisfeciſſe; Qua præventione facta non poterit creditor procedere via executiva, niſi finito judicio præventionis, ut ſtatuitur per ſupradictos *Ritus*, & notat *Carav. ibi*, & *Troyſ. ibidem*, & *Scaglion. ad Rit. 166. ex n. 59. Muſcat. lib. 2. part. 1. gloſ. in forma ex n. 78. & in pract. fidejuſſ. 2. part. qu. 8. n. 5. Riccius collect. 460. Galter. in pract. inſtr. 3. p. 2. principalis rubr. 2. nu. 2. Carlev.* omnia hæc concludit *lib. 1. tit. 3. diſp. 14. ex n. 7. & 11. tom. 2.* & ita quoque docet *De Luca ad Franch. obſer. 670. n. 1. in fin. & rit. 108. & Carav. ibi.*

Et quod impedit liquidationem inſtrumenti, & incuſationem obligationis penes acta, & adverſus litteras cambii, & apocas Banci, late tradit *De Luca ad Franch. obſ. 670. num. 1. & 3. in fine*, & alii ibi citati, & in ſpecie præventio ex cauſſa exceptionis non numeratæ pecuniæ fuit admiſſa adverſus apocam Banci, non obſtante *Pragm. 64. de Offic. Proc. Cæſar.* quæ mandat debitores vigore apocæ Banci non poſſe audiri, niſi in vinculis, vel facto depoſito, tradit *Staib. tom. 1. reſol. 31. num. 13. & Tap. ſuper d. Pragm. Brill. ad Conſuet. Neap. tit. 16. n. 212. Roc. reſp. 10. tom. 2.*

Præventio prædicta in Regno, ut locum habeat, & impediat viam executivam, debet fieri ſollemniter, præſtita fidejuſſione de ſolvendo debitum, & pœnam decem unciarum in caſu ſuccumbentiæ in cauſſa præventionis, ut ſtatuitur in *Prag. malitiis litigantium unica de præventione moderanda*, ubi *Rovit. ex nu. 1. Afflict. dec. 273. Marant. conſ. 31. Muſcat. ubi ſup. Ricc. d. collect. 460. Vivius dec. 204. ex nu. 1. Carav. rit. 189. ex n. 4. Galter. ubi ſup. n. 20. Novar. collect. 193. in princip. Carlev. ubi ſup. n. 12.*

Quæ fidejuſſio requiritur pro forma præventionis, & eſt præſtanda, etiam ſi a creditore non petatur, ut *Carav. in prag. ad Senat. Conſ. Maced. §. 10. nu. 4.* & idem *Carav. rit. 189. n. 6. Marant. conſ. 31. Surd. dec. 57. n. 4.*

Alias præventio non juvat; quia acta præventionis eſſent nulla, *Galter. in 3. p. 2. p. rubr. fuerit ab eo præventus dato n. 17.* poſt *Frec. p. 9. qu. 3. n. 11. Viſcont. in ſuis concl. in verb. Debitor, qui ſuum credit. &c.*

Et improbantur ſententes fidejuſſionem non debere præſtari, niſi petatur, inter quos ſunt *Troyſius in d. pragm. unica de prævent. num. 4. Bernard. Pandect. de præſent. inſtr. num. 2. p. n. 118. Giurba dec. 103. nu. 13.* ita concludit *Carlev. ubi ſup. n. 14. Petr. rit. 168. n. 21. Hodiern. ad Surd. dec. 276. D. Scop. ad Nicol. fol. 82. nu. 390.* & alii per eum citati.

Sed dicta opinio *Troyſii*, & ſequacium poterit militare, in caſu quo creditor petat fidejuſſionem a debitore de ſe præſentando tempore publicationis proceſſus, quia tenetur debitor ſe præſentare.

Et dicta fidejuſſio præſtari poteſt in loco domicilii, licet præventio fiat in M. C. V. vel Reg. Audientia Provinc. & ſic practicari quotidie teſtatur *De Marin. lib. 1. reſol. 194. nu. 8.* poſt *Troyſ. in Pragm. de prævent. moderand. num. 5.*

Secus quando præventio fit in una Curia Baron. in qua præveniens non habet domicilium; & ratio diverſitatis eſt, quia Reg. Aud. & M. C. habent ſuperioritatem ſuper aliis Curiis, & poſſunt cogere fidejuſſores datos nomine Tribun. Superioris; At una Curia Baron. quæ non eſt ſuperior, non poterit cogere illos, qui ſub alio Barone fidejuſſerunt, & eluderetur creditor.

13 Præventio adverſus obligationem penes acta fit diverſo modo, ut diximus in *tit. 1. cap. 3. de obligationib. penes acta.*

„ Ne noſtrum inſtitutum negligamus, hic opportune notandum, quod §. 1. *num. 14. Reg. Conſtitut.* de menſe Martii 1738. pluries citatæ, ad fraudes debitorum in præventionibus vitandas ſtatutum eſt, ut ad unguem obſervetur *Pragm. unic. de prævent. moderanda*; & locum præventione non habente, omnino pœna exigatur. Et e contra ſi Judex cognoſcat præventionem eſſe calumnioſā, & ad dilatandum propoſitam, ea non obſtante, debeat præcipere depoſi-

„ tum-

„ tum debiti; eoque facto, quod capiatur ſummaria „ informatio ſuper allegata præventione, ſicque jam „ vidi pluries obſervatum.

14 *Form. præventionis factæ in eadem Curia.*

In Curia T. Civitatis reverenter exponitur pro parte T. dicentis, qualiter mediante publico inſtrumento confecto per manus T. Not inſolidum cum T. ejus patre in anno T. ſe obligavit ſolvere T. de T. duc. tot; Et quia dicta cautela fuit, & eſt nulla, ex quo tempore obligationis erat minor, & in ea intervenit per vim, & metum; Propterea recurrit ad eandem Curiam per viam præventionis, omnique alio meliori modo. & petit dictam cautelam quoad obligationem ipſius comparentis annullari, & reſcindi, & exponentem ipſum ex illius vigore non moleſtari, offerens in promptu cautionem, & præſentat abſolutionem a juramentis, & inſtat pendente lite provideri, quod non moleſtetur, ita inſtat, & proteſtatur, omni alio meliori modo, &c.

15 *Fidejuſſionis formula in Curia inferiori.*

Die &c. & penes acta præſentis cauſſæ principaliter Conſtitutus Talis de Tale, qui ſponte, &c. ſe obligavit ſolvere debitum T. de T. prætenſo creditori, & pœnam contentam in Reg. Prag. ſolvendam Curiæ in caſu ſuccumbentiæ, ſtante præventione per ipſum Talem facta in hac Curia Civitatis Talis, virtute cujus excipere nonnulla intendit adverſus creditum T. de T. & ad majorem cautelam Curiæ, & partis dedit, & poſuit in ejus fidejuſſorem Talem hic idem præſentem, qui Talis laicus, & ſine patre ſciens ad prædicta non teneri, ſed ſponte teneri volens fidejuſſit pro eo, & ſe inſolidum obligavit ad omnia, & ſingula ſupradicta in qualibet parte judicii, & ad omnem ordinem, & in caſu contrario de ſuis teneri voluit, & proinde tam prædictus Principalis, quam præfatus fidejuſſor obligaverunt ſeipſos inſolidum, & bona ſua omnia mihi ſubſcripto Actuario præſenti, &c. cum poteſtate capiendi, &c. conſtitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. juraverunt, &c.

Io T. de T. principale mi obbligo, ut ſupra.

Io T. de T. pleggio, mi ubbligo, ut ſupra.

Io T. de T. ſono teſtimonio, e conoſco li ſupraddetti obbligati.

Io T. de T. ſono teſtimonio, e conoſco li ſopraddetti obbligati.

Talis Gubernator.

T. de T. Actuarius ſi pulavit, &c.

16 Porrecto libello, præſentato reſcripto abſolutionis a juramento, & præſtita fidejuſſione, modo quo ſupra, expediatur monitio, ſive citatio ad comparendum, & dicendum quicquid adverſus petitam præventionem, & quare ea fieri, & exequi non debeat, & intimato creditore prævento, ſi nullam opponat ſubſiſtentem excluſionem, tunc interponatur decretum tenoris ſequentis v3.

17 Die &c. menſis &c. anno 1696. Per Curiam T. Civitatis proviſum, & decretum eſt, quod ſtante præventione legitime facta per Talem de Tale adverſus Talem de Tale prætenſum creditorem ſuperſederi debeat in liquidatione, ſeu præſentatione inſtrumenti per dictum creditorem liquidandi, donec fuerit finita cauſſa dictæ præventionis, hoc ſuum, & intimetur, & expediatur ſalvaguardia in forma.

Talis Iudex.

Proviſum die quo ſupra in Tali Civitate, Curia, &c.

Talis Act.

Et ſalvaguardia expeditur cum inſerta forma dicti decreti.

18 Quo decreto intimato debitor inſtat impartiri terminum in cauſſa, & dato termino ad probandum, expediuntur citationes ad teſtes utrique parti, & examinatis teſtibus fit publicatio, concluſio, (*hæc autem hodie ex nova Conſtit. omittenda*) & monitis partibus fit demum ſententia juxta merita probatorum; Nam ſi debitor probavit ſuam allegatam exceptionem, nullitatem, aut alium defectum, interponitur ſententia abſolutoria, v3.

In Dei nomine. Amen.

19 In cauſſa præventionis petitæ in hac Curia Civitatis Talis per N.N. adverſus creditum Talis de Tale vigore liquidi inſtrumenti duc. tot rogati manu Talis Notarii, ut ex actis.

Die &c. menſis &c. 1696. &c. Viſa petitione dicti T. debitoris, abſolutione a juramento, & fidejuſſione præſtita, ac Teſtium depoſitionibus, & omnibus actis, partibus monitis, & auditis per Curiam T. Civitatis Chriſti nomine repetito proviſum, & decretum eſt, dictum Talem abſolvendum, & liberandum eſſe a debito prædicto, & amplius non moleſtandum, prout præſenti diffinitivo decreto abſolvi, liberari, & amplius non moleſtari mandatur, & ita, &c. & intimetur.

T. Gub. & Iud.

Lectum latum, &c. *T. Act.*

Si vero præveniens non probaverit, condemnabitur ad debitum, & ad pœnam per ſententiam tenoris ſequentis, ut infra.

20 Vel poteſt fieri alio modo, v3. ſtatim præſentato libello, fit decretum tenoris, v3.

Die &c.

Per Curiam fuit proviſum, quod præſtita cautione de ſolvendo debitum, & pœnam ſervata forma Reg. Pragm. in biduo capiatur informatio ſuper allegata ſatisfactione, & in eodem termino conventus exhibeat apocas, qua cautione præſtita non moleſtetur comparens pro ſumma in obligationibus, vel apocis contenta hoc ſuum, &c. intimetur, & expediatur ſalvaguardia in forma.

Et quando præventio fit coram Judice ſuperiore, ſolet fieri alio modo, v3.

Fuit proviſum, quod præſtita cautione de ſolvendo debitum, & pœnam, mandetur omnibus Actuariis, & Scribis, quod non procedant ad verificationem apocæ prædictæ, necnon conventus exhibeat apocam penes acta, & comparens non moleſtetur, donec aliter fuerit proviſum, hoc ſuum &c. quod intimetur, & expediatur ſalvaguardia in forma.

Hæ duæ ultimæ formulæ traduntur per *D. de Luca ad Franch. obſerv. 670. num. 4.* ex *Anichin. & Caſar. qd. 45. num. 5.*

21 Hic adverte, quod *Viſcont. in ſuis conclu. verb. debitor, qui ſuum creditorem vult prævenire*, concludit, ut fidejuſſio præſtetur, non ſolum de ſolvendo debitum, & pœnam duc. 60. ſed etiam de ſe præſentando tempore publicationis, & dicit, ſic ſervari in omnibus Curiis Regni, & licet dicta practica impugnetur a *Muſcat. de fidejuſſ. mod. 4.* tamen non licet recedere a dicta communi practica, qua M C. & omnes aliæ Curiæ utuntur, adeo quod omiſſio fidejuſſionis modo quo ſupra annullat præventionem.

Sed pace ſua *Muſcat.* bene dixit, quod non requiritur fidejuſſio de ſe præſentando tempore publicationis, ſed requiritur tantum fidejuſſio de ſolvendo debitum, & uncias decem pro pœna, ſi præveniens ſuccubuerit; Quia *Prag. un. de præv.* ita ſtatuit. & licet ſubjungat, ut ſervetur *Ritus*, qui providet, ut tempore publicationis præveniens principaliter compareat, tamen ſi non comparet Curia ſedente vocatus, condemnatur ad debitum, & pœnam, ut ibi, & propterea cave a *d. Viſcont.* quia nec *Maſc.* nec *Carav.* nec alii ab ipſo citati ſomniarunt requiri d. fidejuſſionem de ſe præſentando, ſed tantũ fidejuſſionem de ſolvendo debitum, & pœnam, juxta pract. datam a *Muſc. in d. mod. 4. de fidejuſſ.*

dejuſſ. quem ſequitur *Gal.in 3. par. ſecundæ partis, rubrica fuerit ab eo præventus num.10.fol.154.*

Sed revera ponderando verba *d.Prag.* quæ ſtatuit, ut ſervetur *Ritus*, per quem providetur, ut debitor debeat principaliter comparere tempore publicationis, ut poſſit detineri; teneo, quod ſi creditor opponit, quod caveat debitor de ſe præſentando, alias nulla habeatur ratio de præventione, tunc intimato creditore, certe cogitur debitor fidejubere, & in hoc caſu bene procedit opinio *Troyſii ſuper d.Pragm. an. de præventat. Giurba*, & aliorum tenentium, quod fidejuſſio non debeat præſtari, niſi petatur a creditore, quod procedat dicta opinio in hac fidejuſſione, quæ non requiritur pro forma præventionis, ſed pro obſervantia dictæ *Pragm.* quæ ſtatuit per verbum, *debet*; quod neceſſitatem importat, ut detineri poſſit de perſona.

Et ſi non petatur a creditore, tunc præventio bene procedit, quia *Ritus in d.Pragm.* citatus non reperitur impreſſus, & colligitur, quod ante *d.Pragm.* ex *d.Ritu* cogebatur debitor ſe præſentare poſt publicationem proceſſus, ſed *Pragm.* confirmavit obſervantiam *d.Ritus*, & adduxit pro forma, quod ultra præſentationem perſonalem requiſitam ex *Ritu* prædicto adhibeatur alia major ſecuritas pro creditore prævento, nempe, ut ſolvat pœnam duc 60.& pro ſolutione tam pœnæ, quam debiti præſtet fidejuſſorem cum conditione; quod niſi præſtetur fidejuſſio prædicta, a nullo poſſit fieri præventio.

Ex his concluditur, quod fidejuſſio de ſolvendo debitum, & pœnam, niſi præſtetur, non juvabit præventio, etiam creditore non petente, ſed fidejuſſio de ſe præſentando tempore publicationis, creditore non petente, poteſt omitti, ſed petente creditore omnino præſtari debet, & ita credo eſſe bene conciliatas opiniones contrarias in Præludio relatas, & ideo apud *Nicolin. forma fidejuſſionis in judicio præventionis*; eſt non ſolum de ſolvendo debitum, & pœnam; ſed de ſe præſentando, & ſic faciunt cauti Advocati, & non expectant, ut creditor hoc opponat, ſed a principio fidejuberi faciunt de ſe præſentando.

22 Ampliatur, ut dicta fidejuſſio non poſſit evitari, etiam a debitore divite; *Galeer. ubi ſupr. in 3.p.2.par. rubr. fuerit ab eo præventus num.17.fol.271.* poſt *Caravit. rit.189. Gravin. par.4.decl.19.*

Adeo quod ſi non inveniat fidejuſſorem, non admittitur præventio.

Verum poteſt offerre fidejuſſorem in alia Civitate, & impetrare a Judice præventionis, ut committat Officiali alterius loci, qui illos idoneos ejus nomine recipiat, & fidejuſſionem ad locum Judicii tranſmittat, dummodo hoc fiat, antequam eitetur creditor ſuper præventione, quia poſtea extra locum præſtari non poteſt; *Afflict. dec.137. Robert. conſid.4. num.59. Frecc. part.9.qu.4. Galeer. ubi ſupr.*

Et dummodo committatur intra Regnum, & non extra, id eſt ſub eodem Rege, *Galeer. ubi ſupr. ex Maſcat. in part.3. gloſ. expenſis num.55. Afflict. d.dec.137. in fin.* Intellige de Trib. Suprem. qui habent poteſtatem ſuper omnibus Civitatibus Regni.

23 Sed in Curiis Baronalibus non committitur, niſi ſit intra eandem Baroniam i. ſub eodem Barone, alias peſſima fieret creditoris conditio propter difficultatem tales fidejuſſores in foro alterius Baronis conveniendi, ex traditis per *Staiban. reſol.25.num.4.*

Nam alterius juriſdictionis defenſor non admittitur, quia idoneus non eſt, *gloſ. in l.neque fœmina, verſ. non poteſt*, quam *Bald.* ſingularem putat, *ff. de procurat.*

24 Præventio ſi fiat a Clerico in curia ſeculari, ibi debet præſtare cautionem de ſolvendo, ut ſupra, ita *Mirad. dec.4. Novar. collect.193. num.4.*

Verum Clericus non præſtat cautionem pro pœna, ſed tantum pro debito, ut ſupra, quia non ligatur dicto ſtatuto laicali, ita *de Maria. lib.2. reſ.74. num.12. ex d.deciſ. Mirad. ſupra allegat.* & ex *Rovit. ſuper Pragm. de prævent. moder. nu.10. Petra rit.168. num.10. Scopp. ad Nicolin. fol.82. num.420.*

Nam præveniens ſequitur forum creditoris, quia in cauſſa præventionis creditor dicitur reus, *Caravit. rit.190. DD. apud Afflict. dec.137. Gall. opp. part.2. cap.7. num.57. in fine*, & in antiqua *impreſſ. part.2. cap.22. num.40.*

25 *Form. præventionis in Trib. ſuperiori pro obtinendis proviſionibus inhibitorialibus, ne Curia inferior procedat ad liquidationem inſtrumenti.*

In M.C.V. vel in R. Aud. reverenter exponitur pro parte T. dicentis, qualiter mediante publico inſtrumento confecto per manus T. Notarii in anno T. ſe obligavit ſolvere T. de T. duc. tot.

Et quia dictus creditor poſt dicti Inſtrumenti ſtipulationem hæreditatem adivit qu. T. debitoris in duc. tot ipſius exponentis ex tali cauſſa, & intendit cum dicto creditore compenſare: Ad eandem M. C. recurrit per viam præventionis, & omni alio meliori modo petit dictam compenſationem admitti, & dictum creditorem cogi ad caſſandum inſtrumentum prædictum, ipſumque non moleſtari vigore ipſius, offerens cautionem in T. Terra, quia in hac Civitate non habet, & pro capienda dicta fidejuſſione nomine ipſius M. C. petit debitas expediri commiſſiones proviſionales, qua fidejuſſione capta provideri, quod non moleſtetur, lite præventionis prædictæ pendente, exhibendo in promptu ad majorem cautelam abſolutionem a juramento, & interim pendente fidejuſſione præſtanda per alios dies non moleſtari, & ita inſtat, & omni alio meliori modo.

Et expeditis proviſionibus inhibitorialibus, quod nomine M.C., Curia inferior recipiat idoneam fidejuſſoriam cautionem, eamque receptam ad dictam M. C. tranſmittat infra dies tot, vel quam citius, & pendente dictæ præventionis lite minime procedant ad inſtantiam creditorum ad liquidationem dicti inſtrumenti, quantumvis liquidi contra debitorem.

Tunc Curia inferior recipiat idoneam fidejuſſionem, cujus formula eſt tenoris, vz.

26 Die &c. In Curia T. Terræ principaliter Conſtituti T. de T. & T. de T. ſponte, & non vi, &c. promiſerunt in forma Juris valida, ſtante præventione in M.C.V., vel in Reg. Audientia, aut in T. Terra præſentata ſolvere quicquid, & omne totum ad quod fuerint condemnati ex cauſſa in dicta præventione contenta cum T. creditore, occaſione, ut in ea; Necnon quilibet ipſorum promiſit ſe præſentare tempore publicationis proceſſus in cauſſa dictæ præventionis, & ſolvere pœnam unciarum aur. decem Curiæ, caſu quo venerint condemnati, juxta formam Regiæ Pragmaticæ, & ad majorem cautelam partis, & Curiæ dederunt in eorum fidejuſſorem T. de T. qui licet ſciat ſe ad prædicta non teneri, tamen teneri voluit inſolidum cum dictis principalibus proprio, privato, & principali nomine; quod ſupradicti principales prædicta omnia adimplebunt, & in caſu contrario de ſuis teneri voluit, & proinde tam prædicti principales, quam prædictus fidejuſſor obligaverint ſe ipſos, & quemlibet ipſorum inſolidum, & bona ſua omnia, &c. mihi ſubſcripto Actuario præſenti, &c. cum poteſtate capiendi, &c. conſtitutione precarii, &c. renunciaverunt, &c. juraverunt, &c.

Qui ſi firmano dell'iſteſſo modo, come ſta ſotto ſcritto nella pleggiaria della prima forma, ſolo il Maſtrod'Atti firmerà diverſo modo, vz.

In

Digitized by Google

Ita eſt, & in fidem ego T. ordinarius Actuarius dictæ Curiæ cum præſentia, & aſſiſtentia ſupraſcripti Domini Gubernatoris præſentem fidejuſſionem recepi, & ſtipulavi, juxta formam proviſionum T. Tribunalis, vel T. Curiæ, & hic me ſubſcripſi.

Hæc formula deſumpta eſt a *Nicolino t.172. fol.78.*

27 *Form. ſententiæ, quando præveniens non probavit, & condemnatur.*

In Dei nomine Amen.

In cauſſa præventionis, &c.

Die, &c. menſis, &c. anni, &c.

Viſo libello per talem debitorem præſentato cum juramenti abſolutione, ac fidejuſſione præſtita, viſo denique toto proceſſu, & viſis, & conſideratis omnibus in jure, & in facto videndis, & conſiderandis, per Curiam T. Civitatis Chriſti nomine repetito, fuit proviſum, & decretum, dictum T. debitorem obnoxium eſſe, & teneri ad ſolvendum dicto T. creditori duc. tot vigore publici, & liquidi inſtrumenti, rogati manu T. Notarii ſub die, &c. & proinde eſſe exequendum realiter, & perſonaliter, tam contra dictum principalem, quam contra T. de T. ejus fidejuſſorem, tam pro ſumma duc. tot debita vigore præfati inſtrumenti ad dictum T. creditorem, quam pro pœna duc. ſexaginta ad ipſam Curiam, ſervata forma fidejuſſionis præſtitæ penes acta, & ita hanc ſuam interponit ſententiam, quæ intimetur.

T. Gub. & Judex.

Lecta lata, &c.

T. Act.

Form. libelli præventionis.

28 Die duodecima menſis Aprilis milleſimo ſexconteſimo, octuageſimo quinto. Neap. Præſentata per Illuſtrem D. Joannem Baptiſtam Valdetaro Marchionem Rocchettæ, & D. Benedictum Valdetaro.

De Ardia Act.

Nella G. C. della V. compariſcono D. Gio: Battiſta Valdetaro Marcheſe della Rocchetta, e D. Benedetto Valdetaro, e dicono, come a 18. Settembre 1682. promiſero pagare al Mag. Giuſeppe Ceſareo doc. cinquecento in ſoddisfazione di ſimil ſumma, che detto Ceſareo aſſeri dover conſeguire dal qu. Geronimo Valdetaro loro padre, per pigione della caſa di detto Ceſareo ſita vicino la Chieſa Maggiore di S. Paolo, quali promiſero pagarli in queſto modo, cioè docati ducento a 4. Maggio 1684. & altri doc. ducento a 4. Maggio 1685. e li reſtanti doc. cento a 4. Novembre del detto anno 1685. come appare dalla detta poliſa, alla quale impugnative ſi abbia relazione; ed all'incontro detto Magn. Giuſeppe Ceſario eodem die dichiarò, e promiſe eſimere eſſi comparenti indenni, ed illeſi dal promeſſo pagamento di detti doc. cinquecento da qualſivoglia moleſtia forſi inferenda da qualche creditore ſopra det. caſa, ed anche promiſe eſcomputarli docati cento pagati per detto qu. Geronimo al Dott. Gio: Battiſta Giacobbe creditore ſopra detta caſa, allora quando coſterà, che detto Dottor Gio: Battiſta ſii creditore ſopra detta caſa, e perchè il d. qu. Geronimo pagò al detto Dottor Gio: Battiſta docati cento in virtù di decreto del S. C. quale in promptu ſi produce, ed anche altri docati cento hanno pagati eſſi comparenti ad Angela Nola per cauſa delli pigioni compreſi in detto affitto di detta caſa per la camera di detta Angela Nola contenuta in eſſa, quando affittò detto qu. Geronimo, che perciò ricorrono ad eſſa G. C. e fanno iſtanza ordinarſi, che per li detti docati ducento, ut ſupr. pagati alli detti Dott. Gio: Battiſta Giacobbe, ed Angela Nola non ſiino moleſtati da detto Giuſeppe in virtù di detta poliſa, li quali li poſſano ritenere nella ſeconda tanda maturanda a 4. Maggio 1685. ſtante, che già pagarono la prima tanda maturata a 4. Maggio 1684. conforme appare dalla partita di Banco, e eſſendo però pronti advenientino li 4. di Novembre di detto anno 1685. pagare li reſtanti doc. cento per complimento di detti docati cinquecento, e frattanto ſi proteſtano d'ogni danno, ſpeſe, ed intereſſe, contro detto Giuſeppe, omni meliori modo, &c. & intanto fanno anche iſtanza ordinarſi al det. Magnifico Giuſeppe, che eſibiſca detta poliſa nella preſente Banca, e che non proceda alla verificazione di quella, nè moleſti eſſi comparenti in aliena Banca, opponendo tutte le ſopradette eccezioni, etiam per viam præventionis formiter, che perciò fanno anche iſtanza ordinarſi a tutti li Magn. Maſtro d'Atti, Attuarj, e Scrivani di detta Gran Corte, che non procedano alla verificazione di detto poliſa, nè ad atto alcuno contro detti comparenti, e così dicono, e fanno iſtanza provederſi, omni modo meliori.

29 Die 12. Aprilis 1685. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. domi fuit proviſum, & decretum, quod moneantur partes ad audiendam proviſionem faciendam ſuper petitis, & interim, præſtita cautione de ſolvendo debitum, & pœnam contentam in Regia Pragmatica in caſu ſuccumbentiæ, ad omnem ordinem M. C. V. ſive Domini Cauſſæ Commiſſarii, Magiſtri Actorum, Magiſtri Actuarii ipſius Magn. Cur. non procedant ad verificationem enunciatæ apocæ pro ſumma ducatorum biſcentum ad inſtantiam Mag. Joſephi Ceſario, qui infra dies duos exhibeat apocam prædictam penes acta præſentis cauſſæ, alias, &c. Dummodo non ceſſerit dies ſolutionis, & reluctante Actuario præſentis cauſſæ, cautio prædicta capiatur per alium Actuarium hoc ſuum &c.

Meſſia. Margionus Act.

A dì 14. d'Aprile 1685. Nap. Io Coſmo d'Aleſſandro Portiero di Vicaria ho notificato tutti li Mag. Maſtro d'Atti, Attuarj, e Scrivani di Vicaria civile perſonaliter, e laſciateli le cartelle, preſenti per teſtimonj Domenico Grimaldo, e Gio: Battiſta Viſcardo, ed altri, come anco ho notificato il Mag. Giuſeppe Ceſario perſonaliter, e laſciatali copia.

30 Die 12. Aprilis 1685. Neap. Conſtituti penes acta M. C. V. Ill. D. Jo: Baptiſta Valdataro Marchio Rocchettæ, & D. Benedictus Valdataro germani fratres commorantes ſopra Ponte Cuorvo in domibus propriis, prout juraverunt, ſponte, &c. Pro obſervantia decreti per Dominum Judicem Meſſiam hodie præſenti die in Banca Mag. Ardiæ, ſtante ejus renunciatione, promiſerunt, & ſe ipſos inſolidum obligaverunt ſtare juri cum Mag. Joſepho Ceſario, eique ſolvere quicquid fuerit judicatum per M. C. V. ſive Dominum Cauſſæ Commiſſarium, reſpectu ducatorum biſcentum debitorum d. Joſeph vigore apocæ Banci, & pœnam contentam in Regia Pragmatica in beneficium Regii Fiſci in caſu ſuccumbentiæ ad omnem ordinem M. C. V. ſive domini cauſſæ Commiſſarii, ſervata forma decreti prædicti, & pro eis modo, & forma prædicta inſolidum fidejuſſit Dominicus Jovino de Terra Ottajani ad præſens hic Neap. commorans in ſupradicto loco, & domibus, prout juravit vivere del ſuo, ibidem præſens, ſponte fidejubens, & inſolidum ſe obligavit, & proinde obligaverunt ſe ipſos inſolidum, bona eorum omnia ad pœnam dupli, cum poteſtate capiendi, conſtitutione precarii, & ſic renunciaverunt, & juraverunt in forma. Margionus cum ſubſcriptionibus, ut in beſtardello, meliori collatione ſemper ſalva.

Julianus Margionus Act.

31 Die 4. Maii 1685. Neap. Pro Mag. Joſeph Ceſario.

De Ardia.

Nella G. C. della V. compare Giuſeppe Ceſario, e dice, come eſſendo remaſto a conſeguire dal Marcheſe della Rocchetta, e D. Benedetto Valdataro doc.

500.

500. per cauſa del pigione della ſua caſa, detti Sig. Fratelli li ſerno poliſa Bancale inſolidum pagabile in più tande, & eſſendo già maturata la ſeconda tanda di doc.200.ſi è ritrovata ſatta nulliter, cum rev., una aſſerta prevenzione avverſo detta poliſa, e perchè nè per ordine, nè per giuſtizia detta prevenzione può aver luogo, che perciò ricorre in eſſa G.C. e ſa iſtanza ordinarſi, che ſi ſpediſcano le lettere eſecutoriali realiter, & perſonaliter, e ſervata la forma della Prammatica contro detti Signori Fratelli inſolidum per detta ſeconda tanda importante doc.200., atteſo l'altri doc.cento ſi devono al comparente per la terza tanda, giuſta la poliſa fra ſei meſi, e così dice pro nunc, citra præjudicium &c. con proteſta di tutti i danni, ſpeſe, ed intereſſe, omni, &c.

Ordine Domini Meſſiæ Judicis M.C.Vic. citetur ex adverſo Procurator, quatenus prima die juridica cum continuatione compareat coram eo ad dicendum, quicquid voluerit, &c. quoniam intendit providere ſuper petitis. Neap. die quarta Maii 1685.

De Ardia Act.

Inſtant intimari ſuum Procuratorem in actis conſtitutum, gaviſo biduo, alias de nullitate dicunt, reſervando alia jura, & inſtant declarari cum juramento, ii Camera, quæ erat locata ab ipſo Ceſario Domino Hyeronimo Valdataro, erat in membris domus locatæ, & de quantitate recepta per ipſum Joſephum, alias de nullitate &c. reſervando alia jura.

A dì 4. Maggio 1685. Io Coſmo d'Aleſſandro Portiero di Vic. ho notificato il Signor Marcheſe della Rocchetta, ed il Signor D. Benedetto Valdataro principaliter.

A dì 10. Maggio 1685. Io Coſmo d'Aleſſandro Portiero di Vicaria ho notificato il Dottor Giuſeppe Jannuccio perſonaliter, e laſciatoli copia, &c.

32 Banco del S. Monte della Pietà pagarete per noi infraſcritti al Sig. Giuſeppe Ceſareo doc. cinquecento correnti, e ſono per reſto, e complimento di tutti li pigioni paſſati, e per inſino alli quattro del venturo meſe di Maggio dell'entrante anno 1683. del Palazzo di detto Signor Giuſeppe ſito nella ſtrada di Montagna, e proprio nel vico, dove ſi va alla Chieſa di S. Paolo, nel quale abbiamo noi inſolidum con il qu. Dottor Sig. Geronimo Valdataro noſtro comune padre abitato per tutto il tempo paſſato, e noi abiteremo per ſino a dì 4. Maggio venturo, renunciando eſpreſſamente a qualunque eccezione, & ſignanter all'eccezione del beneficio della pazienza non preſtita; e detto pagamento lo farete a docati 200. l'anno, che ſono fra due anni, e mezzo, che ſi ha da fare detto pagamento, ed incominciare a fare il primo pagamento de' doc. 200. nella fine di un'anno numerando dalli quattro di Maggio venturo dell'entrante anno 1683., e così continuare ſino a detta intiera ſoddisfazione di detti doc. 500. in pace, e ſenza replica, nè eccezione, renunciando eſpreſſamente a qualunque prevenzione anco liquida, ed anco al beneficio della legge, ed inventario, e deciſione delle quattro Rote del S.R.C. ed a tutte altre leggi dittantino a noſtro beneficio; ſtante che vogliamo eſſer tenuti de proprio, per haverceli da ritenere a noſtro favore dall'eredità di detto qu. Dottor Geronimo noſtro Padre, & anche perchè noi abiteremo ſino a detto tempo, &c. e mancando da detto pagamento per ciaſcuna paga, la preſente poliſa ſi poſſa incuſare contra di noi per quella paga, che ſi mancherà inſolidum, e ciaſcheduno di noi inſolidum nella G.C. della Vic. ed in qualunque altro Tribunale, e per citazione delle noſtre perſone deſignamo la Curia del ſottoſcritto Notaro ſita avanti la porta picciola di S. Lorenzo; e per oſſervanza delle coſe predette obbligamo noi, noſtri eredi, e ſucceſſori, e beni tutti inſolidum, e ciaſcheduno di noi inſolidum, preſenti, e futuri, con lo coſtituto, e precario, juramento in forma. Nap. li 18. di Settembre 1682.

Gio: Battiſta Valdataro Marcheſe della Rocchetta.
D. Benedetto Valdataro mi obbligo, ut ſupra.
Io Filippo Meſſini ſono teſtimonio.
Io Andrea Ruſſo ſono teſtimonio.
Io Antonio Moſca ſono teſtimonio.
Io Gennaro Cirillo ſono teſtimonio.

Fo fede, che le retroſeritte ſottoſcrizioni ſono di mano di d. Sig. Marcheſe della Rocchetta D. Gio: Batiſta Valdataro, e D. Benedetto Valdataro fratelli, e delli predetti teſtimonj, & in fidem, &c.

Not. Antonio Cirillo.
Locus Signi, &c.

A dì 21. di Aprile 1684. ſi ſono pagati per Banco di S. Giacomo doc. cento ſettanta a complimento di docati cento ottanta ſei, conforme canta la partita del Banco predetto a detto di girata; alla quale s'abbia relazione, della quale partita, e girata ne ho fatto fede in piedi di quella.

Not. Cirillo.

Die 4. Maii 1685. Neap. Per Magnif. Joſeph Ceſario perſonaliter cum poteſtate relaxandi copiam.

De Ardia &c.

Salva meliori collatione, præſentanti reſtituto.

De Ardia Act. Mag.

Io Giuſeppe Ceſario ho ricevuto l'originale della ſopradetta copia.

In cauſa Mag. Joſephi Ceſareo ex una, cum Ill. D. Jo: Baptiſta Valdataro Marchione Rocchettæ, & D. Benedicto Valdataro ex altera, ut in actis.

33 Die 18. Maii 1685. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. viſis petitione fol. 5. apoca originali ducatorum quingentum facta per Ill. Marchionem Rocchettæ D. Jo: Baptiſta, & D. Benedictum Valdataro ſub die 18. Septembris 1682. in qua fuit renunciatum præventioni, fuit proviſum, & decretum, quod ſtante acceptatione dictæ apocæ facta in petitione præſentata fol. 1. expediantur litteræ executoriales ad faciendum depoſitum pro duc. biſcentum, non obſtante præventione facta fol. 1. ater. quo depoſito facto providebitur ſuper aliis petitis in dicta petitione fol. 1. hoc ſuum, &c. & intimetur. *Meſſia.*

Ardia Act. Mag.

34 *Form. comparitionis adverſus præventionem.*

In Curia T. Civitatis comparet T. aſſerens ſeipſum locaſſe molendinum, &c. T. de T. conductori pro ducatis tot quolibet anno in T. menſe ſolvendis per triennium, cum promiſſione ſolvendi tertiatim, mediante publico, & liquido inſtrumento, rogato manu Notarii Angeli Cinelli Laurini Plagenarum; & cum ipſe exponens creditor ſit ultimæ tertiæ, debitor ad dilatandam ſolutionem inſtituit judicium præventionis in hac eadem Curia, non advertens, quod jam eſt incurſus in perjurium, non obſtante habilitatione a juramento impetrata, & in actis præſentata, dum dicta abſolutio non extenditur ad juramentum præſtitum ſuper renunciatione præventionis, & juramentum de non impetranda abſolutione, & ea impetrata non uti, ac etiam quia venit, & ceſſit jam dies ſolutionis, & ob adventum dicti diei effectus eſt perjurus, a quo perjurio non poterat habilitari, & tamquam perjurus non debet audiri, ideo in promptu præſentando inſtrumentum liquidum cum renunciatione præventionis, petit dictum præveniententem non audiri, & quod præventione prædicta non obſtante, liceat exponenti procedere contra dictum debitorem ad liquidationem inſtrumenti præſentati, vel ad accuſationem obligationis liquidæ penes acta in forma, & non ſolum contra ipſum principalem,

Digitized by Google

ſed etiam contra ejus fidejuſſorem, iſto, & omni alio meliori modo,&c.

35 Expeditur monitio, & partibus monitis, & auditis interponitur ſententia, quod ſtante renunciatione præventionis, facta in inſtrumento affectus præſentato, vel in obligatione penes acta, &c. procedatur in cauſſa de juſtitia, ſervata forma inſtrumenti, vel obligationis penes acta contra T. principalem, & fidejuſſorem, præventione per dictum Talem debitorem facta non obſtante.

Quo decreto intimato,ſtatim,ex quo ceſſit dies ſolutionis,ſive,appellat, ſive non appellat,proceditur ad liquidationem inſtrumenti, vel accuſationem obligationis.

36 Præventionis exceptio in prima inſtantia tantùm ſuſpendit liquidationem inſtrumenti, aut viam executivam; Sed poſt ſententiam in cauſſa præventionis ſi appelletur, & cauſſa introducatur ad Tribunal ſuperius, non amplius ſuperſedendum eſt in liquidatione, & appellatione non obſtante liquidatur,& non auditur debitor, niſi in vinculis, vel facto depoſito, *Muſcat.in pract. fidejuſſ.2.p.qu.8.num.29. & 30.* ubi *Prat.,Gallup.p.2.c.7.num.257.Galter.in pract.inſt.3.p.2.princip.rub.2.num.24.*& ratio eſt, quia in tantum ſuſpenditur liquidatio, & via executiva, in quantum fundatur præventio in fidejuſſione de ſolvendo, ut dictum eſt ſupra, juxta *Prag.unic.de prævent.moder.*

37 At fidejuſſio non durat pro ſecunda inſtantia, ſed manet extincta per appellationem, *l.cum apud Sempronium 20. ff. Judicat. ſolvi*, quo fit, ut liquidationem impedire non poſſit, verum ſi fidejuſſio acciperetur ab Actuario talibus clauſulis, & caute, ut duret etiam pro ſecunda inſtantia, ut notatur in *d. l. cum apud in fine*, tunc dicta exceptio præventionis duraret etiam poſt appellationem, ita *Carlev.lib.1.tit.3.diſp.14.num.21.*

38 Præventio non juvat, & locum non habet, ſi tempore contractus fuit renunciatum præventioni,etiamſi impetretur abſolutio, ſeu relaxatio juramenti,tunc enim præventione non obſtante, creditor agit executive, *Carav.rit.168.Gallup.p.2.cap.7.num.57. Franch.deciſ.670.& Ricc.in addit.ibid.& coll.152.& 460. Carrab. ſing.186.Novar. collect.193. Galter.3.par.2.princip.rubr.2.num.27.& 28.* & ratio eſt,quia

39 Abſolutio juramenti, ſive relaxatio ſolum operatur, ut poſſit abſque perjurio agere, & non quod contractus ſuas amittat vires, nam jus ſemper manet integrum. ad beneficium creditoris, ita *Carlev. lib. 1. tit.3.diſp.14.num.10. Staiban. reſol.31. D.Conſ.Petra rit.168.*

Et renunciatio, quæ fit in contractu ſine juramento, valet, quia pacta ſunt ſervanda, & ita deciſum refert *D.Conſ.Petra d.rit.168.num.7.anno* 1659. ubi debitor oppoſuit, non fuiſſe præventioni renunciatum cum juramento, nec adfuiſſe tactus ſcripturæ, nec invocationem divini nominis, aut alterius rei ſacræ, & in Sac.Conſ.fuit deciſum, oppoſitis non obſtantibus, & præventione in nihilo refragante, quod non audiatur debitor, niſi in vinculis, vel facto depoſito.

40 Et renunciatio in genere nil operatur, quia præventioni debet renunciari in ſpecie, *Gallup.ubi ſupr. Decius conſ.195.Nicolin. fol.79.nu.126.*ex *Urſil.dec.387.num.2. De Franch.dec.670.* Qui tamen *Urſill. & Franch.*hoc non dicunt; Imo quod renunciatio præventionis omiſſa in inſtrumento cenſeatur appoſita cum clauſula de ſtylo Notarii, tenet *D. Petra rit.168.num.4.ex Amato*, & aliis ibi, quam concluſionem *de Luca* explicat, ut ſit vera ſub illa generali clauſula, *renunciaverunt, &c.* quando conſtaret de ſtylo ſolito Notarii illam extendentis, & propterea in apoca Banci non ſufficit generaliter, niſi expreſſe renuncietur præventioni, quia ibi ceſſat dictus ſtylus, quo Notarii utuntur in inſtrumento, ita *de Luca ubi ſupr.*

41 Sed *Dom.Scop.ad d.Nicol.* dicto loco diſtinguit, ut in exceptione, quæ ex ſui natura præventionem admittit, non obſtante pacto de non præveniendo, tunc non obſtante renunciatione præventio ſuum obtinet locum; juſtum enim non eſt, quod debitor excludatur a beneficio præventionis ob renunciationem, ubi ex ſui natura præventionis renunciatio ſaperet iniquitatem.

Et exemplificantur plures caſus; ut in obligatione facta ſine cauſſa.

Vel ubi obligata eſſet inhabilis perſona,

Vel in obligatione facta ob metum,

Vel in contractu ſimulato,

Vel in falſo inſtrumento,

Vel ſi præventus velit compenſare,

Vel ſi præveniens opponat exceptionem carentiæ, & incompetentiæ actionis, vel complementi non ſecuti,

Vel quod res non ſit libera,

Vel exceptionem evidentis nullitatis contractus, quæ conſtat ex facie inſtrumenti.

Tunc in ſimilibus caſibus renunciatio, & juramentum non impedit præventionem, ſed renunciatione jurata non obſtante, admittitur præventio, cum juramentum, & renunciatio non debeat eſſe vinculum iniquitatis, & in his caſibus intelligendus eſt *Brilla ad Conſuet.Neap.tit.16. num.213.* cum *Urſillo ad Afflict.deciſ.387.num.2.& de Franch.deciſ.670. num.3.* & aliis apud *d.Brill.& Petr.d.rit.*168.dicentibus,præventionem admitti, non obſtante præventionis renunciatione, nam dicti Auctores non ſic indiſtincte ſunt intelligendi,ſed cum diſtinctione, ut ſupra.

Nam renunciatio, & juramentum impedit præventionem calumnioſam, ut late *dict. D. Scop. & Anichin.de prævent.c.7.qu.2.num.9.*& alii ibi citati.

Et quod non obſtante renunciatione præventionis, præventio admittatur, quando exceptio eſſet notoria ex ventre inſtrumenti, & impediatur liquidatio tunc per præventionem, tenet *D.Conſ.Petra rit.168.num.4.*

Sed ego dico; ubi juraſſet debitor non uti beneficio præventionis,tunc juramentum non poteſt ſperni, ſed debet prius habilitari, alias eſſet perjurus, imo ſignanter debet abſolvi a præſata renunciatione præventionis, ut advertit *de Luca ad Franch. dec.670. in fin.ex Anich.cap.3.qu.2.num.12. & cap.7.qu.2.*

42 Et tactus ſcripturarum non eſt neceſſarius in juramentis non voluntariis, ut in contractibus,in quibus ſufficit jurare ſine ſcriptura, per *text.in cap.& ſi Chriſtus, de jure jurando*. In teſtibus, & aliis, qui coacte jurare debent, requiritur tactus ſcripturarum, ut *D.Scop.*in aureis, & utilibus ſuis operibus clariſſime docuit ad *Nicolinum fol.82. num.340.* cum *Dom. Petra in rit.168.num.5. & Ab.in c. Fraternitatis in fine de teſtib.* & aliis apud *Petram*. Alia de juramento a laicis, vel a Clericis præſtando, tam in contractibus, quam in judicio, late tradit *Roſarius Riccius Popoli meus filius in prax.Eccleſ.cap.35.*

Finis Tertii Tituli Quartæ Speciei.

QUAR-

QUARTUS TITULUS

De Ceſſione bonorum.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Ceſſionis bonorum eſt remedium miſerabile pro carceribus evitandis, num. 1.

Ceſſionis bonorum cauſæ quis ſit Iudex competens, n. 2.

Memorialis formula pro obtinendo reſcripto a Collaterali Conſilio, ut procedatur in cauſa ceſſionis bonorum, num. 3.

Libelli formula cum advertentiis in cauſſa ceſſionis bonorum, num. 4.

Decreti formula in cauſſa ceſſionis bonorum, & proviſio cum inſerta forma dicti decreti, cum advertentiis, num. 5.

Sententiæ formula in miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, num. 6.

Actus, qui fit per debitorem, cedo bonis, num. 7.

Salvaguardiæ formula ad beneficium debitoris, qui fecit actum, cedo bonis, num. 8.

„ *In actu ceſſionis ex nov. Conſtit. debet intervenire*
„ *Procurator Fiſci*, num. 9.

Clericus habet beneficium c. Odoardus, *& traditur ejus praxis*, num. 10.

Text. in c. Odoardus, *declaratur*, num. 11.

Beneficium, ut non teneatur debitor, niſi in quantum facere poteſt, competit quandoque etiam laicis, remiſſive, num. 12.

Ceſſione bonorum facta non poteſt carceratus detineri pro expenſis, num. 13.

Correctio Iuris veteris, & formularum antiquarum contra debitorem impoſentem, traditur, num. 14.

Debitor quomodo privatur dicto beneficio ceſſionis bonorum, & Clericus privatur beneficio c. Odoardus, *narrantur decem exceptiones*, num. 15.

Pragm. 4. & 5. *circa pileum viridis coloris, quem aſportare tenebatur cedens, hodie non ſunt in uſu*, num. 16.

1 Alius caſus, in quo debitor inſiſtit contra creditores ſuos, eſt, quando cedit bonis, quod remedium mirabile eſt debitori conceſſum pro carceribus evitandis, ut per *Text. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Novar. in tract. de dat. inſolut. ſect. 1. qu. 4.* Propterea hic Quartus Titulus merito ſequitur de Ceſſione bonorum.

2 Curiæ Baronales, aut quodcumque Regium Tribunal non poteſt procedere in judicio ceſſionis bonorum, quia hoc beneficium ad Principem ſpectat, & debet porrigi ſupplicatio ad Collaterale Conſilium, & ab eo obtineri reſcriptum in forma, ut poſſit cedere bonis ut advertit *Muſcat. in part. 3. gloſ. detinebitur num. 81.* & allegat *Afflict. in deciſ. 296. in fin. & 379. in principio, & Pragm. 2. de ceſſion. bonor.*

„ Hodie autem ſupplicationes porriguntur Regi,
„ qui aut per Regalem Cameram D. Claræ, quæ in lo-
„ cum Collat. Conſilii ſucceſſit, aut ut etiam ſervatum
„ vidi, per ipſam Secretariam Status gratiæ, & Juſtitiæ
„ reſcribit, ut admittatur debitor ſervata forma juris
„ ad beneficium ceſſionis.

Et reſcripta diriguntur ſemper ad M. C. V., imo ad ſolam M. C. ſpectare dixit *Novar. in qu. for. 224. num. 14. part. 1.* ex doctrina *Palom. de regim. offic. regul. 1. num. 139. Tappia in rubr. de ceſſ. bonor. lib. 4. Iurium Regni, Cancer. variar. reſol. part. 2. c. 9. de ceſſ. bonor.*

Et proinde, quod debeat obtineri ſpeciale reſcriptum a S. E., ejuſque Collaterali Conſ., ut dicta ceſſio poſſit fieri in quacumque Curia, vel in M. C. V. vel in T. Curia, & ut poſſit Curia Baronalis, vel Curiæ Reg. inferiores, aut Reg. Aud. procedere, ita *Mauſ. limit. 5. num. 22.* ex doctrina *Giurb. deciſ. 41. num. 2.* & ita ego video paſſim, & continuo practicari in hac M. C. V. ubi non ponit manus, niſi obtenta prius decretatione à Collaterali Conſilio. Et cavè à *Scial.* qui in *cap. 14. de for. compet.* dixit, quod Reg. Aud. & M. C. V. procedunt abſque reſcripto; nam hoc non ſervatur, ut latius dixi in *mea addit. ad Sarn. fol. 84. in §. 43. de ceſſ. bon.* ubi vide.

Et propterea nunquam, aut rariſſime accidit hoc Judicium in Curiis inferioribus, ſed frequenter in M. C., ſed ſi obtineatur reſcriptum, ut Talis Curia procedat, ubicumque fiat judicium ceſſionis bonorum, vel quinquennalis dilationis, creditor alterius fori, vel perſona privilegiata forum declinare non poteſt, *Tarta. l. cap. 1. num. 25. Calà de mod. art. gloſ. 4. §. 1. num. 94. Scial. ubi ſup. num. 1.*

Et ut nihil intactum relinquatur Tyronibus, de hoc quoque Judicio formulas dabimus.

3 *Form. Prima.*

Eccellentiſs. Sign.

T. de T. umilmente eſpone a V. E., come ſi ritrova carcerato nelle carceri della Corte di Evoli per molte quantità, che deve a diverſi ſuoi creditori, e non avendo modo di pagarli per la ſua eſtrema povertà, ricorre alle grazie di V. E. che ſi degni ammetterlo al beneficio della ceſſione de' beni, acciò non muora nelle carceri predette, e la ſupplica ordinare alla detta Corte d'Evoli, che l'ammetta a detto beneficio, e li ſpediſca ſalvaguardia in forma; Che il tutto lo riceverà da V. E. a grazia. quam Deus.

„ Nunc vero, ſicuti dicebatur: *Eccel. Signore*, &
„ in corpore *V. E.*, dicendum *Sacra Real Maeſtà, & V. M.*
„ & ſic infra, ſemper ac dicitur *reſcriptum per S. E. &*
„ *Collaterale Conſilium*, dici debet per S. M. *ejuſque*
„ *Regalem Cameram Divæ Claræ*; quod ſatis eſt, ne
„ eadem repetantur.

Et obtento reſcripto per Collaterale Conſ. præſentatur in Curia, hoc modo, v3.

4 Nella Corte della Terra di Evoli compare il T. de T. carcerato nelle carceri di eſſa ad iſtanza degli infraſcritti creditori, e preſentando il Regio Reſcritto in forma, fa iſtanza eſſer ammeſſo al miſerabile beneficio della ceſſione de' beni, cedendo tutti li ſuoi beni a' detti creditori, fa iſtanza ſe li ſpediſca ſalvaguardia in forma.

Nomi de' creditori ſono, v3.

T. di T. deve conſeguire docati t. per la T. cauſa.

T. di T. deve conſeguire, &c.

Nota delli beni, quali c. de a' ſuoi creditori, v3.

Una caſa palaziata al T. luogo fine &c.

Uno oliveto al T. luogo, fine T. &c.

Requiritur, ut debita confiteatur, & bona, quæ habet, demonſtret creditoribus, alias non auditur, & acta ceſſionis non valent, & ſi nil poſſideat, tunc ſufficit aſſerere in libello, quod intendit cedere omnia bona, *Papar. in prax. tit. 1. de ceſſ. bon. num. 9.* & ſcienter rem occultans non gaudet beneficio, *Pap. ubi ſupr. Brun. qu. 5. num. 2.* Et licet ceſſio bonorum operetur etiam quoad creditores non citatos, ut dicunt *Papar. tit. 1. de ceſſ. bon. num. 27. ex Guid. Pap. conſ. 124. Mauſ. lib. 1. limit. 5. n. 10. & 18. Muſcat. gloſ. detinebitur nu. 86. Gratian. tom. 3. diſcept. cap. 486. nu. 13.* tamen cauti Advocati faciunt omnes citare, & ſic erit tutius cliens.

Die &c.

5 Viſo reſcripto S. E. ac inſtantia T. de T. carcerati, Curia Terræ Eboli providet, quod reſcriptum, & inſtantia prædicta, ac omnia, & ſingula in eis contenta notificentur ſupraſcriptis ex adverſo creditoribus, quatenus prima die poſt &c. compareant coram nobis in hac Curia ad dicendum, quicquid adverſus petita, &c. & quare ea fieri, & exequi non debeant, quoniam, &c. alias &c. hoc ſuum, & expediatur citatio in forma.

T. Jud.

Proviſum &c.

T. Act.

Quod decretum non notificatur, ſed expeditur citatio cum inſerta forma retroſcriptæ comparitionis, & decreti prædicti, hoc modo, vȝ.

Carolus II. Dei Gratia Rex.

T. de T. Gubernator Terræ Eboli.

Juratis, & Servientibus noſtræ Curiæ, vel aliarum inſidelium &c. ſignificamus, qualiter fuit nobis præſentatum reſcriptum S.E. cum Regia decretatione per ejus Collaterale Conſilium, tenoris, vȝ.

(*inſeratur*). Et cum dicto Regio Reſcripto fuit nobis quoque præſentata comparitio, tenoris ſeq. vȝ.

(*inſeratur.*) Super qua fuit per nos, & noſtram Curiam interpoſitum decretum, tenoris ſequentis, vȝ.

(*inſeratur.*) Quibus quidem ſic inſertis inſtati fuimus de opportuna proviſione, ideo vobis, ut ſupra jam dictis dicimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam ſupradicti T. exponentis, ſive &c. præinſertum Regium Reſcriptum, petitionem, & decretum, & omnia in ea contenta intimetis, & notificetis infraſcriptis ex adverſo creditoribus, ipſoſque peremptorie citetis, quatenus prima die juridica, hora ſolita cauſſarum in dicta noſtra Curia legitime compareant ad dicendum, quicquid voluerint adverſus dictam petitionem, & cauſſam, quare contenta in ea fieri, & exequi non debeant, quoniam &c. alias &c. citetis, & referatis in forma. Dat. in Terra Eboli die &c.

T. Gubernator.

Nomina citandorum.

T. T. T. T. &c.

Fit ſummarium in calce folii, & Actuarius ſe ſubſcribit ſimiliter in calce folii, vȝ.

Citatio cum inſerta forma Regii Reſcripti adverſus creditores pro ceſſione bonorum, ut ſupra.

T. Act.

Et ubi creditores eſſent extra locum judicii; ubi legitur, *quare ea fieri, & exequi non debeant*, adjungas vȝ. Et ad conſtituendum Procuratorem hic in loco judicii degentem, cum quo legitime procedi poſſit ad omnes actus, uſq; ad diffinitivam ſententiam, & ipſius executionem incluſivè, quoniam, &c. alias, &c.

Qua citatione notificata, ſi creditores comparuerint, allegando exceptionem, per quam excluditur debitor a dicto beneficio, & petierit terminum ad illam verificandum, ſtatuitur brevis terminus, *Papar. in ſua prax. tit. 1. de ceſſ. bonor. nu.* 10. *fol.* 5. ex doctrina *Scagl. ſuper pragm. 3. de ceſſ. bonor. num.* 25.

At creditoribus non comparentibus, accuſantur contumaciæ in forma ſolita, & interponitur decretum tenoris, vȝ.

6 In Dei nomine. Amen.

In cauſſa petitionis miſerabilis beneficii ceſſionis bonorum per T. de T. carceratum in carceribus hujus Curiæ Eboli, & ſubſcriptos ex adverſo creditores fol. T. rubricatos.

Die, &c. menſis, &c.

Per Curiam Terræ Eboli, viſo reſcripto S.E. fol. T. T. expedito ſub die T. petitione dicti T. carcerati fol. T. partibus citatis, & auditis, proviſum eſt, quod d. T. carceratus in carceribus hujus Curiæ admittatur, prout admittitur ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, ſtante ceſſione ſuorum bonorum per ipſum facta ad beneficium ſubſcriptorum creditorum, dummodo non reperiatur obligatus ad ſervitia perſonalia, debita non ſint contracta intra annum, a dicto die T. quo fuit expeditum Regium Reſcriptum, & non ſint credita Neapolitanorum, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, & explicato actu, more ſolito per horam denudato capite, excarceretur, & expediatur ſalvaguardia in forma, hoc ſuum, &c.

Lectum latum, &c.

Verum ſi non comparent, tunc non dicitur, *Auditis*, ſed dicitur, *Viſis contumaciis legitime contractis.*

7 Quo decreto interpoſito fit actus, vȝ.

Die T. hora T. in Terra Eboli Curia ipſius Terræ pro Tribunali ſedente T. de T. ductus fuit per Servientes dictæ Curiæ a carceribus ejuſdem ſuper columnam erectam ante Palatium ipſius Curiæ, qui ſolutus a dictis Servientibus in ea aſcenſus, dum ibidem ſtetiſſet nudo capite per horam continuam, & vocatis omnibus ejus creditoribus T. de T. T. de T. &c. in actis deductis per T. ordinarium Juratum dictæ Curiæ alta voce more præconis, illis ceſſit omnia ejus bona, dicens, cedo dictis meis, & omnibus creditoribus omnia bona mea, qua hora jam elapſa per ampullinam ibi detentam, (vel pulſata alia hora) deſcendit a columna, & per eoſdem Servientes fuit ad carceres d. Curiæ iterum dimiſſus, & in fidem.

T. Act.

At ſi eſt nobilis, & ejus nobilitas conſtat per informationem, vel aliunde, actus non explicatur in Columna, ſed intra Aulam, vel intra aliquam Cameram, hoc modo, vȝ.

Die, &c.

T. de T. aſportatus vigore ſupradicti decreti lati per dictam Curiam Eboli a carceribus ejuſdem ante præſentiam Domini Gubernatoris, & Domini Judicis pro Curia, & Tribunali ſedentium, in Aula, ubi dicta Curia regi ſolet, qui T. carceratus detecto capite ſtetit per horam ſolutus a Satellitibus, cedendo ejus bona in beneficium ſuorum creditorum, dicens cedo omnia bona mea meis creditoribus, juxta formam decreti prædicti, & cum ſtetiſſet per horam continuam modo quo ſupra in Aula prædicta, fuit ad carceres dimiſſus, & in fidem, &c.

T. Act.

Poſtea interponitur aliud decretum, videlicet:

Per Curiam Terræ Eboli fuit proviſum, quod ſtante explicatione actus excarceretur, hoc ſuum, & expediatur ſalvaguardia in forma.

T. Judex.

Proviſum, &c. *T. Act.*

Poſtea expeditur ſalvaguardia, vȝ.

Carolus II. Dei Gratia Rex.

T. Gub. Terræ Eboli.

8 Alguzini, e Servienti di noſtra Corte, e di qualſivoglia altra Corte, e Tribunale, ed ogni altro a chi ſpetta inſolidum, ſaprete, come per parte di T. di T. fu preſentato in queſta Corte reſcritto di S.E. del tenor ſeguente, (*inſeratur*) e con eſſo fu preſentata anco comparſa del tenor ſeguente, (*inſeratur*) ſopra la quale vi fu interpoſto decreto del tenor ſeguente, (*inſeratur*) e citati li creditori, con effetto fu per detto T. fatta ceſſione de' beni a beneficio di eſſi creditori con l'eſplicazione dell'atto, ſervata la forma della Regia Pram., pertanto vi dicemo, ed ordinamo, che da oggi avanti non debbiate moleſtare d. Tale ad iſtanza di detti creditori nominati in detta comparſa, e qui deſcritti, atteſo per detti debiti è ſtato ſcarcerato dalle carceri di queſta Corte in virtù di detta ceſſione de' beni ad eſſi creditori fatti, e

coſì

così è ſtato ordinato per decreto di queſta Corte, citati, ed inteſi eſſi creditori, e così eſeguirete, nè farete il contrario, ſotto pena di doc. mille fiſco, &c. la preſente reſti al preſentante. Evolta dì, &c.

T. Gub.

Nomi de'creditori, vz.

T. T. T. T. &c.

Fit ſummarium, vz. Salvaguardia a beneficio del T. di T. contro i ſuoi creditori, ut ſupra.

T. Act.

9 „ Animadvertas tamen, quod ex *nov. Conſtit. §. V. num.* 13 ut obviam eatur fraudibus debitorum, ſtatutum fuit, ut in actu ceſſionis, quæ fit cum ignominia, interveniat Procurator Fiſci, etiam ne in dubium poſtea revocetur, fuerit, vel ne vere debitor qui tali actui intervenerat.

10 Et quando fit a Clerico ceſſio bonorum virtute *c. Odoardus de ſolutionib.* debet præcedere breve Apoſtolicum, virtute cujus comparet Clericus coram ſuo Ordinario, & citantur creditores cum inſerta forma dictæ diſpenſationis Apoſtolicæ, & dato termino probat Clericus ſuam qualitatem, & facultatem, & compilato termino, auditis ſemper creditoribus, interponitur decretum, quod bona dicti Clerici cedant ad beneficium ſuorum creditorum, & pro ſubſtentatione Clerici prædicti de dictis ejus bonis retineat duc. tot annuatim, & ſtante ceſſione prædicta admittatur ad dictum beneficium, *c. Odoardus de ſolution.* & excarceretur, & expediatur ſalvaguardia in forma; cum inſertione, & eodem modo juxta formulam traditam.

Hic adverte, quod differt ceſſio Clerici ab illa laici; Primo, nam pro Clerico reſervantur duc. tot annuatim, ſed pro laico nihil.

Secundo, quia Clericus non explicat actum modo quo laicus, ſed ſufficit, quod interponatur decretum, & perſonæ laicæ civiles, neque explicant actum ignominioſe, ut plebei.

11 Advertendum etiam erit, quod hoc ceſſionis beneficium Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis neceſſarium non eſt, ſed ad dictum beneficium admittuntur, quando ipſæ elegerint, potius velle gaudere dicto beneficio, vel dilationem quinquennalem a creditoribus accipere, cæterum ſi nolint, non poterint a creditoribus moleſtari, præſtita tamen cautione de ſolvendo debita, cum primum ad pinguiorem fortunam venerint, ita ſtatuit *Text. in c. Odoardus de ſolut.* ut hæc omnia tradit *Lagan. ad Rovit. rubr. de ceſſ. bonor. n.* 8. & ſic habent Clerici beneficium per *d. Text.* ut non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt.

12 Quod beneficium, ut non teneatur debitor, niſi in quantum facere poteſt, competit etiam quampluribus aliis perſonis laicis, per *Text. in l. ſunt qui in id* 16. *ff. de re judic.* & qui dicto privilegio gaudent, non poſſunt ad creditoris inſtantiam carcerari, *Lagan. ubi ſupr.* ex doctrina *Covarruv. reſol.* 1. *lib.* 2. *nu.* 3. *Santa Mel. qu.* 2. *num.* 45. *& qu.* 5. *in princip.* & de hoc nos late dicemus in *alio tomo* jam præparato *de exceptionib.* inter quas numeratur dicta exceptio, ne quis teneatur ultra quam facere poteſt, & ideo ibi te remitto.

13 Et facta ceſſione bonorum, non poteſt debitor detineri pro expenſis, *Prag.* 10. *de offic. Judic.* ibi: *Per lo pane, che hanno avuto dalla Corte, e ſpeſe dell'infermeria, ſtante la notoria impotenza.*

14 Formula hic a nobis poſita, eſt ſecundum novam formam per *Prag.* 3. *de ceſſ. bon.* tradita, & hæc ſervatur in noſtro Regno, nam aliter ſervatur in aliis Regnis, & aliter ſervabatur antiquitus, imo ex *l. duodecim Tabularum*, creditor non ſolum poterat carcerare debitorem, ſed vendere, & ſecare, & ſi plures eſſent creditores unius debitoris, poterant ſecare, & fruſtum quiſque accipere.

Poſtea vero correcto jure veteri duodecim Tabularum, per *Text. in Aub. ex* 12. *cum auth. imo a debito, C. de action. & obligat.* & per *Text. Canonicum c.* 2. *de pignor.* ſublata fuit tanta ſævitia in liberum hominem debitorem, ſed remanſit tantummodo carcerandi facultas, acceſſit demum pietas *Alex. Imperatoris*, qui *in l.* 1. *& fin. C. qui bon. ced. poſſ.* hoc miſerabile beneficium introduxit pro evitandis carceribus debitori, qui dicto beneficio uti malit, ut perbelle tradit *Lagan. ad Rovit. d. rubr. de ceſſ. bonor. num.* 1. *&* 2.

Intellexiſti Lector, quæ facere poteſt debitor contra creditorem, ut evadat carceres; Nunc vero intellige exceptiones, quas creditor opponere poteſt contra debitorem, ut eum excludat a beneficio ceſſionis.

15 Primo, quod debitor omnia bona ſua luxurioſe, vel in ludo, vel alio modo male vivendo diſſipavit, ideo ad dictum miſerabile beneficium admittendus non eſt, *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 145. *num.* 9. *ex Noviz. conſ.* 59. *Rebuff. conſ.* 184. *Theſ. dec.* 36. *num.* 3.

Neque Clericus gaudet beneficio *c. Odoardus*, ſi luxurioſe, vel in ludo diſſipavit, *De Marin. ubi ſup. ex Genuenſ. in prax. cap.* 3. *num.* 8.

Et alia in materia hujus beneficii vide *Cavalc. deciſ.* 31. *par.* 1.

II. Poteſt opponi, quod cedens bonis teneatur cavere de concordandis creditoribus, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam, at ſi fidejuſſorem non invenerit, ad juratoriam cautionem admittitur, & ſufficit, quod juret non poſſe invenire, *Novar. q. for.* 163. *par.* 1. *nu.* 7. *ex Brun. de ceſſ. bon. qu.* 7. *princip. num.* 1.

Contrarium tamen ſubſtinet *D. Conſt. in prag.* 4. *&* 5. *de ceſſ. bon. num.* 12. ubi dicit, quod ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, conveniri non poterit, niſi deducto, ne egeat.

Imo a debito liberatur, quando vituperoſe actum ceſſionis explet, nates ſuper lapidem percutiendo, clamando, cedo bonis, *D. Conſtant. ubi ſup. num.* 12. & ratio aſſignatur a *Paparo tit.* 1. *de ceſſion. bon. n.* 31. quod ubi non ſic vituperoſe actum expletur, ut hodie practicatur, non clamando, nec nates percutiendo, eſt minor ignominia, imo hodie neque per horam moratur in actu explendo, ſed parum tempus.

III. Exceptio poteſt opponi, quod fuit renunciatum beneficio exceptionis ceſſionis bonorum cum juramento, ſed hæc exceptio non tenet, quia dicto beneficio renunciari non poteſt, & etiamſi fiat renunciatio cum juramento, non valet, *Caravit.* 179. *num.* 4. *ex Bart. & Imol.* & aliis ibi.

IV. Exceptio, quod debitor negavit debitum, nam ſi debitum negat, non poteſt gaudere dicto beneficio ceſſionis, ſed debet prius recognoſcere, & confiteri debitum, alias debet dari terminus ad inſtantiam creditoris pro debiti probatione, *Dom. Conſtant. in pragm.* 4. *&* 5. *de ceſſ. bonor. & text. in l.* 1. *C. qui bonis cedere poſſunt, & l. ob æs, Cod. de action. & obligat. l. fin. ff. de liber. homin. exhibend. Matthaus Brunus de ceſſ. bonor. q.* 2. *pragm.* 3. *de ceſſ. bonor.*

V. Exceptio, quod non poſuit in libello omnia bona, *D. Conſtant. ubi ſup.*

VI. Exceptio, quod debitum fuit contractum infra annum, *prag.* 2. *de ceſſ. bonor.* imo ſi infra annum tentavit implorare hoc beneficium, ſed ab eo fuit excluſus, vigore *dictæ prag.* nunquam amplius deinceps ad beneficium prædictum admittendus eſt, *Rovit. pragm.* 3. *eod. tit. Philipp. Marad. ſing.* 76.

VII. Exceptio, quod debitum procedit ex delicto, vel quaſi; Nam quando pœna pecuniaria applicatur fiſco, vel parti in vindictam maleficii, pro tali debito non admittitur bonorum ceſſio; ſecus vero quando pœna pecuniaria debetur parti pro damno, & in

Digitized by Google

intereſſe, ſive debetur parti pro pœna contractus, vel bonorum patrimonialium, quia tunc admittitur ceſſio bonorum, *D. Conſtantius in dict. prag. 4. & 5. de ceſſ. bonor. num. 4. ex Bruno de ceſſ. bon. quaeſt. 17. & Claro in prax. §. fin. q u. 95. Peguer. dec. 6.*

VIII. Exceptio; quia creditor eſt Neapolitanus, & creditum eſt pro cauſſa cenſus, vel penſionis domorum, vel locationis territorii, pro quibus cauſſis contra Neapol. non admittitur ceſſio, *pragm. 1. de ceſſ. bonor.*

IX. Exceptio, quia creditor eſt Venetus; & Veneti ſunt privilegiati, ut eorum debitores non admitti poſſunt ad ceſſionem bonorum, nec ad quinquennalem dilationem *D. Conſt. in prag. 4. & 5. num. 4.*

X. Exceptio, quia debitor eſt obligatus vigore inſtrumenti jurati, obſtat enim perjurium, *D. Conſt. ant. ubi ſup.* paulo ante *num. 5.* ex deciſis apud *Amatum conſ. 50.* Sed cautela erit, ut debitor prius habilitetur a juramentis.

Sed nolo omittere, quod in ſententia tria tantum excipiuntur; Primo, dummodò non ſit obligatus ad ſervitia perſonalia: Secundo, debitum intra annum; Tertio, credita Neapolitanorum, ſervata forma *pragm.* ut in 8. *except.*

16 Cedentes bonis tenentur in Pileo aſportare velum viridi coloris, *pragm. 4. & 5. de ceſſ. bonor.* Sed hoc non ſervatur hodie, neque tempore *Roviti*, ut ipſe teſtatur ſuper *pragm. 4. num. 7. & Philippus Marad. ſing. 87. in fin.*

Explicito actu datur Curator bonorum, quo audito, bona per Judicem diſtrahuntur creditoribus ſecundum potioritatem, vel anterioritatem in forma, ita *Brunon. q. 10. & 24. Paparus tit. 1. de ceſſ. num. 30.*

Hæc pauca ſufficiant ad introductionem praxis; Nam inſtitutum noſtrum non eſt faciendi tractatus plenos cujuſcumque Tit., ſed tradere quantum ſufficiat ad artem formulariam, & methodicam omnium Judiciorum.

Finis Quarti Tituli Quartæ Speciei.

QUINTUS TITULUS

De Dilatione quinquennali, ſeu de Moratoria.

CAP. UNICUM.

SUMMARIUM.

Moratoria duplex eſt, & quæ ſit, num. 1.
Moratoria a Principe, & Moratoria a Judice in quibus differant, num. 2.
Moratoria conceditur ad inſtantiam debitoris, vel creditorum, & cum qua differentia, num. 3.
Judex competens concedendi moratoriam quinquennalem, quis ſit, num. 4.
Libelli formula pro moratoria ad inſtantiam creditorum, num. 5.
Creditores jurare debent credita eſſe vera, alias non admittuntur in concurſu moratoriæ; imo puniendi ſunt, num. 6.
Juramenti formula præſtandi per creditores concurrentes in moratoria, num. 7.
Citatio adverſus creditores minoris ſummæ, ut concurrant in moratoria, num. 8.
Articulorum formula ſuper moratoria, num. 9.
Decretorum formula contra recuſantes præſtare conſenſum in moratoria, num. 10.
Sententiæ formula ſuper moratoria quinquennali, n. 11.
Albarani formula creditorum deſiderantium moratoriam pro debitore in Tribunali annonæ, num. 12.
Memoriale ad præfectum annonæ, num. 13.
Libelli formula pro creditoribus concurrentibus in moratoria, cum decreto, quod interim per dies viginti non moleſtetur de perſona, num. 14. *de quo vide* n. 22.
Reſponſionis formula in calce citationis, num. 15.
Fidejuſſionis formula præſtita per creditores in concurſu moratoriæ, num. 16.
Memorialis, & decreti formula pro excarcerando debitore carcerato, pendente judicio moratoriæ, num. 17.
Form. declarationis per creditores, quod credita ſunt vera, num. 18.
Sententiæ form. in dilatione quinquennali, num. 19.
Appellationis form. in Trib. annonæ cum decreto, terminus ad non poſita ponendum, &c. num. 20.
Sententiæ form. in gradu appellationis ſuper moratoria, num. 21.
Pendente judicio non poteſt ordinari, quod interim non moleſtetur de perſona, num. 22.
Exceptiones, quæ excludunt moratoriam, remiſſive, n. 23.

IN præcedenti IV. Tit. praxim dedi pro debitore volente uti miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, & quia accidit, ut maior pars creditorum nolint ſpem crediti omnino amittere, ſed potius debitorem habilitare ad ſolvendum; Ideo conſequens hic V. Tit. ſequitur, quo praxis explanatur ſuper moratoriis debitori concedendis.

1 Moratoria, ſeu Quinquennalis dilatio duplex eſt; una, quæ conceditur a Principe ex mera gratia, de qua in *l. 2. & in l. univerſa, C. de precib. Imp. offer.*

Altera, quam creditores numero, ſeu quantitate crediti minores, aliis creditoribus numero, ſeu quantitate majoribus volentibus, tenentur debitori præſtare, quæ non ex gratia, ſed de juſtitia conceditur, de qua in *l. ſi unus, §. hodie & in l. majorem, & in l. reſcriptum, ff. de pactis in l. fin. C. qui bonis ced. poſſ. Affl. dec. 288.*

2 Moratoria a Principe ex gratia non conceditur, niſi præſtita cautione de ſolvendo, finito tempore dilationis, & ſalviconductus, ut in *d. l. univerſa*, & eſt *Ritus M. C. V. 287.* ubi *Carav.*

Bene verum, quod ſi Princeps non expreſſerit eſſe præſtandam cautionem, Reſcriptum valebit, & ſi a creditore non petatur, cautio non præſtabitur, *gloſ. in d. l. univerſa, Carav. & Muſc. ubi ſupr.*

Et extenditur etiam ad debita jurata, ut concludit *Muſc. cum Carav. in gloſ. petendo p. 4. n. 14.* rejecto *Affl. dec. 5.* ubi tenet, quod non extendatur ad debita jurata, & validiſſimis rationibus confutatur *Affl.*

Moratoria vero ex juſtitia per Judicem conceditur, abſque dicta cautione de ſolvendo, *Muſcat. ubi ſup.* ex doctrina *Urſill. ad d. dec. Affl. 288. num. 2.*

3 Moratoria conceditur, vel ad debitoris inſtantiam, qui dicat velle cedere bonis, niſi ubi quinquennalis dilatio concedatur, & hæc inſtantia requiritur in *d. l. fin. C. qui bon. ceder. poſſ. de Franch. dec. 82. Vivius dec. 38. Papar. in prax. tit. de quinquennali dilation. n. 25.*

Vel

Vel ad inſtantiam creditorum, qui in majori quantitate crediti compellunt alios in minori ad concurrendum, & ſic caſus *d.l.fin.* extenditur ad hunc alium caſum per *DD.*, ut tradit *de Franch.dec.*82.*num.*2.

Eſt tamen in electione debitoris potius uti beneficio ceſſionis bonorum, quam beneficio dilationis quinquennalis, nec poſſunt creditores concedere dictam dilationem nolenti; una via tamen electa, altera tollitur, niſi ex novo reſcripto fuerit conceſſum beneficium ceſſionis bonorum, non obſtante dilatione quinquennali alias obtenta, *Papar. in prax. tit.* 1. *de ceſſ.bon.num.*11.

Et e converſo creditores habentes electionem, vel bonorum ceſſionem a debitore acceptare, vel quinquennalem dilationem debitori concedere, non poſſunt a debitore cogi potius ad unum, quam ad aliud beneficium. Verum ſi aliqui ex creditoribus diſparis ſint voluntatis, ut quia aliqui voluerint quinquennales indugias indulgere, al qui vero bonorum ceſſionem accipere, qui majores ſunt in ſumma debiti, non numero perſonarum prævalebunt, licet unus ſit major in ſumma, at ſi par erit debiti quantitas; diſpar vero creditorum numerus, tunc major creditor quantitate præfertur. In paritate autem tum debiti, tum numeri creditorum ea pars vincet, quæ dilationem quinquennalem concedere voluerit, *Text.in l.fin.C.qui bon.ceder.poſſ. Santus a Mele qu.*8. *num.*7. *Urſil.ad Afflict.dec.*288.*num.*3.de quibus utriſque beneficiis omnino vide *Ludovicum Sant. a Mele in tract. de indugiis debitor.* ubi fuſe, & docte omnia explanantur.

4 Dilatio quinquennalis, ex inſtantia, ſive ex concurſu creditorum a quolibet Judice, tam Reg. quam Baron. concedi poteſt; Nec datur declinatoria, nec fori electio, etiam ad inſtantiam Clerici, *Papar. in prax.tit.*2.*de quinquenn.dilat.num.*4. ubi citat *Manſon.de conſſ.lib.*1.*limit.*6.*num.*62. *Novar.de elect. ſect.* 3.*qu.*24.*Vivius dec.*38.*num.*8. *Maſtrill. dec.*79. *Thor. par.*1.*verb.dilatio quinquen.*

Rejecto *Antonio Police tom.*1.*tit.*1.*c.*9. *num.*54. *de Præm.Reg.Aud.*dicente Reg. Aud.eſſe competentes in judicio dilationis quinquennalis, ſecus alias Curias inferiores, quia hoc eſt falſum, ut teſtatur *Capibl.tom.* 1. *cap.* 42. *in fin.* per ipſum *Police* erronee pro ſua opinione allegatus.

Hoc beneficium dilationis quinquennalis affinitatem habet cum beneficio ceſſionis bonorum, de quo in præcedenti titulo diximus, utrumque enim ad ſublevandos debitores inventum, ne a creditoribus in carcere opprimantur.

5 *Libelli form.ad inſtantiam creditorum.*

In Curia Civitatis T. exponunt infraſcripti creditores Antonii T. qualiter reperiuntur veri, & liquidi creditores ejuſdem in infraſcriptis pecuniarum quantitatibus per eundem debitis, vigore publicarum cautelarum, a quo ob ejus adverſam fortunam ſatisfieri non potuerunt, nec poſſunt, ob id latitavit, & latitat, ne in carceribus detrudatur, ubi de facili mancipari poteſt, nullum ad præſens habendo modum ſatisfaciendi, & de facili recurreret ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, quare exponentes ipſi eorum creditis privarentur; ideo deliberaverunt eidem debitori dilationem quinquennalem concedere, ad hoc ut poſt ejus fruitionem, ſeu uſum poſſit debita perſolvere, & quia reperiuntur nonnulli creditores in minori ſumma conſtituti, qui dilationem prædictam concedere recuſant in maximum comparentium præjudicium; Quapropter recurrunt ad eandem Curiam petentes, conſtito de prædictis, condemnari non concurrentes ad concurrendum, & dilationem prædictam cum ipſis præſtandum, & ea durante provideri, quod nec ipſe, nec ejus fidejuſſores moleſtentur, & circa præmiſſa ſummarie juris, & juſtitiæ complementum miniſtrari, omni modo meliori, &c.

Hæc formula deſumpta eſt a *Papar.in prax.tit.*2.*de quinquennali dilat.num.*23.

Et altera forma traditur a *Sarn.in prax.civ.fol.*24. tenoris, vz.

In Curia T.comparet T.de T. dicens reperiri creditorem T.de T.vigore inſtrumenti, vel apocæ in duc. mille, qui ſuus debitor, ex quo habet alia debita minoris ſummæ prædictæ, ad præſens, ne eſſet carceratus ab aliis ſuis creditoribus, ſe abſentavit tali modo, quod comparens, & dicti creditores jam amittunt modum conſequendi ſua credita, nam ſi dictus debitor eſſet liber per aliquod temporis ſpatium, ejus induſtria, ſeu ſua arte, quam habet, de facili poſſet ſolvere, & attamen dicti creditores recuſant ei concedere aliquam dilationem, ut illo medio tempore poſſet comparens in partem ſatisfieri, quod redundat in grave damnum comparentis, inſtat propterea concedi dicto ſuo creditori dilationem quinquennalem, & cogi creditores recuſantes ad præſtandum conſenſum prædictum, & quatenus recuſarent, eadem Curia provideat, ut indemnitati comparentis ſatisfiet, ita dicit, &c.

Nomi de'creditori, che ricuſano.

T. T. T. T. &c.

6 Creditores concurrentes tenentur jurare credita eſſe vera, & non exacta, nec aliis ceſſa, & ſcripturas præſentare, & verificare, ubi non eſſent publicæ guarantigiatæ, alias non audiuntur, *Pap.d.tit.*2.*de quinquennali dilat.num.*14. ubi citat *Affl.dec.*272. *& Urſill.ibi.*

Nam ſi creditores non eſſet veri, ſed ſimulati, excludendi, & puniendi ſunt, *Rovit. in Pragm.* 4. *de ceſſ. bon.num.*14.

Et actus dicti juramenti fit tenoris ſequentis, vz.

7 Die T. Conſtitutus penes acta præſentis cauſæ T. de T.de T.Patria, ſponte, &c.non vi &c. declaravit cum juramento, qualmente ha preſentato penes acta un'iſtrumento, o poliſa di T.ſumma conſeguenda dal T.di T.per la cauſa contenuta nella retroſcritta comparſa per eſſo preſentata, qual credito con giuramento ave aſſerito, ſiccome alleriſce eſſer vero, reale, non eſatto, nè ad altri ceduto, e che effettivamente lo deve conſeguire dal detto T., & ſic juravit, & in fidem &c.

Io T. de T. declaro, ut ſupra.

T. Act.

Poſtea expeditur citatio adverſus creditores minoris ſummæ, vel fit decretum tenoris ſequentis, vz.

8 Die &c.

Per Curiam Civitatis T.fuit proviſum, quod omnia, & ſingula in ſupraſcripta comparitione contenta notificentur ſubſcriptis ex adverſo creditoribus, eiſque peremptorie mandetur, quatenus prima die poſt &c. compareant coram nobis in hac Curia ad dicendum, quicquid &c.adverſus petita, & quare &c. alias, &c.quoniam, &c.hoc ſuum, &c.

T. Jud.

Proviſum die quo ſupra, &c.

T. Act.

Quibus creditoribus citatis, & non comparentibus, in contumaciam ſtatuitur terminus ad probandum, & ſi comparent, ipſis auditis, dabitur quoque terminus ad probandum, in quo termino creditores majoris ſummæ formabunt articulos, videlicet.

9 Primo, intendono provare, come il T.loro debitore è venuto in povertà per le T., o T.diſgrazie.

Secondo intendono provare, come detto debitore ſta refugiato nella tale Chieſa, o vero è aſſentato, che non ſi può carcerare, e minaccia volerſi ſervire

vire del beneficio della ceſſione de'beni.

Terzo, intendono provare, come è perſona induſtrioſa, o vero ave la T.arte, e con ſtare così reſugiato, o fuggiaſco, non può eſercitare detta ſua induſtria, o detta arte, nè ha altro modo di pagare li creditori; ma con darli tale dilazione, che poſſa con libertà guadagnare, potrà corriſpondere alli ſuoi creditori.

All'incontro li creditori, che ricuſano concedere la dilazione, faranno gli articoli del tenor ſeguente, v3.

Primo, intendono provare, come T.debitore non ha induſtria, nè arte, ovvero benchè abbia la T. induſtria, o arte, è giuocatore, e la dilazione ſaria più dannoſa, che utile alli creditori.

Secondo, intendono provare, come ave robe naſcoſte, e negandoli detta dilazione, piglia più eſpediente di pagare li creditori, per tedio di non perdere la libertà, e per evitare la perſecuzione de'creditori.

Poſtea expeditur citatio ad teſtes, compilatur terminus, fit publicatio, qua facta, omiſſis aliis, uti innuimus, tantum hodie fit monitio ad dicendum, & poſtea interponitur decretum tenoris ſequentis, v3.

Die, &c.

10 Per Curiam T.Civitatis viſa inſtantia T. creditoris majoria ſummæ petentis dilationem concedi T.di T. debitori, viſis oppoſitionibus factis per creditores minoria ſummæ, nomine, ut in actis, viſa teſtium depoſitionibus, viſis actis omnibus, partibus monitis, & auditis, proviſum, & decretum eſt; quod dicti creditores recuſantes præſtent conſenſum, infra dies duos ad concedendum petitam dilationem dicto T.debitori, alias providebitur, ut juris; hoc ſuum, & intimetur. *T. Jud.*

Proviſum die quo ſupra &c. *T. Act.*

Quo decreto notificato, & illis perſiſtentibus in pertinacia, fiat inſtantia, v3.

T. creditor majoris ſummæ inſtat concedi dilationem petitam ad beneficium T.debitoris, ſtante quod creditores minoris ſummæ nil ſubſtantiale potuerunt in contrarium opponere, nec curaverunt infra terminum eis ſtatutum parere mandatis dictæ Curiæ, ita inſtat, omni alio meliori modo, &c.

Die, &c.

Per Curiam T. fuit proviſum, quod præciſe, peremptorie, & cum effectu pro executione alterius decreti ſubſcripti creditores recuſantes præſtent conſenſum prædictum, infra alios dies duos, vel tot, aliaa per dictam Curiam providebitur, quod conſenſus prædictus habeatur pro præſtito, & quod petita dilatio concedatur Tali debitori, nulla alia citatione, nec termino expectato, hoc ſuum, & intimetur, &c. *T. Iud.*

Proviſum die quo ſupra, &c. *T. Act.*

Quo decreto notificato, & termino elapſo, fit diffinitivum decretum tenoris ſequentis, v3.

In Dei nomine. Amen.

In cauſſa quinquennalis dilationis petitæ per T.de T.creditorem majoris ſummæ contra T.de T.creditores recuſantes in hac Curia Civitatis Talis ad beneficium T.debitoris.

11 Die, &c.

Per Curiam T. viſis actis, partibus monitis, & auditis, proviſum, & decretum eſt, ex quo dicti creditores minoris ſummæ recuſaverunt iteratis præceptis parere, & conſenſum præſtare, quod dictus conſenſus habeatur pro præſtito, & quod concedatur pro nunc dilatio annorum trium dicto T.de T. ad ſolvendum creditoribus in actis deductis, quo tempore durante non moleſtetur, hoc ſuum, & expediatur ſalvaguardia in forma. *T. Gub. & T. Jud.*

Lectum latum &c. *T. Act.*

Præſentata die 1. menſis Auguſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo Neap. Per Magn. Hyacintum Cocozza Procuratorem.

De Aloyſio Act. Mag.

12 Per lo preſente albarano valituro, come ſe foſſe pubblico iſtrumento d'ogni ſolennità vallato con la clauſola del coſtituto, e precario, ſi dichiara per noi ſottoſcritti creditori concorrenti di maggior ſumma di Nicola N. qualmente per li tempi calamitoſi, e per gl' infortunj di detto Nicola, ſi è egli reſo inabile a poter ſoddisfare li noſtri crediti reſpective, dipendentino per cauſa di graſſa, che però avendo avuto mira alle cauſe ſuddette, ci ſiamo deliberati di concedere, conforme con lo preſente concediamo, dilazione di anni cinque in beneficio di detto Nicola, affinchè con quella ſi poſſa eſercitare, e darci la noſtra dovuta ſoddisfazione di detti noſtri crediti reſpective; e perchè vi ſono alcuni altri creditori ricuſanti di minor ſumma, li quali non intendono concorrere a detta dilazione, e minacciano detto Nicola di carcerazione, in virtù di diverſe lettere eſecutoriali, ſpedite da diverſi Miniſtri, e Tribunali, & ſignanter dalla Corte della Regia Audienza Generale dell'Eſercito, con che detto Nicola va ramingo, e fuggitivo, e con detta carcerazione reſteria affatto inabile a poterci ſoddisfare detti noſtri crediti, con evidente pericolo di perderli affatto, perlochè abbiamo ſupplicato l'Eccellentiſſimo Signor D.Marino Carrafa Regio Graſſiero, affinchè provvedeſſe d'opportuni rimedj, con coſtringere, e condannare li detti creditori ricuſanti di minor ſumma a detta dilezione; Per tanto con lo preſente promettiamo, e ci obbligamo, pendente detta dilazione d'anni cinque non moleſtare, nè far moleſtare detto Nicola, tanto ad iſtanza noſtra, quanto di qualſivoglia noſtro giratario, o altra perſona in noſtro nome, e vogliamo, che reſtino ſoſpeſe le noſtre ragioni contro detto Nicola durante detto tempo d'anni cinque, e per tale effetto, e giudizio ſuddetto ci contentiamo anche, che quello pendente, ſi poſſa ſpedire moratoria giornale in beneficio di detto Nicola, renunciando a qualſivoglia Prammatica, con coſtituire noſtro Proccuratore il Magnif. Dot. Jacinto Cocozza a proponere le noſtre ragioni circa detta dilazione contro detti creditori ricuſanti di minor ſumma, e così promettiamo, e giuriamo in forma, con detta clauſola del coſtituto, e precario, pena, rinuncia, giuramento in forma, & non aliter, Napoli 31. di Luglio 1697.

Io Donato Barone creditore di Nicola N. di docati ſeicento venticinque per tante robe di graſſa conſignateli in virtù di poliſa bancale, mi contento, e firmo, ut ſupra.

Io Carlo Fittipaldi creditore di Nicola N. di docati quattrocento trentotto per tanto oglio conſignatoli in virtù di poliſa bancale mi obbligo, ut ſupra, &c.

13 All'Eccellentiſſimo Signor D.Marino Carrafa Graſſiero.

Li creditori concorrenti di maggior ſumma di Nicola N. ſupplicano a V.E. come avendo conceſſa dilazione d'anni cinque in beneficio di detto Nicola contro li creditori ricuſanti di quello, ed incumbendo alli ſupplicanti proſeguire detto giudizio, la ſupplicano commettere la cauſa ad uno de'Magn. Conſultori, che meglio li parerà, ut Deus, &c.

Il Magn. Dot. Geronimo Valletta Conſultore di queſta fedeliſſima Città inteſe le Parti, proveda di giuſtizia. Nap. 1. Agoſto 1697. *Carrafa.*

Leon. de Aloyſio M. Act.

Præſentata die prima menſis Auguſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo. Neap. Per Magnif. Hyacintum Cocozza Procuratorem.

De Aloyſio Act. Mag.

14 Nella

14 Nella Corte della Regia Graſſa, & avanti il Magnifico Dottor Geronimo Valletta Conſultore di queſta fedeliſſima Città, e Commeſſario Suddelegato dell'Eccellentiſſimo Signor D.Marino Carrafa Regio Graſſiero; compariſcono li creditori concorrenti di maggior ſumma di Nicola N., e dicono, come in virtù d'albarano, avendo conceſſa dilazione d'anni cinque a beneficio di detto Nicola contro li creditori renitenti di minor ſumma di quello, affine di ricuperare li loro crediti reſpective, e perchè hanno preſentito, che detti creditori ricuſanti di minor ſumma non intendono concorrere a detta dilazione, minacciando detto Nicola di carcerazione con lettere eſecutoriali ſpedite da diverſi Miniſtri, e Tribunali, & ſignanter dalla Corte della Reg. Aud. Generale dell'Eſercito, quando detto Nicola non è altrimente ſuddito di detta Regia Audienza, come appare per legitime ſcritture in actis preſentate, con la quale carcerazione ſi perderiano affatto li crediti reſpective di eſſi comparenti, che però hanno ſupplicato detto Regio Graſſiero, affine di concordarſi detti creditori recuſanti di minor ſumma a concorrere a detta dilazione, e ſi è degnato commettere la cauſa al detto Magnifico Conſultore; che perciò fanno iſtanza in virtù di detto albarano ordinarſi, che s'intimino detti creditori recuſanti, e frattanto pendente detto giudizio concedere qualche dilazione giornale in beneficio di detto Nicola, affinchè con maggior preſtezza ſi poſſa proſeguire detto giudizio, rinunciando a qualſiſia Prammatica, così dicono, e fanno iſtanza, omni modo meliori, &c.

Die 1. menſis Auguſti 1697. Neap. viſa retroſcripta comparitione, ac albarano fol. 1. & omnibus actis; Per Magn. U. J. D. Hieronymum Valletta Commiſſarium Subdelegatum per Ill. D.Marinum Carrafa Annonæ Præfectum; &c. fuit proviſum, & decretum, quod omnia contenta in ſupradicta comparitione notificentur creditoribus recuſantibus ad finem providendi, & interim retroſcriptus Nicolaus N. non moleſtetur per dies viginti a creditoribus recuſantibus, de perſona tantum, & ita &c. hoc ſuum.&c.

Hieronymus Valletta.
Leonardus de Aloyſio Act. Mag.

Banco di S.Giacomo pagate per me al Signor Donato Barone doc.325. per lo prezzo di tanti Riſi, &c.

Et præſentantur ſcripturæ.

Et notificatur copia ſupraſcripti decreti lati die prima menſis Auguſti 1697.

15 *Formula reſponſionis in calce dictæ citationis.*

Nicola di Fuſco molto ſi maraviglia dell'afferta petizione, e dilazione, con rev. Perciò non animo conſentiendi in Judicem, fa iſtanza notificarſi il Dottor Nicola Ajello, quale coſtituiſce ſuo Procuratore, e fa iſtanza mandarſi in eſecuzione le lettere eſecutoriali contro detto Nicola N. ſpedite dal Tribunale della Generale Audienza dell'Eſercito, atteſo lui medeſimo comparve in detto Tribunale, come Soldato, e fu da quello ſpedito l'eſecutorio, come tale, e così dice pro nunc, e fa iſtanza ſalvis &c. Notificato oggi 13. Agoſto 1697.

Doctor de Ayello intimatus inſtat ſibi notificari primam petitionem, ſuper qua fuit interpoſitum decretum retroſcriptum, ad hoc, ut poſſit ſcire, de quo agitur, & ſuum principalem tueri, alias proteſtatur de nullitate, non animo tamen conſentiendi in Judicum; ſalvis. &c. notificatus die 21.menſis Auguſti 1697.

Die 27.menſis Aug.1697. viſis actis per Mag.U.J.D. Hieronymum Valletta Conſultorem hujus fideliſſimæ Civitatis, & Conſultorem Subdelegatum per Ill. Annonæ Præfectum, fuit proviſum, & decretum, quod capiatur ſummaria informatio ſuper omnibus hinc inde prætenſis, & teſtes habeantur pro legitime citatis, & recipiantur per Scribam Cauſſæ, ſalva proviſione facienda ſuper alia dilatione, hoc ſuum, & intimetur, &c.

Valletta, &c.

Actores offerunt deponere, ſalvis aliis,&c.

Requirantur partes ad videndum juramenta teſtium. Neap. die ut ſupra.

Januarius de Auria Scriba, & Examinator electus.

Form. della Riſpoſta.

Nicola di Fuſco fa iſtanza notificarſi il Mag. Dott. Nicola d'Ajello, quale ha fatto iſtanza più volte, che ſi notificaſſe, e l'ha coſtituito ſuo Procuratore, & quatenus biſognaſſe, di nuovo lo coſtituiſce etiam cum juramento, altrimente ſi proteſta di nullità. intimato a 2. Settembre 1697.

Doctor Ayello a decreto prædicto omni qua decet rev. appellat, reclamat, & æque principaliter de nullitate dicit, inſtando procedi via ordinaria, nec non inſtat, quod ſupradicti creditores concurrentes declarent ſub pœna falli, & cum juramento, ſi eorum credita ſunt vera, & non exacta, nec alteri ceſſa, qua declaratione facta, & replicanti notificata, inſtat audiri in comparitione præſentanda, & interim ad actum aliquem non procedi, non animo tamen conſentiendi in Judicem, ſed impugnandi, &c. cum debeat procedi in Regia Generali Audientia ex rationibus voce proponendis, &c & reſervat ſuo principali omnia jura quomodocumque. & qualitercumque ei competentia, ac competitura, contra quos decet, &c. ſalvis aliis, &c. notificatus die ſecunda menſis Septembris 1697.

16 Die 26. menſis Auguſti 1697. Neap. Conſtitutus penes acta Curiæ Reg. Annonæ, & præſentis cauſſæ Mag. U.J.D.Hyacintus Cocozza Procurator nomine omnium creditorum concurrentium majoris ſummæ Nicolai N. qui ſponte, &c. expromittendo & fidejubendo nomine, & pro parte dictorum creditorum promiſit, & ſe obligavit reficere Parti ex adverſo omnes, & quaſcumque expenſas in præſenti cauſſa erogatas,& erogandas, in caſu forſan ſuccumbentiæ, & proinde obligavit ſe, bona ſua præſentia, & futura, ad pœnam dupli, medietate, &c. conſtitutione precarii &c. cum poteſtate capiendi, & ſic juravit in forma.

Io Giacinto Cocozza pleggio, ut ſup.

De Aloyſio Act. Mag.

17 All' Eccellentiſſimo Sig. D.Marino Carrafa Regio Graſſiero.

Li creditori concorrenti di maggior ſumma di Nicola N. ſupplicando eſpongono a V. E. come avendo conceſſa dilazione d'anni cinque a beneficio di detto Nicola contro li creditori ricuſanti di quello; Ed eſſendoſi da V.E. commeſſa la cauſa al Mag.Dott. Geronimo Valletta, fu da quello ordinato, che ſi foſſero notificati detti creditori ricuſanti, e trattanto detto Nicola non fuſſe moleſtato per giorni venti, & intimati detti creditori fu di nuovo ordinato, che ſi procedeſſe avanti in detta cauſa, e trattanto per altri giorni otto detto Nicola non fuſſe da quello moleſtato, & ultimamente ſi diede termine in detta cauſa, ſalva proviſione facienda ſuper alia dilatione, al preſente il detto Nicola pendente detto giudizio, è ſtato carcerato ad iſtanza di Nicola di Fuſco, come uno di detti creditori ricuſanti intimato, come dagli atti; pertanto ſupplicano V. E. rimettere di nuovo detta cauſa all'iſteſſo Mag. Conſultore, che ſpecifice proceda all'eſcarcerazione di detto Nicola, ut Deus.

Idem Mag. U.J.Doct. Hieronymus Valletta Conſultor hujus fideliſſimæ Civitatis, & Commiſſarius Subdelegatus de juſtitia procedat. Neap. die 29. Auguſti 1697.

Carrafa.

Fiat decretum, &c.

Die 29. menſis Auguſti 1697. Neap. Viſo retroſcripto memoriali, ac albarano cum conſenſu creditorum majoris ſummæ. Per Mag. U.J.D. Hieronymum Valletta Conſultorem hujus fideliſſimæ Civitatis, & Commiſſarium Subdelegatum per Ill. Annonæ Præfectum, &c. fuit proviſum, & decretum, quod retroſcriptus Nicolaus N. excarceretur pro dicta Cauſa, & interim per alios dies octo non moleſtetur de perſona tantum, hoc ſuum & expediatur chartella.

Valletta.

Leonardus de Aloyſio Act. Mag.

18 *Form. declarationis per creditores, quod credita ſunt vera.*

Die 9. menſis Septembris 1697. Neap. Conſtituti penes acta Curiæ Regiæ Annonæ, & præſentis cauſæ infraſcripti creditores concurrentes majoris ſummæ Nicolai N. v3. Donatus Barone eſt creditor vigore apocæ Banci in ducatis tercentum vigintiquinque, & Carolus Fittipaldi in duc. quatuorcentum trigintaocto ex reſta majoris ſummæ vigore literarum executorialium expeditarum vigore apocæ Banci per præfatam Curiam Regiæ Annonæ, qui ſponte, &c. cum juramento declarant eorum credita reſpective conſequenda a ſupradicto Nicolao eſſe vera, & realia, & non ſatisfacta, & nemini ceſſa in totum, neque in partem, & inſuper cum juramento declarant eſſe uti omnibus actis, & comparitionibus, omnibus decretis, & ſcripturis, omnibus teſtium depoſitionibus, omnibus Porteriorum relationibus, & denique toto proceſſu ad eorum inſtantiam facto, & fabricato, & ſic.

De Aloyſio Act. Mag.

Io Donato Barone dichiaro ut ſup.

Io Carlo Fittipaldi dichiaro ut ſup.

Qua declaratione notificata fit decretum, quod terminus alias datus currat ab hodie, & in calce creditores offerunt deponere, & fit requiſitoria per Examinatorem, & compilatur proceſſus.

Et demum fit decretum.

19 In cauſa creditorum concurrentium majoris ſummæ Nicolai N. cum creditoribus recuſantibus dicti Nicolai, ut ex actis.

Die 19. menſis Novembris 1697. Neap. Viſis albarano creditorum majoris ſummæ Nicolai N. fol. &c. literis executorialibus fol. &c. declarationibus cum juramento, & ſub pœna falſi dictorum creditorum fol. &c. teſtium depoſitionibus fol. &c. ac omnibus actis, per U.J.D. Hieronymum Valletta Conſultorem hujus fideliſſimæ Civitatis, & Commiſſarium Subdelegatum per Ill. Annonæ Præfectum, &c. fuit proviſum, & decretum, quod Nicolaus N. gaudeat dilatione quinquennali conceſſa a creditoribus majoris ſummæ, non obſtante diſſenſu Magn. Nicolai de Fuſco creditoris minoris ſummæ, & expediatur ſalvaguardia in forma, etiam circa dictum Magn. Nicolaum, hoc ſuum, &c.

Hieronymus Valletta.

Leonardus de Aloyſio Actor. Mag.

Form. Appellationis:

20 All' Eccellentiſſimo Sig. D. Marino Carrafa Regio Graſſiero.

Nicola de Fuſco ſupplicando eſpone a V.E. come ritrovandoſi liquido creditore di Nicola N. nella ſumma di doc. 63. oltre delle ſpeſe in virtù di lettere eſecutoriali ſpedite per il Tribunale della Regia Audienza Generale dell' Eſercito, eſſecutoriate anche da V.E. per tante robe mercantili; dal detto Nicola N. ſi è preteſo di volere impetrare dilazione d'anni cinque falſamente, cum rev., e perciò ſi fè poliſa Bancale dittantino per robe di graſſa a beneficio di più perſone, e di maggior ſumme, perlocchè ſi è fatto albarano da detti ſalti, cum rev. creditori ſopra la ceſſione ſuddetta, in eſecuzione del che eſſendoſi comparſo per detti aſſerti creditori avanti di V. E., e commeſſeſi detto giudizio, e cauſa al Magn. Dottor Geronimo Valletta Conſultore di queſta fideliſſima Città di Napoli, da quello minus juſte, cum rev. ſi ritrova condannato il Supplicante a dover concorrere in detta dilazione, che però gravandoſi del ſuddetto diffinitivo decreto, & æque principaliter de nullitate dicendo, ne appella all'Ecc. Sua, ſupplicandola commettere detta cauſa d'appellazione al Regio Conſigl. Signor D. Pietro di Fuſco ordinario Conſultore di V.E. e trattanto non procederſi ad atto alcuno; ricevendo il tutto da V.E. a grazia, ut Deus, &c.

Domino Conſultori.

Quoniam Dominus Miles U.J. Doct. Petrus Fuſcus Regius Conſiliarius, & Ill. Annonæ Præfecti ordinarius Conſultor per S. E. deputatus; &c. intendit providere ſuper contentis in retroſcripto memoriali, ideo moneantur partes, quatenus prima die juridica cum continuatione, &c. legitime compareant coram dominatione ſua, ad dicendum quicquid, alias, &c. datum Neap. die 27. Nov. 1697.

De Aloyſio.

De Avello inſtat dari terminum ad non poſita ponenda, & non probata probanda, prout de jure, & interim ad actum aliquem non procedi, alias proteſtatur de nullitate, &c. & in caſu contrario (quod non credit) inſtat audiri voce coram Domino Conſultore ſtatuta die, & hora, gaviſo prius biduo, &c. & reſervat ſuo principali omnia jura, &c. ſalvis aliis, &c.

A dì 10. Decembre 1697. in Nap. Io Paolo d'Acunto Portiero della Regia Graſſa ho notificato il Magn. Nicola d'Ajello Procuratore.

Die eodem menſis Decemb. 1697. Neap. Viſis actis per Dom. Militem U. J. D. Annonæ Præfecti Ordinarium Conſultorem per S. E. deputatum, &c. fuit proviſum, & decretum, quod detur terminus ad non poſita ponendum, & non probata probandum, teſtes habeantur pro citatis, & recipiantur per S. C. hoc ſuum, &c.

Petrus Fuſcus.

Leonardus de Aloyſio Act. Mag.

Actores offerunt deponere.

Et compilato termino in gradu appellationis, fit decretum.

21 In cauſa creditorum concurrentium majoris ſummæ Nicolai N. cum creditoribus recuſantibus dicti Nicolai, ut ex actis &c.

Die 25. menſis Maii 1698. Neap. Viſa appellatione interpoſita pro parte Nicolai de Fuſco a diffinitivo decreto interpoſito per Mag. Hieronymum Valletta Conſultorem hujus fideliſſimæ Civitatis *fol.* 36. viſiſque actis omnibus. Per Mag. U.J.D. Hieronymum Campanile Conſultorem hujus fideliſſimæ Civitatis, & Commiſſarium Subdelegatum in gradu appellationis proviſum, & decretum eſt, bene judicatum per Præfatum Magn. Conſultorem ſub die 19. menſis Novembris 1697. *fol.* 31. & male appellatum pro parte dicti Mag. Nicolai, d. fol. & proinde decretum prædictum debitæ executioni demandetur, & expediatur ſalvaguardia in forma, qua expedita intimetur, &c.

Hieronymus Campanilis.

Leonardus de Aloyſio Act. Mag.

22 Ob-

22 Obſerva, quod pendente lite ceſſionis bonorum, vel dilationis quinquennalis, non poteſt Judex ordinare, quod interim debitor non moleſtetur de perſona; ita *Dom. Conſt. in pragm.* 4. *&* 5. *de ceſſ. bon. n.*8. *ex prag.*2. *de inſtr.liqu.& prag.*79. *&* 81. *§.*14. *de Offic.S.R.C.*

Unde decretum latum ſupra *num.* 14. neſcio ſi fuerit jure latum, tamen conſidera, & vide, quæ dixi in 1. *Specie tit.*1.*cap.*20.*n.*3.*fol.*63.

23 Quæ exceptiones opponi poſſint per creditores concurrere recuſantes, vide *Gizz.ad Larrium obſerv.* 45. *&* 105. *de Franch. & addentes dec.*219.

Finis Quinti Tituli Quartæ Speciei.

SEXTUS TITULUS

De Praxi liberandi debitorem inopem a carceribus abſque ſolutione debiti.

PRÆLUDIUM.

IN præcedentibus quinque Tit. *Lector* habes Praxim pro debitore prætendente ad debitum non teneri, & proinde contra creditorem diffamantem ſilentium imponi, aut judicio præventionis ſubveniri, vel tueri, ſeu ob impotentiam cedendo bonis, aut mediante moratoria carceres evitare; Reſtat nunc tradere praxim cogendi creditorem ad alimenta, & medicamenta debitori carcerato ſubminiſtranda, vel per viam viſitationis debitorem excarcerandi; Ideo ſucceſſive ſequitur hic Sextus Tit.

Qui VI. Tit. dividitur in VIII. Cap.

I. Cap. De Praxi cogendi creditorem ad alimenta, & medicamenta pro debitore inope carcerato.
II. Cap. De Praxi Generalis Viſitationis carcerum, quæ fit per Spect. Dom. Reg.
III. Cap. De Praxi Viſitationis generalis carcerum, quæ fit per Dom.Jud.M.C.V.
IV. Cap. De generali decreto feriarum pro debitoribus fidejuſſorem habentibus.
V. Cap. De Viſitatione particulari Sabatina, quæ fit per Spect. Dom. Reg.
VI. Cap. De Viſitatione particulari, quæ fit per Dom. Jud.M.C.V. pro debito civili.
VII. Cap. De Praxi liberandi carceratum ex pietate Montium.
VIII. Cap. De Viſitatione carcerum per Reg. Aud. Provinciales.

CAP. I.

De Praxi cogendi creditorem ad alimenta, & medicamenta pro debitore inope carcerato.

S U M M A R I U M.

DEbitor inops carceratus, ad quam rationem alendus eſt a creditore, num.1.

Practica actorum, quæ fiunt in cogendo creditorem pro alimentis carcerati, num.2.

Carceratus habens alimenta a Monte aliquo, vel habens artem, non poteſt prætendere aliquid a creditore, num.3.

Creditore recuſante dare alimenta carcerato, debet Judex excarcerare debitorem, qui pro eodem debito amplius carcerari non poteſt, ſed quid ſi venerit in pinguiorem fortunam? num.4.

Carceratus infirmatus intra carceres aſportandus eſt ad creditoris domum, alias creditore recuſante licentiatur, cum cautione ſi habet, num.5.

Infirmo ſe aſſerenti eſſe conſtitutum in mortis articulo, an credatur abſque fide Medici? num.6.

Forma mandati pro carcerato petente alimenta contra debitorem, cum libello, & decreto, num.7.

1 DEbitor inops carceratus alendus eſt a creditore ad rationem unius ducati pro quolibet menſe, & ſic denariorum 40. pro quolibet die, ſi debitor carceratus eſt vilis, & ignobilis, ſecus ſi eſt perſona qualificata, & nobilis, quia ſolet taxatio fieri ad rationem carolenorum duorum pro quolibet die; Ita deciſum in S.C. Conſ. Neap. anno 1596. refert *Novar.qu.for.9.tom.*1.

2 Practica hæc eſt, quod fit ordo, ſtante allegata paupertate, quod creditor prima die compareat ad ſubminiſtrandum expenſas, & ad videndum juramenta teſtium examinandorum ſuper paupertate, & deinde capiatur informatio de ipſa, & conſtito ſummarie, interponitur decretum, *quod creditor infra biduum ſubminiſtret expenſas prædictas, alias debitor liberabitur*, & ſi incipit ſubminiſtrare, & poſtea deſiſtit, interponitur aliud decretum, *quod continuet, alias liberetur*; prout ſervari in M.C.V. teſtatur *Robert. in prax. liquid. inſtrum. conſid.*4. *poſt n.*72. *& Novar.q.for.*9. *n.*2. & ita in *prax. privil.miſer.perſon.privil.*72.*n.*10. *Gulter.de liquid.inſtrum.*2. *p.ult. part. n.*30. *&* 31. & ſi creditor noluerit alere, Judex debet a carceribus relaxare, ut idem *Novar.d. qu.for.*9.*Galup.par.*1.*cap.*7.*n.*39.*Muſc.in gl.dotinebitur p.*3. *num.*71. *Scaglion. in pragm.*3. *de ceſſ. bon. num.*2.

3 Verum ſi haberet alimenta ab aliquo Monte pietatis, vel ſimilibus eleemoſinis, vel haberet artem, non cogitur creditor illum alimentare, & conſequenter Judex non poterit illum liberare, ſub prætextu alimentorum, & licet *Vulnſc. in dec.*1. *n.*8. dicat omnino teneri creditorem ad alimenta, etiam ſi eleemoſinæ dentur a Loco pio; Tamen contra *Valaſc.* concludit idem *Nov.d.q.*9. *in fin.* pluribus rationibus, ut ibi.

4 Nam tunc debitori pauperi carcerato tenetur creditor præſtare alimenta, quando non poteſt eleemoſinaliter vivere, & ſi creditor hoc recuſat, non ſolum a carceribus liberari debet debitor, ſed poteſt convolare ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, *Aſfl.& Urſill.dec.*71.*Boer.dec.*303.

Nec poterit amplius pro eodem debito carcerari, quia eſſet fruſtratoria relaxatio, *Gallup.ubi ſupr.*

Imo de Juris ſubtilitate voluerunt *DD.* quod non moleſtetur etiam poſt pinguiorem fortunam, quia per negationem alimentorum ſit quæſitum jus libertatis, quod ceſſante cauſſa paupertatis non poſſit auferri, cum ſemel ſit ſortita effectum ſuum, *gloſ. in l.ubi adhuc, verſ. abutatur, C.de jur. dot. Decius in auth. præterea num.*23. *C. unde vir, & uxor, Tiraq. ut ceſſante cauſa lim.*4.*n.*2.

Sed in praxi non ſervatur, maxime ſi creditor eſt quo-

quoque pauper, quia per ejus neceſſitatem excuſatur, *Gallup.p.1.cap.6.n.4. per text. in l.Divus Marcus. ff.de offic. Præſid.*

4 Ecce *Muſc. in d.gl. deſimobitur p.3. lib.2. n.75.* dicta praxis improbatur; & concludit non ſufficere ſolam probationem paupertatis,& allegat *dec.Aſſl.71.* ubi noluit liberare debitorem pauperem conſtito ſolum de paupertate, & quod non præſtabantur a creditore alimenta, ſed etiam quia petiit beneficium ceſſionis bonorum, ad quod fuit admiſſus, & ideo liberatus, imo quod non potuit invenire fidejuſſorem, nec potuit fieri executio pro alimentis, aliter facile fieret fraus in præjudicium creditoris; ut late *Muſc.* ibi.

5 Et eadem praxis ſervatur in debitore paupere infirmato intra carceres, nam conſtito de infirmitate, ſolet Judex illum aſportari facere ad creditoris domum, ut ſuis ſumptibus illum curare faciat, quem ſi creditor recipere noluerit, vel ei neceſſaria in infirmitate ſubminiſtrare recuſaverit, carceratus licentiatur, *arg. l.1.§.ſed ſcimus, C.de latin.liber.toll.& c.* ut concludit *Muſcat.ubi ſup.d.n.74.*

Alii vero concludunt, quod

Laborans carceratus pro debito infirmitate gravi in articulo mortis, debet relaxari cum idonea cautione de redeundo, ſtatim cum convaluerit, vel caveat de ſe concordando, vel ſolvendo, vel e carceribus eximitur cum cuſtodibus, expenſis infirmi, & ſi cuſtodes non habeantur, nec fidejuſſores, vel ſi ſunt, ſed non ſunt idonei; tunc ne Judex litem ſuam faciat, debet facere præceptum creditori, ut infirmum recipiat cum cuſtodia expenſis creditoris, eique infirmo neceſſaria ſubminiſtret.

Quod ſi creditores neglexerint, Judex debet illum conſignare fidejuſſoribus non idoneis, vel demum ad Hoſpitale mittere, ut periculo animæ, & corporis provideatur, & ſic teſtatur ſervari in M.C.V. *Maccia ad Franc. Ant. Judice in prax. liquid. inſtrum. conſid.4.n.72. Farin.q.33.lim.7.n.77. Manſ.lim.1. de cauſ. exec. n.10.*

6 Infirmo ſe aſſerenti eſſe conſtitutum in mortis articulo, non eſt credendum, ſed debet conſtare non ſolum per fidem probi Phyſici, ſed cum juramento infirmi, *Manſon. ubi ſup.* licet ſubdat in fine, quod eſt arbitrarium Judicis, an infirmitas fuerit probata, vel non, & quod Judex debeat carceratum inſpicere, & ex ſua inſpectione, cum juramento infirmi, & aliis atteſtationibus probetur, ex *Bajard. ad Clar. q.24. num.23.*

7 *Form. mandati pro debitore carcerato petente alimenta.*

Ex proviſione Curiæ Terræ T.

Quoniam T. de T. carceratus fuit per noſtram Curiam ad Inſtantiam T. de T. creditoris, & T. de T. eundem carceratum emparantis, & carceratus ipſe fuit, & eſt in maxima paupertate conſtitutus, & febre laborat, ob quod juſtum non eſt in carceribus mori, quare inſtitit ſibi provideri de alimentis, Medicis, & medicinis; cum nihil poſſideat; & dictos prætenſos creditores cogi ad ſibi præſtandum alimenta ne pereat in dictis carceribus, & volentes debite providere, mandamus, quatenus ad omnem inſtantiam ſupradicti exponentis carcerati, notificando mandetur ſupradictis creditoribus, quatenus infra dies duos poſt præſentium intimationem immediate ſequentes legitime compareant ad præſtandum dicta alimenta dicto T. carcerato, ſervata forma juris, alias, &c. Datum, &c.

Alia form. comparitionis carcerati petentis alimenta.

In Curia Caſtri T. & coram ejus Domino Capitaneo comparet T. de T. carceratus, ſeu emparatus a T. prætenſo creditore, vel pro T. prætenſo delicto dicens, qualiter fuit, & eſt in maxima paupertate conſtitutus, & etiam quartenaria febre laborans, & juſtum non eſt in carceribus fame perimi; Recurrit ad dictam Curiam, & inſtat ſibi provideri de alimentis, Medicis, & medicinis, cum nihil poſſideat, & dictum ejus prætenſum creditorem cogi, & compelli ad dicta alimenta præſtanda in dictis carceribus, alias proteſtatur de ejus vita, omni alio meliori modo &c.

Die T. menſis T. anno 1698. per Curiam Terræ T. ſtante allegata paupertate fuit proviſum, quod capiatur ſummaria informatio de expoſitis, & teſtes habeantur pro legitime citatis, & nihilominus T. creditor prima die poſt &c. ſub pœna unciar. aur. decem compareat ad ſubminiſtrandum alimenta exponenti, & ad videndum juramenta teſtium examinandorum ſuper allegata paupertate, & ad dicendum quicquid, & ealiàs, &c. hocſuum, & intimetur.

Et examinatis teſtibus interponuntur decreta modo, ut ſuperius dictum eſt *num.2.*

C A P. II.

De Praxi Generalis Viſitationis carcerum, quæ fit per Spect. Dom. Reg.

S U M M A R I U M.

Viſitatio Generalis in feſtivitatibus Nativitatis, & Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti per Spect. Dom. Regentes, ubi, & quomodo fit in cauſis criminalibus, num.1.

Viſitatio Gener. per Dom. Reg. pro debitis civilibus, quomodo fit? num.2.

Debitores viſitati per Dom. Reg. in viſitatione gener. quid facere debeant? num.3.

Salvaguardia Reg. Gener. Viſitationis facta per Dom. Reg. num.4.

Dom. Reg. pro qua ſumma, & pro quibus debitis viſitant in viſitatione gener. num.5.

" *Hoc jus translatum eſt poſt Collateralis, & Regentium abolitionem ad quatuor Aularum S. C. Præfectos, & quomodo,* num.6.

PRaxis tradita in ſuperiori 1. *Cap.* frequentius præcticatur in Curiis per Regnum, & in Curiis Eccleſiaſticis.

Nam in M. C. V. hodie raro practicatur taxatio alimentorum, quæ olim præſtabantur a creditore; nam alia remedia pinguiora pro paupere carcerato uſu recepta ſunt.

1 Primo advenientibus Feſtivitatibus S. Natalis, & S. Paſchæ, fit viſitatio generalis in Aula criminali M. C. Vic., ubi omnes Domini Spectabiles Reg. Cancellariam Regentes cum aſſiſtentia non ſolum omnium Judicum criminalium, ſed etiam duorum Regiorum Conſiliariorum, qui in Vicaria criminali aſſiſtunt uti Cap. Aulæ criminalis, & cum interventu Regii Fiſci Patroni dictæ M.C.V. cum Magn. Secretario, & Magn. Advocato pauperum, & olim frequentius interveniebat etiam Exc. Dom. Viceſrex, prout etiam hodie quandoque intervenit, ibique Carcererius aſportat librum carceratorum. Et ſcriba carceris legit dictum librum carceratorum pro cauſa criminali, & Scriba cauſæ cujuslibet carcerati facit relationem, eaque audita, fit decretum, vel libertatis, vel exilii, vel ad bellum, &c.

2 Carcerati vero pro debito civili viſitantur mediante memoriali dato in manibus alicujus Scribæ a mandatis, & in calce fit proviſio, prout dicti

DD.

DD. Regentes providebunt.

Proviſio vero, quam fieri ſolet, eſt, quod ſupplicans gaudeat dilatione feriarum, vel pro præſentibus feriis non moleſtetur.

Vel viſitetur ad rationem carolenorum tot pro quolibet menſe.

3 Deinde vero illi viſitati penes ſe retinent dictum memoriale cum decretatione, *ne moleſtentur pro præſentibus feriis*, quod deſervit loco ſalvaguardiæ.

Carcerati vero viſitati ad ſolvendum tot pro quolibet menſe, debent ire ad Mag. Liberatum Anſalonem Mag. Act. dictæ Regiæ Viſitæ, qui regiſtrat in ſuo libro nomen, & cognomen debitoris viſitati, & qualitatem debiti, & retinet penes acta dictæ viſitationis dicta memorialia, & viſitatis conſignat ſalvaguardiam in forma.

4 *Formula Salvaguardiæ Regiæ Generalis Viſitationis facta per Dom. Regentes.*

Inter cætera contenta in libro viſitationis Pauperum M.C.V. adeſt infraſcripta generalis viſitatio facta ad honorem Nativitatis, vel Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti per Dom. Regentes, ut infra T. de T. pro debito tot ducatorum ex cauſſa, &c. viſitetur, & ſolvat menſatim ducatos, vel carolenos tot pro quolibet menſe. Proviſum in generali viſitatione M. C. V. ſub die, &c.

Gaſcon Reg. *Ulloa Reg.*

Copia, meliori collatione ſemper ſalva, & in fidem &c. Datum &c.

Liberatus de Anſalone Act. Mag.

5 Dom. Reg. in viſitatione generali non ſolent viſitare pro debitis ultra ſummam duc. centum ex appuntamento ſic facto in Collat. inter eos, licet poteſtatem habeant viſitandi pro quacumque ſumma, & viſitant debitores pro debito quantumvis privilegiato, ut Annonæ, cujuſcumque Delegationis, & cujuſcumque privilegii ſit, etiam quod non ſint in M. C. V. ſed in aliis carceribus hujus Civit. vel in carceribus Curiarum inferiorum per Regnum, ut *in cap. ſeq. num.* 10.

6 „ Hujuſmodi viſitandi facultas, poſtquam per „ pientiſſimum Regem noſtrum ejus Conſtitutione „ data Panormi ſub die 7. Junii 1735. fuit prorſus Reg. „ Coll. Conſ. abrogatum, ac deletum, (eo quod non „ amplius per ejuſdem vicem gerentes, ſed invidiabili quippe noſtrum fortuna hanc Civitatem per „ ſemetipſum regere, ac gubernare delegit,) tranſlata eſt ad Dominos quatuor S. R. C. Aularum Præfectos, qui unà cum ſpect. Præſide ipſius S. R. C. conſtituunt quamdam Reg. Junctam, ſub nomine Regalis Cameræ D. Claræ; quæ Juncta ſucceſſit loco „ dicti olim Regii Collateral. Conſil. cum omnibus fere „ ejus muneribus, facultatibus, ac præeminentiis, „ ut ſuperius notavimus. Hinc hodie ad præfatos Dominos quatuor Aularum Præfectos ſpectat viſitare, „ & ſingulis hebdomadibus, eo modo quo fiebat per „ Regentes Collateralis Conſilii, in carceribus detentos, & viſitatione generali ante Nativitatem, ac „ Reſurrectionem Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri; expreſſa tamen Lege, ne hujuſmodi facultate uti anteactis temporibus abutantur. Sicut aperte cautum „ fuit §. *V. num. 2. citatæ Conſtitutionis*, ibi: *Il Dovrà „ alla Camera, e Capi Ruota appartenere il far le viſite delle Carceri, che prima faceva il Collaterale, e „ Reggenti di eſſo, parimenti nella forma, che prima da „ queſto, e queſti ſi praticava, ben inteſo, che ſi oſſervino „ le regole, colle quali queſte viſite ſono ſtate iſtituite, in ſollievo de i miſerabili, e de i caſi compaſſionevoli, e non altrimenti, nè con quegli abuſi, che „ con tanto ſcandalo ſi ſon veduti ne i tempi paſſati.*

C A P. III.

De Praxi Gener. Viſitationis carcerum, quæ fit per Dom. Judices M. C. V. Civilis.

S U M M A R I U M.

Carceres M.C.V. viſitantur per Dom. Regentes, omnes alii carceres ſiſtentes in hac Civit. Neap. viſitantur per Dom. Jud. M. C. V. Civilis, & qui ſint dicti Carceres, & quot Judices intervenire debent? num. 1.

Judices M.C.V. quam auctoritatem habent in viſitatione generali; num. 2. *&* vide *num.* 4.

Carceres dicti, di S. Giacomo de' Spagnoli, *quomodo viſitantur a Gen. Aud. Exercitus, & carcerati non milites, quomodo viſitantur a Judicibus M. C. Vic.* num. 3.

Viſitatio Gener. quomodo fit a Judicibus M. C. V. nu. 4.

Form. Salvaguardiæ Viſitationis generalis factæ per Dominos Judices M.C.V. num. 5.

Solutio menſatim in viſitatione generali, ad quam rationem regulatur? num. 6.

Form. memorialis pro debitore, qui non poteſt ſolvere menſatim cum form. decreti moderationis regiſtri, & ſalvaguardiæ, & aliis advertentiis; num. 7.

Creditor quomodo ſolet, & poteſt impedire, ne ſuus debitor viſitetur? num. 8.

Debita privilegiata, in quibus Judices non habent poteſtatem viſitandi, quæ ſint? num. 9.

Debitores in quibuſcumque carceribus intra hanc Civit. Neap. vel extra per Regnum ſint, & pro quovis debito privilegiato poſſunt porrigere memoriale in gener. viſitatione M. C. V. ad Dom. Reg. & quomodo practicatur num. 10.

Viſitatio generalis fit in Regno, vigore Pragm. 37. de Offic. Magiſtr. Juſt. *qua* Pragm. *declaratur*, num. 11.

„ *Debitores ex cauſis commercii non viſitantur, &* „ *quare*, num. 12. *& deſcribitur Supremum Com-* „ *mercii Tribunal*, ibid.

Dictum eſt in præcedenti 2. Capite de Praxi Viſitationis carcerum M. C. V. per Spectabiles Dominos Regentes, *ſeu quatuor Aularum S. R. C. Præfectos, ut ſupra innuimus*. Nunc ſequi debet praxis generalis Viſitationis aliorum carcerum hujus Civitatis Neapolis, quæ fit per Dominos Judices M. C. V.

1 Nam in aliis carceribus ſiſtentibus in hac Civitate Neap. præter M. C. ut ſunt, carceres Bajulationis, vulgo dette, *S. Maria d' Annone*; carceres Regiæ Annonæ Civitatis, vulgo dette *della Scioſcella*, hodie *di Sanfelice*; carceres M. C. Admirantis, vulgo dette *delli Fiorentini*, hi vero non amplius exiſtunt; carceres Catalanorum, vulgo dette *del Ponte di Tappia*; carceres Regiæ Siclæ, vulgo dette, *delli Cordari al Porto*; carceres artis lanæ, ſiti *in Porta Nova*; carceres nobilis artis ſerici, ſiti *in Sellaria*. In omnibus dictis carceribus non accedunt Domini Regentes ad viſitandum, ſed accedunt Domini Judices M. C. V. civilis, qui debent eſſe in numero opportuno, ſcilicet trium, vel ſaltem duorum illius Rotæ, ad quam ſpectat illa hebdomada ante ferias ire, ut vulgo dicitur, *di Corte*.

2 Et dicti Judices habent auctoritatem viſitandi omnes dictos carceres, ad quos perſonaliter accedunt uſque ad ſummam duc. tercentum tempore viſitationis generalis, de licentia Regii Col. C. quolibet anno obtinenda, oretenus a Domino Regente Decano, *modo a Spect. Præſide S. C.*, ad quem accedit junior Judex Rotæ pro dicta licentia obtinenda,

da, antequam incipiatur viſitatio, quæ incipi ſolet hebdomada ante feriarum principium.

3 Carceres vero Regiæ Audientiæ Exercitus, vulgo dette *di S. Giacomo de' Spagnoli*, cum ſint ſub poteſtate Regii Generalis Auditoris Exercitus, & milites ſunt exempti a poteſtate M.C.V., non viſitantur per dictos Judices. Verum Carcererius tenetur mittere notam carceratorum, qui non ſunt milites, ut illi viſitentur a dictis Dominis Judicibus, & viſitatio dictorum carcerum, & militum in eo carceratorum viſitantur per Dom.Gen. Auditorem Exercitus in dictis feſtivitatibus.

4 Et dicti M. C. V. Judices cum Magiſtro Actorum Regiæ Viſitationis accedunt perſonaliter ad alios carceres, ut ſupra, ubi Carcererius exhibet notam carceratorum cum qualitate debiti, pro quo ſunt carcerati ad finem, ut ſi debitum ſit ex cauſa Annonæ, penſionis domus, affictus territorii intra diſtrictum, vel delegationis, dicti carcerati non viſitentur; Sed ſi eſt carceratus pro debito ſimplici, in margine dictæ liſtæ ſit, *viſitetur ad ſolvendum menſatim carolenos tot*. Et incontinenti dimittitur carceratus extra carceres abſque ſolutione Portelli, & etiam ſi eſſet carceratus pro pœnis Curiæ Bajularis; nam ſi eſſent carcerati pro aliis pœnis Regii Fiſci, dicti Judices non habent poteſtatum viſitandi.

Cum advertentia, quod facta viſitatione prædicta, Mag. Anſalonus regiſtrat in libro viſitationis nomina, & cognomina carceratorum, qui ſunt viſitati, cum qualitate debiti, & ſummæ, & illi Judices, qui viſitationi interfuerunt in ſingulis paginis libri ſe ſubſcribunt.

Et conſignatur ſalvaguardia debitori viſitato tenoris ſequentis.

5 *Formula Salvaguardiæ Viſitationis generalis facta per Dominos Judices M.C.V.*

Inter cætera contenta in libro viſitationis pauperum M. C. V. adeſt infraſcripta viſitatio lata ſub die, &c.

TT. pro debito TT. ducatorum tot viſitetur, & ſolvat menſatim ducatos tot, dummodo non ſit ex cauſa Annonæ, penſionis Domus, affictus Territorii, aut Delegationis.

Carmignanus.

Copia, meliori collatione ſemper ſalva; & in fidem, &c.

Liberatus de Anſalone Act. Mag.

6 Adverte tamen, quod ſolutio menſatim repartitur in modum, ut per ſpatium unius anni remaneat ſoluta tota ſumma debiti, & hoc eſt regulariter; nam poſtea debitor impotens, poteſt facere ad unum ſolum Judicem memoriale, tenoris ſequentis, vz.

7 Al Sig. Giudice di Vicaria in Viſita.

T. di T. ſupplicando rappreſenta a U.S., qualmente ritrovandoſi debitore a T. di T. per la ſumma di doc. T., e poi carcerato, è uſcito viſitato a pagare doc. T. il meſe. E perchè ha complito tre meſate, ed anche ſono claſſe due altre, non eſſendo più d. debito di detta ſumma di docati T. ma di minore, importante docati T. E per li preſenti tempi calamitoſi non può complire, e per eſſer povero carico di famiglia; Supplica per tanto U.S. ordinare, in onore della Natività, o Reſurrezione di Noſtro Signore Gesù Criſto la moderazione di detta viſita, e che le meſate decorſe decorrano da oggi, ut Deus.

In calce cujus memorialis ſit decretum tenoris ſequentis, vz.

Moderetur viſitatio prædicta ad ſolvendum menſatim ducatos tot, & menſata decurſa decurrant ab hodie. Neap. die, &c.

Biſcardus. *De Anſalone.*

Hæc moderatio regiſtratur in margine libri Regiæ Viſitationis per magnific. Anſalonem Actorum Magiſtrum, qui retinet penes ſe dictum memoriale, ſic proviſum, & pro cautela debitoris viſitati notat in calce ſalvaguardiæ decretum prædictum hoc modo, vz.

Sub die, &c. Adeſt decretum Dom. Judicis N. N., in quo fuit ordinatum, quod moderetur viſitatio prædicta ad ſolvendum menſatim ducatos tot, & menſatæ decurſæ decurrant ab hodie.

De Anſalone Act. Magiſter.

Et ſi debitor adeo impotens fuit, ut nullam menſatam ſolvit, adhuc porrecto memoriali obtinebit, quod menſatæ decurſæ currant ab hodie.

Et ſi debitor ſolvit punctualiter menſatas decurſas, & diffidit continuare, adhuc porrecto memoriali obtinebit decretationem, quod moderetur in carolenis tot.

8 Scias quoque, quod ad inſtantiam creditoris ſolet expediri a Reg. Collaterali Conſilio memoriale, quod ſuus debitor non viſitetur, quod memoriale creditor ſolet conſignare Magiſtro Actorum Viſitationis; tunc in generali viſitatione dicti Domini Judices mandant, ut vocetur creditor, qui incontinenti ante crates carcerum, vocatur per Porterium dictæ M.C.V. qui exiſtit in Rota illa, quæ eſt de Viſita, & vocatus ſi comparet, & non alleget cauſſam privilegiatam, ex qua non poſſit viſitari, ſit decretatio, *quod vocatus, & auditus viſitetur.*

9 Et ſi non comparet, ſit decretatio: *quod vocatus creditor, & non comparuit, viſitetur debitor carceratus.* Et hoc quando appareat debitum eſſe ſimplex, ideſt non ex illis privilegiatis, ut eſt ex cauſa Annonæ, vel Delegationis litterarum cambii, vel Nationis Venetorum, aut alterius nationis, quæ habeat Judicem ſpecialem, vel alterius delegationis. Nam in his Judices M.C.V. non viſitant.

10 Sed ſit memoriale ad Spectabiles Regentes, qui in Viſitatione generali viſitant omnes debitores ſupplicantes, licet ſint in aliis carceribus carcerati, etiam ſi ſint carcerati in Curiis inferioribus per Regnum, & pro quovis debito abſque ulla diſtinctione, infra tamen ſummam duc. centum, ut in *Cap. antecedenti num.* 5. dixi. Nam ultra dictam ſummam ſolet obtineri memoriale prius a Reg. Collat. Conſil. ut ſupplicans poſſit viſitari, non obſtante, quod debitum ſit majoris ſummæ. Et decretatio, quæ fieri ſolet in dicto memoriali eſt, vz. *Spect. Regens in Viſitatione Carceratorum M.C. Vic. ſuper ſupplicatis provideat.*

11 De hac Viſitatione generali habemus *Pragm. 37. de Offic. Magiſt. Juſtit., editam per D. Parafan 25. Junii 1567. quæ in* §. 3. confirmat 1. *Pragm. de Viſit. Captiv.*, & confirmat *pragm. 6. §. 4. de Offic. Magiſtr. Juſtit.* & ſuperaddit, quod in tribus temporibus anni, & proprie in tribus Paſchis, quolibet anno ſit Viſitatio generaliter cujuſcumque carcerati.

Nec aliam legem Regni reperio circa dictam Viſitationem generalem in tribus anni temporibus; & licet in dicta *Pragm.* dicat, faciendam eſſe viſitationem in tribus Paſchis, quæ eſſent in Paſcha Epiphaniæ, in Paſcha Reſurrectionis, & in Paſcha Roſatæ; tamen in Practica ſit in feriis Nativitatis Domini, & Reſurrectionis tantum.

12 „ Addendum hic eſſe neceſſarium exiſtimo, quod
„ in generali viſitatione Paſchate Reſurrectionis hu-
„ jus anni 1740. facta per M. C. Vic. fuerunt excluſi
„ dictæ viſitationis beneficio omnes hi ex cauſa debi-
„ ti a commercio quolibet, ſeu negotiatione prove-
„ nientis in vinculis detenti; ea ratione, quia pau-
„ cis ab hinc menſibus ſano quippe conſilio, & ſum-
„ ma Regis noſtri providentiſſimi munificentia ere-
„ ctum extat ſupremum Tribunal ſejunctum, & ſpe-

cia-

,, tiale ad omnes , & quaſcumque cauſas artes , &
,, commercia reſpicientes ; cujus authoritas , præe-
,, minentia , & poteſtas æquiparanda eſt quibuſvis
,, aliis ſupremis Civitatis noſtræ Tribunalibus ; in
,, ea enim , qua nulla major eſt , ſublimitate fuit poſi-
,, tum . Ejuſdem Caput dicitur Magnus Commercii
,, Præfectus ; cui vero hæc Præfectura addicetur ,
,, adhuc a Rege declarandum ; eoque dignitatis illa
,, evecta eſt,ut ſuperaddita ſeptem præclariſſimis Regni
,, officiis, numeratur octavum.Duobus ſingulæ hebdo-
,, madæ diebus , donec in Caſtro Capuano locus aptus
,, pro eo regendo conſtruatur , regitur id Tribunal in
,, domo alias laudati D. Franciſci Ventura , jam Re-
,, giam Cancellariam Regentis , dein Regii Conſilia-
,, rii , & unius ex S. R. C. Aularum Præfectis , & de
,, Regali Camera D. Claræ , ſpectabilis modo , ac me-
,, ritiſſimi Præſidentis ejuſdem Tribunalis ; in domo
,, autem Magni Præfecti , ſi creatus fuerit , regendum
,, foret : Alia rurſus cujuſque hebdomadæ die ſeſe
,, confert præfatum Tribunal in Regio Palatio coram
,, Excell.Domino Marchione de Salas D. Joſepho Joa-
,, chimo de Monteallegre Regis noſtri a Conſiliis , &
,, a Secretis tum Status , tum belli , reique maritimæ,
,, & univerſalis negotiorum expeditionis , ejuſque a
,, cubiculis , egregii ordinis D. Januarii equite , nuper
,, inter nobiles , Patriciosque Neapolitanos Sedilis Ni-
,, li unanimi conſenſu allecto ; coram quo diſcutiun-
,, tur , firmanturque commodiora , & aptiora ad ape-
,, riendum , atque ampliandum cum maxima Regni
,, noſtri utilitate commercium.
,, Hujuſmodi Tribunal componitur pluribus
,, tam Toga decoratis , quam Equitibus , quam etiam
,, Mercatoribus , qui omnes æqualem preeminentiam,
,, & nomen Regiorum Conſiliariorum habent ; adeſt
,, & a Secretis , & Relatorem quemdam , a quo pro-
,, ponuntur vel a ſe , vel ab aliis propoſita , quæ ad
,, dictum commercium ſtabiliendum magis conferre
,, videntur . Ab eo niſi ad idemmet non appellatur ,
,, ſicuti ſemper mos fuerat in S. C. , admittitur tamen
,, appellatio ad dictum ſupremum Magiſtratum a
,, Tribunali Conſulatus maris , & Terræ , eodem tem-
,, pore a Rege noſtro erecto , tamquam ab illo depen-
,, denti , ejuſque parte ; in quo præſunt Conſulum
,, nomine plures Mercatores , cum aſſiſtentia duorum
,, I.U.D. pro Adſeſſoribus ; appellatio ſcilicet ſuſpen-
,, ſiva a duc. tercentum ſupra ; infra vero, devolutiva
,, tantum; admittitur enim appellatio,poſt decreti exe-
,, cutionem , non proprie per appellationem , ſed per
,, modum gravaminis, ſupplicatione porrecta d. Spect.
,, Præſidi . In utriſque proceditur nulla judicii figu-
,, ra , & ordine ſervato , ſed ſummariiſſime . & vere
,, de plano , etiam abſque termino , nulla probationis
,, qualitate rejecta ; & Decreta ipſa , ac ſententiæ vul-
,, gari ſermone proferuntur ; quod obiter dixiſſe ſatis.
,, Si vero in omnibus viſitationibus generalibus idem
,, ſemper ſervabitur , ignoramus , poteſt enim aliter a
,, Rege noſtro decerni; itaque in poſterum practicari .

C A P. IV.

De Generali Decreto Feriarum pro debitoribus fidejuſſorem habentibus.

S U M M A R I U M.

Decreti generalis Form. quod fit quolibet anno per M.C.V. in tribus temporibus anni ad beneficium debitorum, ut excarcerentur, præſtita cautione, n.1.

Debitor vigore dicti decreti generalis excarceratur abſque alio decreto Iudicis , ſolum cum chartella Mag. Actorum , qui cœpit fidejuſſionem ; Et omnes Curiæ Baronales Regni poſſunt ſic excarcerare , vigore dicti decreti generalis, num.2.

Debitor carceratus vigore executorii expediti in S. R. Conſ. vel in Trib. Annonæ , vel Aud. Exercitus , & ſimilium, ibi præſtare debet fidejuſſionem , num.3.

Memorialis Forma ad Spect. Dom. Præſidentem S. R. Conſ. quando carceratus eſt vigore executorii S. R. C. cum regia decretatione, & tota praxi excarcerationis, n.4.

Debitor carceratus vigore executorii alicujus delegationis non gaudet beneficio feriarum abſque diſpenſatione Regia, num.5.

Carcerati in Curiis Baronalibus , vel aliis Curiis inferioribus gaudent dicto beneficio, vigore dicti generalis decreti, & traditur praxis pro debitore, num.6.

Debitores, qui non ſunt carcerati, etiam gaudent beneficio feriarum, ſi præſtent fidejuſſionem in forma, nu.7.

Feriis elapſis ſolet beneficium feriarum prorogari pro debitoribus, qui cautionem præſtiterunt, num.8.

Decreti generalis pro prorogatione feriarum traditur formula, num.9.

Fidejuſſio præſtita per debitorem, quam vim, & effectum habet, & quando, & quomodo caſſetur ipſo jure, n.10.

Fidejuſſio finitis feriis, quomodo accuſatur ad inſtantiã creditoris, & ad inſtantiam fiſci pro pœna, num.11.

Magn. Iulianus Margionus Mag. Actor. in capite M.C.V. laudatur, num.12.

Decretum generale feriarum, unde originem habuit. Pragm.2.de Offic.Magn. Juſtit. *hodie in nova compilat.* Prag.4. 1. de Feriis, *quæ declaratur*, num.13.

Debitor, qui non habet fidejuſſorem , ut gaudeat beneficio feriarum , admittitur ad juratoriam cautionem, num.14.

Fidejuſſio per viam expromiſſionis practicatur, ut debitor abſens gaudeat beneficio feriarum, num.15.

,, *Quoad reos , & debitores nil fuit innovatum per*
,, *nov. Conſtit. licet feriæ aſtivæ fuerint ſublatæ* , n.16.

HAbent etiam debitores pauperos in hac Civitate Neapolis aliud remedium in tribus temporibus anni , in Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti , in Reſurrectione , & in Feriis æſtivis , quibus temporibus advenientibus in die , quo ceſſatur a regenda Curia , vel paulo ante ceſſationem , regitur Curia per tres Judices Civiles cum Magiſtro Actorum Decano, vel alio Mag. Actorum in capite M.C.V. Civilis, & ipſa M.C. pro Tribunali ſedente interponit decretum generale, tenoris ſequentis, v3.

1 Magna Curia mandat , quod omnes carcerati , & carcerandi tam pro debitis civilibus , quam pro pœnis Regii Fiſci habilitentur per præſentes ferias N.N. cum cautione in forma .

2 De virtute hujus generalis Decreti pro parte debitoris acceditur ad quemlibet Mag. Actorum Vicariæ civilis , & abſque libello , ſed ſolum præſentat partitam Carcererii , ubi eſt carceratus , & dat fidejuſſorem de redeundo ad carcerem , ubi reperitur carceratus finitis feriis , vel de ſe concordando cum ſuo creditore , qua cautione præſtita idem Magiſter Actorum facit chartellam excarcerationis abſque licentia , nec ſubſcriptione Judicis ; dum fit pro executione dicti decreti generalis; & hoc beneficio feriarum gaudent etiam carcerati in Curiis Baronalibus, & Curia Baronalis poteſt pro executione dicti decreti generalis excarcerare, capta fidejuſſione, ut ſupra.

3 Verum advertatur, quod ſi executorium fuit expeditum in S. R. C. dicta fidejuſſio debet fieri in eadem banca , ubi fuit expeditum dictum executorium , vel in alia Banca , prævia renunciatione facta ab illius Actorum Magiſtro ; copia fidejuſſionis remanet in poſſe Secretarii M.C.Vic., qui illam regiſtrat in Secretaria; & dictus magiſt. Secretarius ſubſcribit tam chartellam excarcerationis , quam ſalvaguardiam , quæ a Magiſtro Actorum fit pro cautela debitoris excarcerati . Et dicta ſalvaguardia habet locum ſolum pro

per-

perſona, & non pro bonis, Et alii debitores, qui non ſunt carcerati, poſſunt etiam præſtita fidejuſſione obtinere ſalvaguardiam prædictam.

Et ſi debitores ſunt pro cauſa Annonæ, & executorium fuerit expeditum a dicto Tribunali Regiæ Annonæ, tunc habita renunciatione a magn. Leonardo Auſilio Secretario dicti Tribunalis, quilibet Magiſter Actorum M.C.Vic. Civilis recipit fidejuſſionem, & tranſmittit copiam authenticam ad dictum Tribunal, a quo expeditur chartella ſalvaguardiæ.

Et quando eſt debitor pro cauſa introducta in S.R.C., tunc porrecto memoriali ad Spectabilem Dominum Præſidentem tenoris, vz.

4 All'Illuſtriſſimo, e Spettabile Signor Preſidente del S. R. C.

N.N. ſupplicando rappreſenta a U. S. Illuſtriſſima, come ſi ritrova carcerato con ordine del Sign. Conſigl. T. ad iſtanza del tal creditore per doc. tanti, e perchè vuol godere il privilegio delle preſenti ferie con dar la pleggiaria de ſe concordando, vel redeundo, ſupplica U. S. Illuſtriſſima la ſcarcerazione, ut Deus.

Gaudeat decreto generali Feriarum, præſtita cautione in forma, &c.

Quo memoriali producto in Banca S.R.C. ubi fuit expeditum executorium, ſi Actuarius dictæ Bancæ vult recipere fidejuſſiones, recipit, & expedit chartellam ſalvaguardiæ in forma, & ſi non vult illam recipere, ſcribit in calce memorialis, *renunciat fidejuſſionem prædictam*, & tunc denuo recurritur ad dictum Spectabilem Præſidentem, qui facit decretationem, vz.

Reluctante Actorum Magiſtro Cauſæ, fidejuſſio recipiatur per alium Actorum Magiſtrum dicti S. R. C.

Et ſi omnes Actuarii dicti S.R.C. recuſant, tunc facta recuſatione in calce dicti memorialis, fit decretatio per Spectabilem Præſidentem, vz.

Reluctantibus cæteris Actorum Magiſtris S. R. C. cautio recipiatur per unum ex Actorum Magiſtris M.C.V.Civilis; tunc in qualibet Banca M.C.V. præſtatur cautio, expeditur chartella, & ſalvaguardia...

5 In cauſa Delegationis, ut ſunt executorii expediti per Dominum Delegatum litterarum cambii, vel Delegatum alicujus Nationis, & alios Delegatos, non poſſunt gaudere dicto beneficio feriarum, niſi obtineant diſpenſationem a Coll.Conſ.; hinc ſolent porrigere memoriale ad Collaterale Conſilium, ut gaudeant feriarum dilatione.

6 Hoc beneficio feriarum non ſolum gaudent debitores, qui ſunt in hac Civitate, ſed etiam qui ſunt ubique locorum per Regnum in Regiis Audientiis in carceribus inferioribus Regiis, vel Baronalibus.

Et ſi in Curia, ubi ſunt carcerati, non habent fidejuſſorem, vel a Curia denegatur dictum beneficium, poteſt quilibet amicus, abſque ſpeciali mandato, porrigere memoriale ad unum Judicem M. C. Vic.Civilis, vel præſentare inſtantiam pro parte carcerati abſentis, & fit decretatio tenoris ſequentis.

Gaudeat decreto generali feriarum, præſtita cautione in forma per viam expromiſſionis, & expediantur proviſiones pro excarceratione debitoris.

Deinde expediuntur proviſiones directæ ad Officiales, Actuarium, & Carcererium illius Civitatis, vel Oppidi, quod pro executione decreti generalis feriarum, ſtatim excarceretur N.carceratus, ſtante fidejuſſione præſtita in forma, &c.

7 Alii debitores quoque, qui non ſunt carcerati poſſunt dare fidejuſſionem de ſe concordando, vel de ſe præſentando ad carceres finitis feriis, & obtinere ſalvaguardiam, ne moleſtentur durantibus feriis.

8 Finitis deinde Feriis, ab eadem M.C.V. pro Tribunali ſedente, cum interventu ſimiliter trium Judicum M. C. Civilis, & Decani, ſeu alterius Actorum Magiſtri in capite, publicatur ſequens Decretum generale, vz.

9 *Magna Curia mandat, quod procedatur in cauſis in terminis, in quibus reperiuntur; verum habilitati per elapſas ferias redeant per totum præſentem menſem, vel per dies tot.*

Et ſic in hoc decreto prorogatur terminus, quo habilitati gaudent feriarum beneficio ad arbitrium ipſius M.C.V.

10 Qua dilatione tandem conceſſa, ſi debitores habilitati ſunt interim jam concordati cum creditoribus, tunc remanet fidejuſſio caſſa, & nullius valoris.

Vel ſi fuerit præcedenti memoriali in viſitatione concordatus de ſolvendo menſatim, ſimiliter caſſa remanet fidejuſſio præſtita. Item ſi jam ſponte redierit ad carceres; in quolibet ex dictis caſibus intelligitur adimpleta promiſſio, & executio fidejuſſionis. Dum in illa nil aliud fuit cautum, niſi de ſe concordando, vel ad carceres redeundo.

11 In caſu vero, quo debitor non ſe concordavit, nec rediit ad carceres, poſt elapſum terminum feriarum, creditor inſtabit apud Magiſtrum Actorum, qui fidejuſſionem ſtipulavit, & porrecta partita excarcerationis, accuſat fidejuſſionem, & expediuntur litteræ executoriales realiter, & perſonaliter, tam contra principalem, quam contra fidejuſſorem, pro debito, & pœna, quæ ſcribitur in libro inferni.

Deinde ad inſtantiam Procuratoris fiſcalis M. C. Vic. exequitur pro pœna.

De hac viſitatione legem, ſive Pragmaticam non habemus, ſed ut mihi teſtatus eſt Magn. Julianus
12 Margionus Magiſter Actorum in capite M.C.V.civilis veteranus, & magnus practicus, fuiſſe ex clementia piorum noſtrorum Regum litteris directis ad M. C.V.ordinatum, ut Inopes debitores carcerati, vel carcerandi gauderent libertate tempore feriarum, præſtita cautione ad beneficium creditoris de redeundo ad carceres, vel de ſe concordando.

13 Et in anno 1634. ſub die 2. Junii fuit ad ſupplicationem carceratorum edita *Pragmatica* per Exc. D. Petrum de Toleto Viceregem hujus Regni. quæ in antiqua compilatione *Pragm.* erat *ſecunda ſub rub. de offic. Mag. Juſt.* nunc vero in nova compilatione facta per *D. Alteim.* eſt 1. *ſub tit. de Feriis* mandans.

Ut conſuetudo antiqua dimittendi carceratos pro debito civili in medietate menſis Julii ſervetur anticipate in menſe Junii a dicto die promulgationis, non expectata medietate menſis Julii, præſtita cautione de ſolvendo debitum, vel de redeundo ad carceres, finitis feriis.

14 *Novar. par. 1. qu. for. 263. in fin. & in collect. ſuper d. Pragm. 153.* firmavit dictam *Pragmaticam* eſſe ſervandam, etiam quod carceratus nequeat fidejuſſores reperire; nam in tali caſu ad juratoriam cautionem admitti debeat, & ut probetur dicta impotentia, ſufficit, quod juret, ſe non poſſe invenire, *Text. in c. per veſtras de donat. inter virum, & uxor. c. fin. de ſentent. excomm. in 6. l. ſi fidejuſſor §. ſi neceſſarium, ff. qui ſatiſdare coguntur, §. ſed hodie inſt. de ſatiſdat. l. ſancimus, C. de verb. oblig. Trentacinq. tit. de verb. ſignif. reſ. 5. Surd. dec. 141. num. 1.*

Impoſſibilitas enim excuſat, *l. ſi quis in gravi.* ubi *Bart. ff. ad Syll.* Et difficultas magna impoſſibilitati æquiparatur, *Surd. dec. 141. num. 9.*

Et in propriis terminis etiam, quod ſtatutum fidejuſſionem exigeret, ad juratoriam admitti debeat, tenet *Gloſ. in l. ex parentela in verb. pro contumacia, ff. de verb. ſignif. Alex. conſ. 37. col. 3. vol. 3.* & alii apud *Novar. loc. cit.*

15 Denuum nota, quod pro debitoribus abſentibus, ſive

ſive carceratis, ſive non, fidejuſſio præſtatur per viam expromiſſionis, ut debitor gaudeat benefic. feriarum, & ita in praxi practicatur.

16 ,, Obſervare ne pigeat, quod licet per novam pluries citatam Regis *Conſtitutionem* ſublatæ fuerint feriæ, quæ dicebantur æſtivæ, ut jam ſupra notatum eſt, eæque ſtatutæ a die prima menſis Octobris uſque ad diem decimamquintam Novembris; quod attinet tamen ad debitores, & reos abſentes, nil fuit innovatum, unde in hoc antiqua, & conſueta praxis ſervanda; expreſſe enim *§. l. nu.* 34. adductæ *Conſtit.* hoc declaratur, ſequentibus verbis: *Conſiderandoſi da Noi, che le Ferie, che ſi chiamano eſtive, le quali cominciano da i* 24. *del meſe di Luglio, e per antica Conſuetudine han ſoluto durare ſino a tutto il meſe di Ottobre, ſiano affatto inutili; e che invece di ſollecitare, contribuiſcano molto al ritardamento del diſbrigo degli affari; Ordiniamo perciò, che reſtando ferme dette Ferie ſolamente a riguardo del beneficio, che per le medeſime godono i debitori, ed i rei aſſenti; ad oggetto, che queſti non ſiano obbligati di preſentarſi col pericolo della vita per la mutazione dell'aere: del rimanente i Tribunali debbano reggerſi continovamente in tutte le giornate, che non ſiano feriali, come ſi pratica negli altri tempi dell'anno, procedendoſi anche alle compilazioni de' termini ordinarj. All'incontro, affinche non meno i Miniſtri, che gli Avvocati, e le Parti litiganti poſſano avere qualche reſpiro dalle loro continovate applicazioni, per poterle poi dopo un competente reſpiro ripigliare, con maggior vigore; vogliamo, che le ferie debbano principiare dal primo dì del meſe di Ottobre, e durare ſino alli* 15. *del meſe di Novembre* incluſivè, *ſenza che in detto tempo ſi reggano affatto i Tribunali, e ſia lecito a' Miniſtri di poter andare a villeggiare in quei luoghi, che meglio loro piaceranno.* Conſiderans autem Principis noſtri providentia, quod ſi Curia prorſus ſileret, abſque eo quod poſſent durantibus feriis omnino negotia expediri, id foret per quam maxime damnoſum rebus, quæ dilationem non admittunt, ſubjunxit ibidem: *Reſtando però in Città due Giudici Civili, e due Giudici Criminali in giro, da deſtinarſi dal Reggente della G.C. della Vicaria per le coſe ordinarie correnti, e premuroſe, che non patiſcono dilazione.* Pro quibus rebus decernendis, ſi tales ſunt, quæ domi fieri nequeant, conveniunt ambo Judices in Aula M.C.V. diebus non feriatis, & facto inter ipſos verbo quandoque etiam partibus auditis eas expediunt. Itaque in uſu eſt.

C A P. V.

De Viſitatione particulari Sabbatina, quæ fit per Spectabiles Dominos Regentes.

S U M M A R I U M.

Viſitatio Sabbatina, qua ſit, pro qua ſumma, ubi & pro quibus debiti fieri poſſit, & quæ decreta fieri ſoleant, num. 1.

Debitor viſitatus gaudet de perſona tantum, nam in bonis poteſt moleſtari, quomodocumque viſitetur tam per Dom. Reg. quam per Dom. Jud. & tam in viſitatione generali, quam particulari, num. 2.

Debitor viſitatus ad ſolvendum menſatim, ſi defecerit, expeditur contra eum executorium per Magiſt. Act. viſitationis, num. 3.

Debitor, qui ſolvere non poteſt menſatam, quomodo evitabit executorium, datur cautela, num. 4.

Viſitatio Sabbatina non fit pro illis, qui non ſunt intra carceres, imo per 15. *dies ſaltem in carcere detenti non ſint, neque ſi carceratio ſit affectata, & ſpontanea*, num. 5.

Creditor quomodo poterit impedire, ne ſui debitores viſitentur in dicta viſitatione Sabbatina, nu. 6.

Dilatio de juſtitia, quæ ſit, & quæ de gratia, num. 7.

Viſitatio hæc Sabbatina fit vigore Pragm. 1. & 2. de viſit. captiv. *qua* Pragm. *declaratur*, num. 8.

1 PRo viſitatione Sabbatina intelligo illam, quæ fit quolibet Sabbato, & non eſt generalis, quia non fit pro omni debito, nec per omnes Regentes, ſed per unum Regentem circulatim; ,, hodie vero per unum (uti diximus) Aularum Sac. Reg. Conſ. Præfectum, & de Regali Camera D. Claræ.

Unde cum ſupra dictum ſit de viſitatione generali, merito nunc ſequitur viſitatio particularis, quæ fieri ſolet per unum Spectabilem Regentem (,, hoc eſt per unum ex quattuor Aularum S.C. Præfectis) qualibet Hebdomada in die Sabbati in dicta Aula criminali M.C. cum aſſiſtentia Judicum criminalium, ac Advocati Fiſcalis; & unus Scriba a mandatis legit memorialia. In hac viſitatione viſitantur carcerati pro cauſſa criminali, & debitores tam exiſtentes carcerati, quam exiſtentes in libertate, ſed ſuſpicantur carcerari, pro ſumma ducatorum centum infra, & non ultra, & cum conditione, dummodo non ſint debitores ex cauſſa annonæ, penſionis domus, delegationis, affictus Territorii, Gabellæ, & ex cauſſa criminali, & ſi aliam dilationem non habuerint.

Et in dicta viſitatione, vel habilitantur ad ſolvendum carolenos tot quolibet menſe, vel ſolet provideri, quod per menſem non moleſtentur de perſona.

2 Qui debitor non poteſt moleſtari de perſona tantum, tam ſi ſit viſitatus in viſitatione generali, quam in particulari, & tam per Dom. Reg. quam per Dom. Jud. & tam ſi viſitetur, ut per menſem non moleſtetur, quam ſi viſitetur, ut menſatim ſolvat carol. tot.

Sed in bonis poteſt contra eum exequi, non obſtante, quod punctualiter ſolverit quolibet menſe ſummam ordinatam in viſitatione, quæ ſolutio fit in manibus Magiſtri Actor. dictæ viſitationis, ad quem aſſiſtere debet creditor, ut habeat depoſitum.

3 Et ſi defecerit a ſolutione, ſtatim poteſt creditor obtinere a Magiſtro Act. viſitationis litteras executoriales pro toto debito.

4 Verum debitor poteſt ſe excuſare apud acta dicti Magiſtri Act. viſitationis, antequam expediantur litteræ executoriales, quod per impotentiam non potuit hoc menſe ſolvere, & Magiſter Act. notat in ſalvaguardia, *menſata decurſa decurrant ab hodie*; Quod denotat prorogationem illius menſis.

Poteſt etiam debitor deinde exponere per aliud memoriale, quod tanta eſt ſua paupertas, ut non poſſit quolibet menſe ſolvere dictam ſummam, & dictus Regius Viſitator ſolet providere, quod ſolvat medietatem illius ſummæ in menſe, & ſic poteſt in alia viſitatione aliud memoriale porrigere, quod neque poteſt illam ſummam continuare, & obtinere diminutionem ſummæ ſolvendæ in menſe.

5 Cum advertentia, quod non admittuntur in dicta viſitatione particulari, niſi ſint exiſtentes intra carceres, & quod ſteterint carcerati ſaltem per dies quindecim.

Neque admittuntur in viſitatione illi, qui ſponte, & malitioſe ſe præſentant in carceribus, ut in *Prag.* 3. *de viſit. captivor.* quæ licet loquatur de viſitatione, quæ fit per Dom. Jud. M.C.V. tamen ita ſervant etiam Domini Spect. Reg. in viſitatione partic., ſecus vero in viſitationibus generalibus in Sancto Natali, & Paſchate,

6 Creditor vero poteſt contra debitorem porrigere memoriale in Collaterali Conſilio, quod talis ſuus debitor ſæpe ſe facit viſitare, & obtinuit per menſem non moleſtari ad finem effugiendi debitum, & ſolet provideri per Collaterale, *quod litteræ executoriales expeditæ per M.C.V. ſub di: &c. debitæ executioni demandentur, juxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, non obſtantibus quibuſvis ſalvaguardiis, aut dilationibus, exceptis de juſtitia.*

7 Et nota, quod dilationes de juſtitia ſunt illæ, quæ fiunt ad beneficium ſeptuagenarii, vel illius, qui ceſſit bonis.

8 De hac viſitatione, quæ fit quolibet Sabbato, habemus in Regno *Pragm.1. de viſitatione captivor.*, quæ incipit: *Mandamus*, edita per *Imperatorem Carolum V. anno* 1540. *fol.*506. *ex §.*18. *Pragm.M.C.V.* tenoris ſequentis.

Mandamus inſuper, quod die Sabbati ſingulis hebdomadis, unus ex Regentibus Cancellariam Regni, unuſquiſque etiam ex Conſiliariis Sac. noſtri Conſilii in Caſtro Capuanæ reſidentis, viſitent M.C.V. cauſaſque carceratorum audiant, & earum celeri expeditionè vacent, ne diutius in carcero macerentur.

Et ſi die Sabbati celebretur feſtivitas, viſitatio fiat die Veneris antecedentis, & ſi Regens, ad quem ſpectat, ſit impeditus, alius viſitationem faciat.

Deinde fuit edita *Pragm.2. de viſitat. captivor. ſub die ultimo Novembris* 1599. *fol.*506. quæ mandat, ut quolibet Sabbato Spectabilis Regens primo viſitet Clericos carceratos, & dat aliquas inſtructiones circa celerem expeditionem carceratorum.

C A P. VI.

De Viſitatione particulari, quæ fit per Dom. Iud. M.C.V. pro debito civili omni die.

S U M M A R I U M.

Iudices M.C.V. civilis habent poteſtatem omni die anni viſitare carceratos infra ſummam duc. triginta vigore Pragm.3. de viſit. captivor. *quæ declaratur, dummodo ſerventur quatuor conditiones, ut ibi,* num.1.

Viſitatio carcerum fieri debet quolibet Sabbato per unum ex Judic. criminalibus, vel civilibus non ad finem excarcerandi, ſed ne carcerati graventur a Carcererio, vel Scribis, & ut habeant panem Curiæ, qui illo egent, & hoc vigore Pragm.6. de Offic. Mag. Iuſt. *quæ declaratur,* num.2.

1 Domini Iudices M.C.V. civiles extra tempora Viſitationis generalis habent poteſtatem omni tempore anni viſitandi quemcumque debitorem pro debito civili carceratum, intra ſummam tamen ducatorum triginta, vigore *Pragm.3. de viſitat. captivor. edita ſub die 9. Octob.* 1619. quæ proprie non fuit *Prag.*, ſed fuit ordo per Secretariam Regni regiſtratus inter *Pragmaticas*, ubi dantur plures Inſtructiones.

Primo, ut non viſitetur is, qui ſponte ſe conſtituit in vinculis, quia dicta carceratio affectata eum non juvat.

Secundo non poteſt viſitari, niſi poſtquam ſteterit quindecim dies in carceribus.

Tertio non poteſt viſitari is, qui gaviſus eſt beneficio feriarum, & deinde finitis feriis rediit ad carceres, niſi poſt elapſum terminum quindecim dierum ſuæ ultimæ carcerationis.

Quarto, non viſitetur is, qui debet majorem ſummam ducatorum triginta; hæc omnia diſponuntur in *d. Pragm.* 3.

2 Adeſt & alia *Pragm.6. de Offic. Magiſtr. Juſtitiar. ex pragmaticis M.C. anni* 1554. quæ in §.4. diſponit, ut quolibet Sabbato per unum Iudicem M.C.V. tam criminalis, quam civilis viſitentur carceres M.C.V. & ſe informet, quomodo detenti tractentur a Carcererio; quomodo curentur infirmi; quæ attentio adhibeatur per Magn. Advocatum, & Procuratorem Pauperum, & an aliquo gravamine ſint oppreſſi a Scribis, & ut pauperes habeant panem Curiæ.

Hæc *Pragm.* fuit confirmata per *Pragm.37. de offic. Magiſtr. Juſtit.* §.3.

C A P. VII.

De Praxi liberandi carceratos ex pietate Montium.

S U M M A R I U M.

Debitores adeo paupertate preſſi, ut nec fidejuſſorem, nec modum habeant ſolvendi menſuatas, excarcerantur pecunia piorum Montium, & traditur praxis, num.1.

Dictum eſt de pauperibus, qui habent fidejuſſorem, vel modum ſolvendi aliquam ſummam quolibet menſe.

1 Reſtat dicendum de illis pauperibus, qui nullum modum habent ſolvendi, nec reperiendi fidejuſſorem, tunc habent ultimum refugium eleemoſinarum, quæ in hac Civitate fiunt per pios Montes, ut eſt Mons Miſericordiæ, Mons Pietatis, Mons Pauperum nominis Dei, Mons Sanctiſſimi Crucifixi Patrum Theatinorum S. Pauli, Mons de Blanchis, & aliis quilibet ex iſtis Montibus habent deputatos electos in omnibus Ottinis hujus Civitatis, qui ſunt obligati viſitare carceratos, omni ſpe deſtitutos, & recipiunt notam dictorum pauperum, & memorialia; dictique Deputati habito memoriali, & nota reperiunt creditorem, illique ſolent offerre tertiam partem debiti, & ſi cum dicto creditore poſſunt concordare paulo plus, aut minus dictæ tertiæ partis, creditor in calce memorialis ſcribit conſenſum, quod eſt contentus, ut ſibi ſoluta tali ſumma excarceretur, quo conſenſu obtento, Deputatus vadit ad carceres, & habet auctoritatem excarcerandi debitores ſtatim, abſque licentia Judicis, & dictus Deputatus ſolvit pro portello, ſive excarceratione ad Carcererium carolenos tres, & deinde ſolvit ſummam concordatam creditori ex pecunia dicti pii Montis, mediante apoca Banci, in qua declarat, quod omne plus fuit relaxatum a creditore eleemoſinaliter; & non reſtat aliquid conſequendum.

C A P. VIII.

De Viſitatione Carceratorum, quæ fit per Reg. Aud. Provinc.

S U M M A R I U M.

Viſitatio, quæ fit per Reg. Aud. Provinc. vigore Prag. 10. de Offic. Iud. *declaratur,* num.1.

Audientia Calabriæ Citra quam poteſtatem habeat viſitandi carceres, num.2.

Viſitatio carcerum in Civitate Conſentiæ, fieri debet cum interventu Fiſci Patroni, num.3.

Fiſci patroni præcedentia in Reg. Aud., num.4.

„ *Viſitatio Carcerum, tam M.C.Vic. quam Reg. Aud.* „ *& aliarum Curiarum Regni præſcripta per nov. Con-* „ *ſtit. cujus verba adducuntur,* num.5. *& commendatur Reg. Conſ. D. Carolus Danza,* ibid.

1 P*Ragm.10.de Off. Jud.§.9. fol. 827. edita 31. Maii 1616. per Comitem de Lemos, vulgo delli 89. Capi*, mandat, quod carceres Reg. Audientiarum quolibet Sabbato viſitentur.

Et carceres Capitanei Regii in illo loco, ubi Reg. Aud. reſidet, viſitentur per unum ex Reg. Auditoribus per circulum.

Et ſi Sabbatum erit feſtum, viſitatio anticipetur proxima præcedenti die juridica.

2 Audientia Calabriæ Citra habet poteſtatem viſitandi carceratos pro ære alieno infra quindecim centuſſes, ideſt quindecim ducatos, poſtquam fuerint elapſi quindecim dies carcerationis, & non antea, & dummodo non habeat bona, nec cautionem, ut notatur in margine *Pragmat.2. fol.506. de viſit. captiv. die 31. Julii 1592. in Curia Calabr. 2. fol.134.*

3 Fiſci Patronus intervenire debet in viſitatione Captivorum Curiæ Conſcotiæ in loco ſolito, & præcedit totam Curiam, ita in margine *dictæ Pragm. ſupra citata, Pragm.2. de viſit.* & in margine *Prag.10. de Offic. Jud. §.9.*

4 Fiſci Patronus Principatus Citra præcedit ſemper Capitaneum Salerni, in margine ibidem in *d. Prag. ubi ſupr.*

Ex his omnibus in hoc Tit. collectis clare habetur, quod ſolum Tribun. Collegiata, ut ſunt M. C. V. & Reg. Audient. Prov. habent præeminentiam viſitandi carceratos temporibus, & modis limitatis ſupra; Sec us aliæ Curiæ Baronales, vel Regiæ, quibus non eſt conceſſa dicta poteſtas, propterea ibi practicatur taxatio expenſarum, & alia remedia de jure communi, & practicari poteſt etiam excarceratio in tribus temporibus anni, vigore generalis decreti feriarum, præſtita cautione de concordando, vel redeundo ad carceres, ut diximus in *Cap.4.*

Et hæc ſunt remedia pro relevandis debitoribus impotentibus ex officio pietatis abſque labe calumniæ. Sit laus Deo, & Chriſtianæ pietati.

5 „ Obiter hoc loco, dum loquutus eſt Auctor iſte „ de viſitatione carcerum, quæ fit tam in M.C.V. per „ Judices illius, ut præcedenti *cap. VI.* quam in Reg. „ Audient., ut hic, haud poſſum ſummis uſque laudibus non extollere Principis noſtri ſingularem clementiam, qui male audiens miſeros delinquentes, „ aut teſtes detineri in tam atris, horrendiſque carceribus, *§. ult. num.3. & 4.* jam adductæ *Conſtit.* decrevit, illos prorſus deleri, & ſtatim poſt ejuſdem Conſtitutionis publicationem, & bis in poſterum ſaltem „ quolibet anno viſitari in hac Civitate, & in Tribunali Campaneæ per benemerentiſſimum, doctiſſimumque Regium Conſil. de Regali Camera D. Claræ, „ ac unum ex Præfectis Aularum S. R. C., Marchionis etiam Titulo jure merito decoratum, D. Carolum „ Danza; in Reg. autem Audient. ab Aulæ cujuſvis Audientiæ Capitibus. Audiamus verba prolata vere ab „ Regis animo, miſericordia, & pietate pleno. III. *Proibiamo aſſatto l'uſo de criminali orridi in qualunque carcere di queſta Città, e Regno; volendo che a tal effetto ſubito dopo la pubblicazione della preſente, in queſta Città, e nel Tribunale di Campagna ſi viſitino tutte le carceri dal Conſ. D. Carlo Danza fino a nuovo ordine noſtro, e nelle Provincie dal Capo di Ruota di ciaſchedunna Udienza; e da queſti ſi riducano ad altri uſi tutti i criminali, che ſtimanno improprj, ed indoveroſi, ingiungendo ordine a' Carcerieri ſotto pena di docicento, ed altre arbitrarie da eſeguirſi irremiſſibilmente di non ſervirſi di altri luoghi di carceri, ſe non di quelli deſtinandi dal detto Viſitatore per criminali. IV. Ed affinchè in avvenire non s' introducono, e fabbrichino nuovi criminali della ſteſſa ſpecie, ordiniamo, e comandiamo, che almeno due volte l'anno, cioè ne' meſi di Maggio; e Novembre debbano farſi dette Viſite in queſta Città, e Tribunale di Campagna dal ſuddetto Conſ. D. Carlo Danza fin'a nuovo ordine noſtro, e nell Udienze da' Capi di Ruota, incaricando d'medeſimi d'invigilare, che nelle Corti inferiori, e Baronali non ſi commettano ſimili diſordini, e trapazzi de' rei, e Teſtimonj, nè ſi tengano carceri contro la forma delle Regie Prammatiche.* Et cætera, quæ ibi legat, qui „ velit.

Finis Sexti Tituli Quartæ Speciei.

SEPTIMUS, ET ULTIMUS TITULUS

De Conſervatoriis contra violentias Eccleſiaſticorum, vigore Capitulorum Regni.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

Rex Robertus, quatuor remedia prodidit pro compeſcendis violentiis, tam inter laicos, & Clericos, quam inter Clericos ipſos, & quintum remedium prodidit Regina Joanna, & quæ ſint dicta quinque remedia, num.1.

Laicus Judex compeſcit violentias non ſolum in rebus temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus inter Monaſteria, & inter Clericos, num.2.

Spoliatus per violentiam dicitur Reus, & ſpolians actor, num.3.

Diviſio hujus ſeptimi, & ultimi Tituli, num.4.

INter Judicia extraordinaria, & privilegiatiſſima, quæ in hoc Regno habemus, eſt illud, quod fuit in Regno introductum, per quatuor remedia Capitulorum Regni, emanata ad Clericorum compeſcendas violentias, injurias, & rapinas, quas illi Judicis ſecularis incompetentia freti facere ſolebant. Quando prætendentes aliquod jus ſuper bonis per laicum poſſeſſis, cum agere deberent in Curia laicali, & laicum poſſeſſorem convenire, juris ordine ſervato, coram competenti judice laico, ipſi Clerici, ſpreto ordine juris, & freti, quod a poteſtate laicali ſunt exempti, ſpoliant laicos eorum poſſeſſione per vim, & violentias, ipſoſque ſpoliatos velint trahere, ut compareant coram Judice Eccleſiaſtico, apud quem multoties ipſi Clerici nimium fidunt.

1 Sed Invictiſſimus, & Juſtiſſimus Rex Robertus non patiens in ſuis Regnis violentias fieri, quatuor re-

media prodidit in Regno, ideſt quatuor Capitula, contra violentias, quæ ab Eccleſiaſticis fiunt, & aliud Capitulum contra violentias, quæ fiunt a laicis; ſunt itaque quinque Capitula.

Primum incipit, *ad Regale faſtigium*, ſub rubrica, *quod Juſtitiarius poſſit cognoſcere de gravaminibus vaſſallorum Eccleſiæ per Prælatos, vel alias Eccleſiaſticas perſonas, fol.48.*

II. *Charitatis affectus*, ſub rubrica, *Conſervatorium pro laico contra Clericum, fol.76.*

III. *Finis præcepti Charitas*, ſub rubrica *Conſervatorium pro Clerico contra Clericum, eod. fol.76.*

IV. Et ultimum, *Omnis prædatio*, ſub rubrica, *De ſpolio pro laico contra Clericum, fol. 76.* Quæ Capitula fuerunt edita per Regem Robertum, Anno 1352. ſecundum *Pratum obſerv.57.num.5. centuria 1. pract. obſervat.* relatum a *Giannell. ad Pratum obſerv. 69. num. 2.*

V. Aliud a Regina Ioanna, *ad Præſidentis ſpectat officium*, ſub rubrica, *Conſervatorium in forma ſolemni pro laica contra laicum, fol.75.*

2 Virtute quorum capitulorum, laicus ſpoliatus ſua poſſeſſione ab Eccleſiaſticis perſonis, vel laicus a laico, vel Clericus a Clerico poteſt adire Iudicem ſecularem, & implorare officium ejus in ſua defenſione, ut ſicuti per viam extrajudicialem adhibiti ſunt Clerici, ita quoque per extrajudicialem modum inſiſtat ad defendendum, ipſumque laicum ſpoliatum reſtituat in ſua poſſeſſione, *Regens Latro, & Graßius deciſ.69.num.1.* poſt *Affl.in conſtit.Aſperitatem num.15. Sanfel. in prax. ſect.29. num.6.* & ex Canoniſtis *Abb.in cap.2.de juram. calumn. & in cap.cum dilectus 4.col.de ordin.cognit. & in cap.Paſtoralis 8.col.de cauſſa poſſeſſ. & propriet.*

Et etiam in cauſis mere ſpiritualibus, quando agitur de mero poſſeſſorio, poteſt laicalis poteſtas vigore dictorum Capitulorum procedere: *Jo. Andreas in cap. fin. de Judic. Jo.Butrius in d.cap. fin. ex Innocentio, & Abbate citatis.*

Et ratio, quia poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, ut ex *Archidiacon. in cap. 1. de reſtit. ſpoliatorum, Gloſ.in cap.litteras de juram. calumn.*

Nec eſt inconveniens, quod reſpectu ejuſdem rei petitorium ſit ſpirituale, & poſſeſſorium temporale, cum nec convenientiam inter ſe habeant, *l.naturaliter, ff.de acquir.poſſ. Guid. Papa deciſ.71. 85. & 207.*

Et cum quidam Clericus ſpoliaverit quendam alium Clericum poſſeſſione, ſeu quaſi Primiceriatus Eccleſiæ Amalphitanæ, fuit repoſitus in poſſeſſione per S.Conſ.teſte *Affl.dec.84.*

Et in quodam molendino inter Monaſterium Montis Oliveti, & Monaſterium S.Petri ad Mayellam, idem *Affl.dec.2.* Et nuper patrocinante *U. J. D. Franciſco Riccio Fepoli* meo Filio pro celebri Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Cavæ, dum dictum Monaſterium ex privilegiis a Sereniſſimis Normandorum Principibus conceſſis habet jus, & poſſeſſionem ducendi aquam a flumine Tolciano per quæcumque loca aliena pro irrigandis ſuis Territoriis in Plana Eboli ſitis in Rure S.Matthiæ, cum fuerit per Curſores Epiſcopalis Curiæ Salernitanæ ruptum aquæ apparatum ad inſtantiam RR. Monialium Sancti Georgii Civitatis Salerni, & impeditus aquæ curſus per Territorium a dictis monialibus cenſuatum Petro qu.Franciſci Ferraro Terræ Olevani, fuit intentatum remedium Capitulorum Regni in S.R.C.& per meritiſſimum Dom. Conſiliarium D. Flavium Gurgo ſublimis doctrinæ virum, & in Juriſprudentia conſumatiſſimum, fuit expeditum edictum in forma vigore Capitulorum Regni; & fuit dictum Monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis Cavæ in ſua poſſeſſione conſervatum. In Banca Mag.Antonii de Honorio penes Antonium Florentinum Scribam.

3 Et hoc judicium convenit inter judicia, quæ per Reum fiunt contra Actorem, cum re vera Clericus eſt Actor, qui prætendit actionem habere contra laicum poſſeſſorem, & laicus poſſeſſor eſt Reus, qui cogitur recurrere ad ſuum Judicem ſecularem, ut defendatur a violentiis Clerici Actoris, qui ſuas actiones debet contra Reum laicum juris ordine, & non per viam violentiæ dirigere, in contemptum poteſtatis laicalis, & dicuntur remedia conſervatoria juriſdictionis, ac poteſtatis ſecularis, ſive conſervatoria poſſeſſionis contra turbantes per vim poſſeſſores.

4 In hoc judicio primo videbimus. An Curiæ Baronales ſint competentes, & qui proprie ſit competens in dicto judicio conſervatorio.

II. Quæ ſint requiſita, ut poſſint concedi Conſervatoria, vigore Capitulorum Regni.

III. Qua praxi, & formulis utimur.

Unde hic Septimus, & ultimus Titulus dividitur in tria Capita.

I. De Judice competente in repellendis violentiis vigore Capitulorum Regni.

II. De Requiſitis, & Privilegiis in judicio vigore Capitulorum Regni contra violentias Eccleſiaſticorum.

III. De Praxi, & formulis contra violentias Clericorum.

C A P. I.

De Judice competente in repellendis violentiis, vigore Capitulorum Regni.

S U M M A R I U M.

Curia Baronalis, an ſit competens in repellendis violentiis Clericorum vigore Cap.Regni, num.1.

Regia Provinciales Audientia, an ſint competentes in dicto judicio, num.2.

Sacrum Reg.Conſ. eſt Judex competens tam prævio memoriali S. E., quam abſque memoriali prædicto, num.3.

1 Et quia ſupradicta Capitula Regni Magiſtro Juſtitiario ſunt directa, fuit dubitatum, an aliæ Curiæ Regni, & præcipue Baronales poſſint uti iſtis remediis, & edictis; *de Bottis* dicit *in d. cap. Ad Regale Faſtigium*, quod iſta Capitula videntur innuere, quod ſic, quia ut plurimum ſunt directa Juſtitiariis, & *Lucan l.ſi coloni Cod. de agric. & cenſit. lib.XI.ſub num.31.* videtur ſentire, quod ſic; Dum dicit, quod *forma dictorum Capitulorum pro jure ſcripto ſervantur in Regno.* Item dum recitando modum proponendi, dicit, *coram Judice edictum proponente.* Item dum dicit, *per Judicem ſecularem aſſiſti laico, &c.*

Sed *Bartholom. de Capua in ſua additione ad hoc Capitulum*, dicit, conſuetudinem eſſe in contrarium, nempe, quod nemo Officialis procedat, niſi ex Regis commiſſione.

2 Et *Danza de pugna DD. in tit. de præeminentia Reg.Aud.num.48. & 50.* dicit, quod per illa Capitula dicta præeminentia ſit data M. C. V. cum dirigantur Magiſtro Juſtitiario, nihilominus fuit extenſa etiam ad Regias Audientias, teſte *de Franch. deciſ. 163.num.19.*

Sed ego dico, quod Regiæ Audientiæ non poſſunt ſe immiſcere Conſervatoriis vigore dictorum Capitulorum, quia eis expreſſe prohibetur in *Pragm. 3. in margine de Conſervatoriis*, quæ Pragmatica non fuit nota *Danzæ*, dum de ea nullam fecit mentionem.

Et quod Officiales Baronum non poſſunt procedere,

dere, nec ceteræ Curiæ inferiores, tradit *de Vita in ſuo repertorio lit.O. Officialis fol.200. col.1.*

3 Et proprie de his cauſſis cognoſcit Sac. Reg.Conſil.porrecto prius memoriali ad Collat. Conſ. a laico oppreſſo, & obtinetur, quod Sac. Conſ. de juſtitia provideat virtute capitul. Regni, & deinde per Sac. Conſ.expeditur edictum, ut compareat, qui ſua putaverit intereſſe, *Capyc. Latr. dec.69. nu.2. Gallup. par.2.c.6.n.88.* & late *Sanfel. in prax. ſect.29.a n.6.*

Sed *de Franchis in d.dec.163. num.9.* dicit, quod Sac.Conſ.procedit ſine commiſſione Dom. Proregis, & ſufficit ſupplicatio oblata ad Dominum Præſidem Sac.Conſ., a quo cauſſa committitur uni Conſiliario.

Ibique dicit quoque, ſe advocatum compilaſſe proceſſum in M. C. V. & non fuit aliquid contra d. Proceſſum oppoſitum, & *num.* 20. dicit, fuiſſe per S.C. annullatum proceſſum factum in Curia Baronali, & *Sanfel. in ſua praxi ſect.* 29. *num.*6. dicit, per Collat. Conſil. fuiſſe commiſſum ipſi *Sanfelicio* uti Delegato cauſſam Monaſterii Sanctæ Claræ. Unde concludit *Giza.ad Latr.obſerv.69.num.*5.quod Collat.Conſ. ſolet, & poteſt concedere dictam facultatem procedendi aliis Tribunalibus, & aliis Officialibus ſibi melius viſis. Ego vidi procedere ſemper in Sac. Conſil. utroque modo ſcilicet, præcedente memoriali Collat. Conſilii, & ſine dicto memoriali, ut plura exempla antiqua, & recentia afferre poſſem, ſed de hoc hodie non dubitatur amplius.

C A P. II.

De Requiſitis,& Privilegiis Judicii Conſervatorii contra violentiam Eccleſiaſticorum.

S U M M A R I U M.

Violentia requiritur, ut ſit actualis, & notoria; alias non conceditur remedium vigore Capitulorum Regni, num.1.

Poſſeſſio debet eſſe notoria, & non dubia, ut ſpoliatus repellat violentias vigore Capitulorum Regni, num.2.

Laicus conventus coram Eccleſiaſtico opponens incompetentiam, ſi dicta oppoſitione non obſtante fuerit per ſententiam Eccleſiaſtici a poſſeſſione amotus, poterit ſe defendere vigore Cap.Regni, per Dom. Regentem Delegatum Regalis juriſdictionis, num.3.

Laicus ſi ex decreto nulliter lato, vel injuſto poſſeſſionem in foro Eccleſiaſtico amiſerit, non poteſt ſuccurri vigore Capitulorum Regni, num.3.

Poſſidens rem ex contractu recenti evidenter invalido ſibi facto ab Eccleſia, ſi fuerit ſpoliatus non ſubvenitur per remedia Capitulorum Regni, quia non dicitur poſſeſſor, ſed nudus detentor, num.5.

Violentiæ timor an ſufficiat in judicio vigore Capit.Regni? num.6.

Cedalones expellentes laicum a poſſeſſione, quando poſſunt vigore Capitulorum Regni arceri, & quando non, conciliantur duæ deciſiones invicem contraria Conſil. Prati, & Conſil.Staibani, num.7.

Heredi laico conceditur remedium Capit. Regni ſi ante captam poſſeſſionem bona hereditaria fuerint per vim occupata, num.8.

Poſſeſſio defuncti continuat in heredem, num.9.

1 REgulariter, ut habeant locum hæc remedia Capitulorum Regni requiritur violentia actualis, & notoria, *Reg. Latro dec.69. num.22. Giza.ibi nu.9.Prat.diſcept.43.num.23.*

Nam ad hunc finem ſunt inventa dicta remedia, & capitula Regni, ut tollantur violentiæ, & ceſſante violentia non habent locum dicta remedia, & quod non ſufficiat ſimplex ſpolium, ſed requiratur violentia, concludit *Staiban.obſerv.39.& Anna ſenior alleg.91.Tapp.de jure Regni in rubr.quando Rex inter Eccleſiaſticas perſonas cognoſcere poteſt, Thors in compend. verbo Conſervatorium fol. 115. Franch. deciſ.701.Prat.diſceptat.c.43.num.1.tom.3.Riccius ad Franch.deciſ.701.Prat.diſcept.c.4.num.31.tom.3. Riccius ad Franch.dec.163.Viſcont. ibidem*, ubi deciſum refert, non eſſe locum dicto remedio contra eum, qui nulliter, & injuſte poſſidet, contra *Reg.de Ponte in conſ.96.lib.1.*

2 Et *num.*18.*de Franch.*dicit, fuiſſe per Sacr. Conſ. conceſſum Regale præſidium ſtante notoria poſſeſſione laici, ubi nota, quod poſſeſſio laici non debet eſſe dubia, ſed notoria, & ſpolium debet eſſe cum violentia actuali, & notoria.

Et quod conſervatoria non conceduntur, quando comparens non poſſidet, vel legitime non detinet, *Giza. ad Latrum obſerv.69.n.13.ex Praſ.de Franch. in d.dec.163.& Prat.obſer.96.num.26.*

3 Verum ſi Judex Eccleſiaſticus fuiſſet executus ſententiam contra laicum de re per laicum poſſeſſa ad favorem Clerici, qui debebat laicum convenire coram Judice laico per *cap. ſi Clericus de Foro competenti*, non obſtante, quod fuiſſet allegata Judicis incompetentia, tunc dictus laicus poteſt adire ſuperiores laicos .ſ. Dom.Præſidentem Sac.Reg.Conſ. & per viam Capitulorum Regni poteſt eidem ſubveniri, dum tali caſu Judex Eccleſiaſticus diceretur turbare juriſdictionem laicalem, & Judices laici poſſunt defendere ſuam Juriſdictionem per remedium dictorum Capitulorum, *Urſill. ad Afflict. deciſ.2. nu.10.& dec.24.n.11.ex Caſſan.in Conſuet. Burgund. dec Juſtices rubr.1.§.5.in 18.& 19. fallen. fol.52.*

Et in Regno noſtro ſolet adiri Dominus Regens Delegatus juriſdictionis, qui ſolet expediri hortatoriales litteras ad Judicem Eccleſiaſticum, & ſolet mandare laicis conjunctis Clericorum, ut faciant revocare monitoria ab Eccleſiaſtico Judice infra brevem terminum, alias carcerentur.

4 Adverte tamen, quod non competit Regale præſidium contra eum, qui nulliter ex decreto Judicis injuſto poſſeſſionem habuit, qua nullam vim intulit, nec laicalem juriſdictionem turbavit, & ita deciſum in S.C.refert *Anna alleg.* 7. quia dictum remedium Capitulorum Regni eſt correctorium, ne unus aliis vim de facto inferat; ſed coram Judice competenti quiſque juſtitiam petat.

5 Limitant quoque *Doctores*, ut non habeat locum remedium Capitulorum Regni in caſu, quo is, qui allegat poſſeſſionem, habet cauſſam ab ipſa Eccleſia ex contractu recenti omnino invalido, & nullo, ita quod obſtat ei notorius defectus dominii; quo caſu, & ſi ſpoliatus fuiſſet, non poſſet prætendere reſtitutionem, quia tunc non haberet cauſſam poſſeſſoriam, ſed nudam facti detentionem, *Staiban. obſerv.39.n.6.& 8.ex Reg.de Ponte conſ.93. n.31.*

6 Voluerunt aliqui, ut ſufficiat timor violentiæ inferendæ; & anteſignanus hujus opinionis fuit *Regens Tappia in cap. finis præcepti charitas, num.6.* ibi: *Poſſet defendere eum, qui ſe in poſſeſſionem eſſe affirmat, & timet potentiam adverſarii*: & *Conſ. Prat. obſerv.57.a num.52.uſque ad 76.*pluribus modis fundat, quod ad concedenda dicta conſervatoria ſufficit tantum timor futuræ violentiæ, quem ſequitur *Giza.ad Latrum obſerv.69.n.12.*

Hæc tamen opinio non placet *D.Carolo de Luca ad Franch.deciſ.701.in fine*, quia eſſet omnino contraria dictæ *deciſ. de Franch.* volentis requiri actualem violentiam, prout ſupra cum aliis Authoribus fundavimus pro regula, ex *Napodano in cap. Regni*

Fr-

Digitized by Google

Finis præcepti charitas.

Ego tamen non recedo ab opinione *Prati*, quia ponderavi verba *Charitatis affectus*, ibi: *Quinimmo minantur caſtrum ipſum capere*: Ecce etiam Rex *Robertus in d. Cap.* concedit Regale præſidium, etiam pro minis, quia melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulneratam cauſſam remedium quærere, & eſt remedium conſervatorium, quod pro conſervanda poſſeſſione a violentia comminata denegandum non eſt, ut qui minatur interio vim obtineat, & dirigat, juris ordine ſervato, jura, ſi quæ habet, apud competentem Judicem; melius eſt enim evitare, ne injuriæ fiant, quam factas propulſare.

7 Quid ſi Judex Eccleſiaſticus juris ordine ſervato fabricaverit proceſſum, & per cedulones excommunicet laicum poſſeſſorem, illum excommunicatione arcendo ab aliqua poſſeſſione, vide *Pratum d. cap. 43. diſcept. num. 3. poſt Reg. Valenzuela conſil. 84. num. 18.* tenentes non eſſe locum dicto remedio *cap. Regni*, quod eſt remedium extraordinarium, ubi adeſt remedium ordinarium appellationis, & aliud remedium ordinarium recurrendi ad Dominum Regentem Delegatum Regalis Juriſdictionis ex antiquo ſtylo introducto in Regno, in quo jam viget dictus ſtylus, & eſt ſervandus; illos ſequitur *de Luca ad Franch. deciſ. 701. num. 6.*

Huic concluſioni videtur contradicere deciſio S. Conſ. relata per *Staiban. obſerv.* 33. ubi fuit conceſſum Regale præſidium hæredibus qu. D. Iſabellæ de Urries contra Commendatorem Cicciani, qui propria auctoritate nemine pro dictis hæredibus audito poſuit cedulones in frontiſpicio bonorum hæreditariorum, ut nemo ſub pœna excommunicationis turbaret Commendatorem in prædicta poſſeſſione dictorum bonorum, quam prætendebat cepiſſe, ſub prætextu, quod dicta bona erant reddititia Commendæ, & dum Procurator hæredum cum Commiſſario accederent ad capiendam poſſeſſionem bonorum hæreditariorum videntes dictos cedulones, non potuerant poſſeſſionem capere ob vim, & violentiam timoris excommunicationis, quæ juſte, vel injuſte eſt timenda.

Et capta informatione de ejuſmodi turbatione, fuit judicata violenta, & fuit conceſſum remedium *Capit. Regni*.

Adverte quæſo, quod *Prati* opinio eſt vera in caſu ſuo, ubi cedulones juridice auditis partibus fuerint affixi, quia eo caſu poterat pars ſibi conſulere per remedia ordinaria, & ſolita appellationis, vel recurſus ad Dominum Delegatum Regalis Juriſdictionis.

Et deciſio relata per *Staibanum* adhuc eſt vera in caſu ſuo, ubi clandeſtina de facto nullo juris ordine Commendatarius vi, & violentia cedulonum turbavit hæredes, eos impediendo, & impediendo Commiſſarium Judicis laici, ne immitteret hæredes in poſſeſſione. Merito S.C. conceſſit remedium *dict. Cap. Regni* tuendo ſuam juriſdictionem laicalem, & propulſando violentiam Commendatoris extrajudicialem, & de facto, prout extrajudicialiter, & de facto ipſe Commendator ſibi ipſi jus uſurpaverat; dum pro prætenſis redditibus debebat agere contra hæredes coram Judice laico competenti dictorum hæredum.

8 In illa deciſione notabis, quod remedium capitulorum Regni competit hæredi laico, etiam poſt mortem defuncti poſſidentis, nondum capta poſſeſſione per hæredem, & ſi ea vacante, fuerit de facto dicta poſſeſſio occupata, dum bona per colonum poſſidentur, ita deciſum per Sacrum Conſilium refert dictus *Conſiliarius Staiban.* ut in ejus *obſerv.* 39. *num. 4. Riccius ad Franch. dec. 163. Tappia in Rubrica, quando Rex inter Eccleſ. perſonam cognoſcere poſſit n. 55.*

9 Quia occupans poſſeſſionem vacantem poſt obitum poſſeſſoris, videtur quodammodo ejus hæreditatem ſpoliare, nam poſſeſſio bonorum defuncti ipſo jure continuata in hæredem intelligitur, & hæres habetur pro poſſeſſore, *Poſtius obſerv. 55. n. 51.*

C A P. III.

De Praxi, & formulis contra violentias Clericorum.

S U M M A R I U M.

Praxis procedendi vigore Capitulorum Regni, num. 1.

Clericus citatus ſi ſua putaverit intereſſe, comparens dicitur actor, & non reus, num. 2.

Libellus dirigi non debet nominatim contra perſonam Eccleſiaſticam in remedio Capit. Regni, nec citatio, ſed contra quemcumque, num. 3.

Citatio debet affigi, & contumacia accuſari, & terminus non ſit brevis, & teſtes ſint citati, & per Examinatorem S.C. examinanti, num. 4.

Clauſula apponenda in decreto vigore Capit. Regni, num. 5.

Declinatoria fori, an, & quando poſſit per Clericum opponi in remedio Capitulorum Regni, num. 6.

Privilegia Judicii, quod fit vigore Capit. Regni, numerantur, num. 7.

Sententia lata ſuper remediis Capit. Regni eſt interlocutoria, num. 8.

Appellari, vel de nullitate dici num poſſit contra ſententiam vigore Capit. Regni latam, num. 9.

Nullitates quatuor, quæ fuerunt in Sac. Conſ. admiſſæ, num. 10.

Forma citationis per edictum, num. 11.

1 Praxis procedendi in hoc judicio erit, ut fiat ſupplicatio Domino Præſidi S.R. Conſ. & commiſſa uni Conſiliario, dictus Conſiliarius cauſæ Commiſſarius facit unam citationem per edictum, ut quicumque ſua putaverit intereſſe, compareat infra talem terminum viſurus juramenta teſtium, & allegaturus quicquid dicere, & allegare voluerit, quare ille ſpoliatus non debeat reſtitui, & ſic capiet informationem de juribus ſpoliati per quandam viam extra judicialem, & ſummariam, & ſi compererit fuiſſe indebite ſpoliatum, reſtituet eum in priſtina poſſeſſione.

Aliqui cautius faciunt ſupplicationem Coll. Conſ., a quo remittitur Sac. Conſil. & deinde fit ſupplicatio Dom. Præſidi, ſed utroque modo vidi practicari in dies, ut ſuperius dixi.

2 Nec poteſt dici, quod Clericus citatur coram Judice ſeculari, quia quando citatur, ſi ſua putaverit intereſſe, tunc comparens dicitur comparere, ut Actor, non ut Reus, quapropter dicitur comparitio voluntaria, non neceſſaria, ſecundum *Bald. in l. teſtamenta omnia*, & ibi *Alex. in fine*, & *Paulus de Caſtro, C. de teſtament.* & habetur plene *in dec. 2. & 24.* apud *Afflict.* & per *Lucam de Penna in l. ſi colono col. antepenul. & penul. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* quos ſequitur *Maranta in par. 4. diſt. 7. in fin.*

3 Sed ut *Pratus* advertit in dicto *cap. 43. diſcept. num. 52.* libellus non dirigatur nominatim contra perſonam Eccleſiaſticam, ſed contra quemcumque, qui ſua putaverit intereſſe, nam quando nominatim intentatur judicium contra Eccleſiaſticum, non habet locum Capit. Regni, ſed debet dirigi coram Judice Eccleſiaſtico per Judicium ordinarium recuperandæ, vel manutenendæ poſſeſſionis.

Et citatio neque fieri poteſt nominatim contra

Ec.

Digitized by Google

Eccleſiaſticum turbatorem, ſed per edictum contra quecumque, qui ſua putaverit intereſſe, *Gizz. ad Latrum obſerv.* 69. *num.* 3.

4 Debet quoque adverti, quod citatio debet affigi in loco differentiæ, vel loco publico illius loci, ubi adeſt differentia.

Item quod debent in citatione accuſari contumaciæ.

Item quod terminus non ſit nimis brevis, & accuſatis contumaciis, ſit decretum, *quod capiatur informatio de concernentibus remedium Capitulorum, ſcilicet de violentia, ſpolio, vel violenta turbatione.*

Item, quod teſtes ſint citati.

Item quod ſint examinati per Examinatores S. R. C. juxta *Prag.* 74. *&* 75. *de offic. S. R. C.* ita *Prat. diſcept.* 43. *num.* 57.

5 Et conſtito per informationem de violentia, & ſpolio, interponitur decretum ſuper præſtatione dicti præſidii, ut late *de Luca ad Franch. dec.* 701. *nu.* 8. & in decreto apponitur clauſula, eſſe concedendum Tali de T. Regale præſidium capitulorum Regni contra talem Eccleſiaſticum, donec juxta cauſa poſſeſſionis duraverit, *Staiban. obſerv.* 39. *num.* 42. *& Sanfel. in prax. ſect.* 29. *num.* 10. *Prat. diſcept.* 43 *num.* 28. quæ formula decreti ſumitur ex *Afflicto in conſt. de Burgenſaticis n.* 3. ut annuit *Sanfel. ubi ſupra.*

6 An in hoc judicio poſſit Clericus fori exceptionem opponere.

Diſtinguit *Affl. in Conſtit. de Burgenſaticis nu.* 8. *Regens Latro dec.* 69. *num.* 19. *Gizz. ibidem, Sanfelic. in prax. ſect.* 30. *num.* 11. *de Luca ad Franch. dec.* 701. *Anna alleg.* 7.

Quod Clericus uno de duobus modis poteſt comparere adverſus remedium capitulorum Regni.

Uno modo allegando, quod juſte poſſidet, adducendo ſua jura, quæ habet contra laicum, & quod laicum non ſpoliavit, ſed jure permittente poſſidet, tunc declinatoria fori non competit Clerico, quia juſtificando ſuam poſſeſſionem coram laico Judice contra laicum, Clericus ſe facit Actorem, & Actor ſequi debet Judicem Rei, contra quem agit, & tunc ſervato ordine juris, Judex ſubminiſtrare debet juſtitiam Clerico agenti, & petenti.

Altero modo producendo ſcripturas, ex quibus conſtat non feciſſe, nec facere violentiam, nec turbare prætenſam poſſeſſionem, vel petendo remiſſionem, & perſiſtendo in declinatoria, hoc caſu ſi apparet nullam admiſſe violentiam, nec turbationem, Sacrum Conſilium negat regale Præſidium, quo negato in conſequentiam laicus dirigere debet jura ſua contra Clericum coram Judice Eccleſiaſtico, quia eo caſu Clericus comparuit uti reus neceſſarius ad avocandum Conſervatorium tantum.

7 Hoc judicium virtute capitulorum Regni eſt privilegiatum; ut in eo non ſervetur judicialis ordo, ſed extrajudicialis cognitio per notorium facti, & reivindicationem exercetur, ut in *Cap. Ad Regale faſtigium*, ibi: *Non exigens in his cognitionalia.*

Unde ſufficit ſine libello talis, qualis petitio, non publicatio, non concluſio, nec aliæ ſollemnitates, nec reconventio in eis ſit, nec a ſententia ſuper eis lata appellari poteſt, nec ſupplicatio, nec reſtitutio in integrum ad pinguius probandum, quam primum, & ſecundum beneficium appellamus, non teſtium repulſa, nec ſcripturarum impugnatio datur.

8 Et ſententia lata ſuper dictis remediis capitulorum Regni dicitur interlocutoria, & dicitur præparatoria alterius poſſeſſorii, argum. *legis liberis, §. fin. ff. de liber. cauſ.*

9 Et ideo, qui ſe gravatum ſenſerit, ordinarie agendo poteſt, ſi quam habet, proſequi juſtitiam, & ſuo reparare præjudicio, ita latiſſime *de Marinis tom.* 1. *reſol.* 328. *per totam.*

Sed rejecto *Reg. de Marinis* concludit *Prat. diſcept. cap.* 43. quod a decreto concedendi Regale Præſidium ſit admittenda reclamatio, ac etiam nullitatis remedium concedi debeat, & ita deciſum de anno 1579. refert in fine, & ante ipſum ita quoque deciſum refert de anno 1574. *Reg. Tapia lib.* 4. *rub.* 4. *num.* 17. *fol.* 27. quem ſequutus fuit *Reg. Latro dec.* 69. *n.* 18. *lib.* 1. *Gizz. ibidem.*

10 Et nullitates propoſitæ per Abbatem contra Jo: Berardinum Longum, qui obtinuit decretum conceſſionis dicti remedii capitulorum Regni, fuerunt quatuor, ut *Reg. Tapia* refert *loc. cit.*

I. Quia citatio non fuit affixa in loco differentiæ.
II. Quia non fuerunt accuſatæ contumaciæ.
III. Quia terminus fuit nimis brevis.
IV. Quia teſtes non fuerunt citati.

Et diſcuſſis dictis nullitatibus fuit per S.C. judicatum, ſuſpenſo decreto eſſe audiendum Abbatem.

11 *Form. autem citationis per edictum penes Sanfel. ſect.* 3. *num.* 9. *eſt v3.*

Ideo vobis, ut ſupra, committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem prædicti ſupplicantis, ſi veſtrum aliquis fuerit requiſitus, per hoc præſens publicum citationis edictum affigendum in loco publico, ubi ſolitum eſt apponi, citet, moneat, atque requirat omnes, & quoſcumque intereſſe prætendentes ſuper contentis in præſenti memoriali, ſi ſua putaverit intereſſe, eiſque mandet, quatenus intra dies novem, quorum tres pro primo, tres pro ſecundo, & tres pro ultimo peremptorio termino aſſignamus, comparere debeant coram nobis ad dicendum quicquid voluerint, contra, & adverſus expoſita, ad videndum jurare teſtes, & quare Regale Præſidium non ſit præſtandum, & defendendum violenter ſpoliatum ſeu turbatum; alias eidem exponenti reſponſuri, proceſſurique ad actus incumbentes, pro deliberatione concedendi Præſidium Regale.

IN

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]ed by Google

IN PAR. II. PRAXIS L. RICCII

ADDITIONES

U. J. D. D. PHIL. FERDINANDI DE CARO.

CUM NOVIS MANTISSIS

R. D. XAVERII GRATIANI.

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM.

1. *Continuatio tituli.*
2. *Riccius large in alienis legibus verſatus eſt.*
3. *Conſuetudines numerantur.*

RAtio contiuuationis hujus titull a *Riccio* tradita nos ulteriori levat incommodo, lectorem-
1 que nauſea, ac perturbatione. Illud autem ſilentio prætermittere haud debemus, quod *Riccius*, eui in alienis conſuetudinibus parum, aot nihil utiliter, gratiſſimum tempus terere placuit, po-
2 terat & reliquos uſus, & conſuetudines connumerare ſecondum Jo: *Franciſci Papari* veſtigia, quem unicum hujus rubricæ Auctorem facit; poterat dotarii lucrati, dotarii non conſtituti, Pri-
3 mi cubilis, & quod ſpecioſius Tauri conſuetudines, aliaſque miuutim deſcribere, quia uumquam juxta ejus ſenſum abs re verſari dicendus erat, licet Catacenſis tantum Civitatis, ſive Provinciæ idem *Paparus* conſuetudines ſcripſerit; nos vero, ne ab ejus methodo aberremus, in ſequenti unico capitulo eaſdem breviter attingemus.

ADDIT. DE CARO AD CAP. UNICUM.

De Fide fracta.

1. *Fidei conſuetudo quæ ſit.*
2. *Pactum nudum oritur ex nuda fide, niſi adſit juramentum.*
3. *Fides ſuccedit loco juramenti.*
4. *Conſuetudo penſionis domorum in Civitate Catacii quænam.*
5. *Dotarii lucrati quænam.*
6. *Dotarii non conſtituti.*
7. *Primi Cubilis.*
8. *Conſuetudo Tauri.*

INter alias conſuetudines Civitatis Catacii ulterioris Calabriæ capitis illam eſſe ſcribit *Paparus*, quam vulgo dicunt, *della Fede*, qua junctis creditoris, & debitoris dexteris promittitur ſatisfa-
1 ctio, vel aliquid aliud coram duobus teſtibus ſtatuto tempore, quo elapſo abſque libello, & ordine ullo judiciario incuſatur a creditoribus *pœna datæ fidei* in Curia Regii Gubernatoris, vel Bajulorum, & examiuatis teſtibus exequuntur debitores pro debito, & pœna realiter, & perſonaliter ad Creditoris libitum.

Ex nuda fide nudum oriretur pactum, ſed quia veſtitur juramento, ſeu quadam ſpecie juramen-
2 ti, ex hujus vi oritur actio. *Cap. & fir Chriſtus. de jurejur. Covar. in cap. quamvis. de pactis in 6. par. 1. §. 2. n. 2. Cravett. conſ.* 241. *n.* 11.

Fides hæc loco juramenti ſuccedit, & idem eſt
3 venire contra fidem, ac contra juramentum. *Surd. dec.* 234. *num.* 7. *Specul. tit. de arbitr. §. fin. v. ſed quid ſi compromiſſum cum fide; L. ſi quis major. C. de tranſact. cap. ſi ea de arbitr.*

Sed quid plura de re a *Riccio* perabunde agitata? Ad alias conſuetudines convolemus breviter earum notitiam deguſtando, ſicut promiſimus. In eadem urbe Catacii adeſt conſuetudo *penſionis*
4 *domorum*, quæ licet coæquetur illi noſtræ Neapolitanæ Civitatis quoad paratam executionem, differt autem quoad modum; in hac enim conſignantur literæ executoriales vigore conſuetudinis; in illis vero de mandato Curiæ clauditur domus locata, claves ſervantur a Curia, donec debitor ſolverit, pignus dederit, vel ad penſionem non teneri probaverit.

Conſuetudo *dotarii lucrati*, idem fere eſt, ac antephatum. Sed mortuo viro, uxor lucratur dota-
5 rium pleno jure quoad proprietatem, & uſumfructum perpetuo, etiam extantibus liberis.

Conſuetudo *dotarii non conſtituti* eſt, quod dotarium debeatur pro tertia parte, ſi expreſſe non
6 conſtituatur, tum ſi dos fuerit in pecunia, tum ſi fuerit in ſtabilibus; nulla vero habita ratione mobilium, & ſemoventium circa dotarium.

Conſuetudo *Primi cubilis* eſt, quod mortua uxore cum liberis, vel ſine, maritus lucretur pri-
7 mum lectum dotalem promiſſum, & non tenetur reſtituere uxoris heredibus.

Conſuetudo *Tauri* eſt, quod quando abſque cuſtode animalia taurina licentioſe vagantur damnum inferentia, damnum paſſus per bandum Curiæ moneri faciat, ut dominus tauri illum coer-
8 ceat, alias impune occidi poſſit. Si poſt bannum fuerit in fraganti repertus, in eodem loco impune poteſt occidi, ſed ſi vulneratus a loco damni ſufugerit, non poteſt ulterius offendi, & corpus mortui tauri non acquiritur occidenti, aut Curiæ, ſed domino ſervatur; nec occidens damnum petere poteſt, quia ſufficit tantum vulneraſſe, & evaſiſſe damnum alterius.

Alias recenſere conſuetudines penes Jo: *Franciſcum Paparo*, idem eſſet, ac crambem recoquere; ideo ut brevitati conſulamus, ad ulteriora pergimus.

ADDIT. DE CARO AD CAP. UNICUM.

1. *Riccius caſus raro accidentes conſideravit.*
2. *Frequentes prætermiſit.*
3. *Tres caſus Riccii perpenduntur contra ejus ſententiam.*
4. *Nullus eſt caſus cogendi aliquem ſine ſcriptura ad ſtipulandum.*

MIror, qua de cauſa *Riccius* relicta actuum frequentia, ad quæ raro accidunt, animum vertit; miror, inquam, quod hunc titulum *de re-*
1 *cuſante ſtipulare contractum*, inter judicia, quæ ſine ſcripturis fiunt, locaverit, ex eo, quod multi dentur caſus, in quibus ſine ſcripturis quis ad contractus ſtipulationem cogendus ſit, exemplo in debitoria nomine legato in publico banco deponentia pecuniam, & in aſſenſu Regio impetrato pro ære alieno accipiendo, in quo apponitur Clauſula, *dummoda Cives ſe obligent, &c.* & prætermiſerit innumerabiles fere caſus, frequentios contingentes, in quibus ſcripturæ alicujus vi
2 ad ſtipulandum quis tenentur; & tamen in prædictis caſibus etiam adeſt ſcriptura, cujus vigore cogi ſtipulandum, in primo adeſt teſtamentum, adeſt debitum cum defuncto alicujus ſcripturæ virtute, quo ſatisfacto eadem obliteranda eſt,
3 ideoque facta ſolutione ejus, quod debetur, tenetur creditor cautelas debitori adimplere. In ſecundo caſu adeſt Regios aſſenſus, qui tamquam lex Principis obſervantiam exigere debet, & hu-

jus mandato ad ſtipulandum cives coguntur; Ergo ſi res bene perpendatur nullus fere adeſt caſus, quo quis ſtipulare teneatur abſque ulla prorſus
4 ſcriptura proxima, vel remota, aut originaria; ideoque alibi noſtras obſervationes ſuper hac materia ſcribemus, ubi de ſcripturis erit ſermo, ne extra orbitam vagare videamur.

PRÆLUDIUM DE CARO.

1. *Modicæ cauſæ fiunt oretenus ex ultima Regia Pragmat.*
2. *Advocatorum res majorem exigebat honorem.*
3. *Nos alibi, ut decet, de hac re agemus.*

HÆ mehercule cauſæ inter judicia, quæ ſine ſcripturis fiunt optime a *Riccio* conoumerantur, præſertim noſtra hac tempeſtate, qua *ex ul-*
1 *tima Regia Pragmatica diei* 13. *Martii* 1738. oretenus pertractari mandatum eſt, ut inferius apparebit. Illud vero ſilentio prætereundum non eſt,
2 quod injuriam inferre Advocatis videtur *Riccius*, qui inter illas parvi momenti cauſas eorum ſalarii; & laborum poſuit, quando nedum capitulum, ſed titulum etiam particularem tam honorificum, tam favorabile exigebat opus; Nos tamen ne ejus ordinem prætermittamus, paratlita
3 apponere non poſſumus, ſed alibi, & præcipue in tractatu *De foro competenti*, uberrimum habere ſermonem de re ad nos præſertim faciente, noſtrumque reſpicieote favorem, nequaquam ingrato ſilentio, & noſtri obliti abſtinebimus.

ADDIT. DE CARO AD CAP. UNICUM.

De ſalario famulorum & aliis cauſis modicis

1. *Pro cauſis modicis non emanari poſſunt inhibitiones.*
2. *Transcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragmaticæ.*
3. *Transcribitur aliud capitulum.*
4. *Famulorum cauſæ quomodo hodie pertractentur?*
5. *Advocatorum officium eſt nobiliſſimum.*
6. *Advocati habent hypothecam tacitam pro eorum laboribus.*
7. *Plerumque fraude afficiuntur.*
8. *Faber fabro, figulus figulo invidet.*
9. *Curent ſatisfactionem ante diem.*
10. *Advocati, & Medici tres facies oſtendunt.*
11. *Pro ſalario famulorum lex præſcriptionis adſertur.*

CAuſæ modicæ non modo oretenus abſque ſcripturis, & ſine figura judicii pertractandæ ſunt,
1 verum etiam non poſſunt inhiberi aliæ Curiæ inferiores pro eiſdem cauſis parvi momenti ex diſpoſitione *Regiæ Prag. diei* 18. *Martii* 1738. E. G.

I. Biſognando anche, che ſi dia l'opportuno riparo a moltiſſimi abuſi, che ſi ſono introdotti nella G.C. della Vicaria Civile; Ordiniamo per-
2 ciò, che nelle Cauſe minime di alimenti, ſervizj preſtiti, ed altre di ſimil natura, purche non eccedano la ſomma di docati dodici, ſi proceda, e ſi determini da' Giudici ſenza forma giudiziaria, baſtando che di tutto ciò, che accade avanti il Giudice, lo Scrivano ne ſtenda l'atto, quale debba eſſere cifrato dal medeſimo Giudice: E volendoſi alcuna delle Parti gravare in Vicaria, ſi debba proponere il gravame da detto Giudice a voce non impedita frattanto l' oſecuzione di ciò, che ſi è ordinato. E di quello, che dopo ſi determinerà da' Miniſtri della Ruota ſe ne debba notare la conchiuſione, quale debba cifrarſi dagli altri due Giudici.

II. In oltre, che non ſi poſſa ſpedire Inibizione in dette Cauſe d'alimenti infra la ſomma di docati dodici, di piggione di caſa, obbliganze *penes acta*, poliſe Bancali verificate, liquidazione d'iſtromenti *vita Ritus* ſotto pena di docati
3 dodici a' Scrivani, Attuarj, e Maſtrodatti, che la ſpediſcono, da eſeguirſi irremiſſibilmente tanta volte, quante controverranno.

Hodie hujuſmodi cauſæ modicæ famulorum alio perficiuntur modo, quia ſamulus defert veſtem, vulgo dictam, *livrea*, ad Dominum Regentem
4 M.C.V., qui oretenus mandat Domino, ut illi penſiones debitas ſatisfaciat; ſi vero Dominus famuli neget ſe aliquid debere, vel aliud alleget, idem Regens M.C.V. committit negotium alicui Judici M.C.V. in civilibus, qui oretenus, & ad normam ſupradictæ Regiæ Pragmaticæ jus dicit.

5 Advocatorum officium teſte Magno Imperatore Juſtiniano eſt nobiliſſimum, & in *præm. Inſtit. civil.* §. *Quicumque &c.* vocat ſuos Pareotes Advocatos. De Stephano *prax. civil. cap.* 34.

Et licet Advocati pro patrocinio tacitam habeant hypothecam. Caſtill. *dec.* 64. *nu.*32. Pe-
6 regr. *conſ.* 50. *num.* 12. Bartol. *in L. interdum num.*4. *ff. qui potior. in pignor.*; In eorum tamen cauſis pro conſecutione laborum, maximas experiuntur contrarietates, contradictiones, & incommoda, ita ut omnem agant diligentiam clientes,
7 qua mercedem fruſtrarent, & quod pejus cooperatores inveniunt, auxiliantes fraudi habent; niſi hoc invidia fiat, quonam fato neſcio, Faber enim
8 fabro, Figulus figulo invidet; ideoque cauti ſint Advocati, ne labores credant clientibus, ſed ante eorumdem erogationem mercedem exigant, quia
9 Advocati, Procuratores, ſicut & Medici Clientibus, & infirmis tres perſonas repræſentant, & trinam faciem oſtendunt; faciem Angeli in prin-
10 cipio, & in neceſſitate urgenti: Faciem hominis in medio tempore litis, & ægritudinis; & faciem Dæmonis in fine cauſæ, & morbi: Urſill. *ad Afflict. dec.* 123. *&c.*

11 Pro ſalario famulorum adeſt lex præſcriptionis edita a S. R. C. junctis quatuor Aulis pro executione Regalis Conſtitutionis ſub die 23. menſis Decembris annis 1738., quæ fuit confirmata a Rege noſtro inviciiſſimo ejus Regale Diplomate ſub die 15. menſis Decembris anni 1742 his verbis. E. C.

Denique famulis, cæteriſque, qui operas ſuas locant, poſtquam a famulatu, miniſteriove diſceſſerint intra duos menſes dumtaxat petendi ſalarium facultatem eſſe tribuendam.

ADDIT. DE CARO AD CAP. UNICUM

De ſalario Medicorum, & expenſis funerum.

1. *Riccius formulas prætermiſit.*
2. *Nos formulas viventi ſtylo Tribunalium accomodatas adducemus.*
3. *Factum cauſæ deciſæ per S. R. C.*
4. *Formula primæ petitionis.*
5. *Terminus ordinarius cur fuit impartitus in cauſa executiva?*
6. *Formula ſententiæ S. R. C.*
7. *Allegationis in jure titulus.*
8. *Præludium allegationis.*
9. *Propoſitiones.*
10. *Factum.*
11. *Oppoſitiones adverſarii.*
12. *Præſentatæ, ſeu exhibitionis actus requiritur in omnibus ſcripturis.*
13. *Confeſſio in civilibus non ſcinditur.*
14. *Recepti apoca non præjudicat pro complemento, quando non fit pro ſatisfactione.*
15. *Deciſio Rotæ Romanæ.*
16. *Saltem deberet eſſe pro reſiduo.*
17. *Confeſſio debet eſſe clara, & certa, ut noceat.*
18. *Præcipue, quando acceptum non correſpondet laboribus.*
19. *Labor extraordinarius mercedem exigit extraordinariam.*

En-

20. *Expenſæ funerum, & ultimæ infirmitatis ſunt privilegiatæ.*
21. *Formula ſecundi decreti S. R. C. in gradu reſtitutionis in integrum.*
22. *Formula præſentatæ taxæ.*
23. *Formula taxæ factæ a Medico.*
24. *Formula proteſtationis.*
25. *Formula replicationis.*
26. *Formula decreti pro commiſſione reviſionis.*
27. *Formula requiſitoriæ Protomedici.*
28. *Titulus ulterius allegationis.*
29. *Factum.*
30. *Puncta quæſtionum.*
31. *Prima difficultas expungitur.*
32. *Teſtium Sacerdotum depoſitio prævalet omnibus.*
33. *Secunda difficultas.*
34. *Tertia difficultas.*
35. *Epitome allegationis.*
36. *Nova inſurgit oppoſitio.*
37. *Conſt. Quia numquam de Medicis, perpenditur.*
38. *Hæc Conſtit. deſuevit.*
39. *Medici acquirunt opes.*
40. *Authores contra dictam Conſtitutionem recenſentur.*
41. *Leges aptantur moribus Populi.*
42. *India tunc non erat detecta.*
43. *Lex per non uſum dirimitur.*
44. *Formula Taxæ factæ a Regio generali Protomedico.*
45. *Reviſio tertia an peti poſſit?*
46. *Tranſcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragmaticæ.*
47. *Medico ab heredibus infirmi in bonis hereditariis debetur ſalarium.*
48. *Medicus habet prælationem.*
✠ 49. *Noviſſimi ordines pro Medicis, & Pharmacopolis deſcribuntur.*

IN hoc titulo Riccius formulas prætermiſit, ego
vero uno tempore, quo illas ſubjectam, expo-
nendo cauſam, cui ego patrocinatus fui, per-
1. utiliſſimas obſervationes in his materiis ultimæ,
virentique noſtrorum Tribunalium praxi accõmo-
2. datas pro cauſæ ejſdem contingentiis ſubjungam.

In anno 1739. penes acta hereditatis quondam
Joſephi Montella in S. R. C. comparuit artis
medicæ Doctor Hyacinthus Moranti petens ſa-
tisfactionem laborum, & expenſarum ab ipſo ero-
3. gatarum in infirmitate quond. Franciſci Montel-
là ejus filii, ſuper qua impartito termino ordi-
nario, & compilato, heredes dicti qu. Joſephi
ad ſolutionem condemnati fuerunt ſententia S. R.
C. confirmata in gradu remedii reſtitutionis in
integrum; & facta taxa, literas exequtoriales
obtinuit; ſed in curriculo hujus cauſæ permulti
articuli haud injucundi inſurrexerunt, prout in
ſequentibus formulis, & allegationibus fuſius vi-
debis.

Formula primæ petitionis factæ in S. R. C.
penes acta hereditatis.

Al Regio Conſigliere Signor D. Vincenzo Ippolito Comm. dell' eredità del qu. Giuſeppe Montella.

IL Dottor Fiſico Giacinto Morante della Città
dell' Aquila ſupplicando eſpone a V. S. come
nel 1728. ritrovandoſi il Supplicante in Napoli
chiamato da alcuni particolari per far certe cure,
4. verſo poi la fine di Settembre del detto anno,
fu richieſto, ſe voleva portarſi nella Città di No-
cera de' Pagani per poter aſſiſtere a Franceſco Mon-
tella, ed attendere alla cura della di lui lunga,
e penoſa infermità, colla quale ſtava ridotto in
ultimo di ſua vita; e che il Supplicante dopo
diverſe richieſte fattele anche per via di lettere,
riſolſe portarſi in detto luogo per oſſervare la qua-
lità del di lui male; ed avendolo trovato nello
ſtato deſcritto nella preſente relazione, fu neceſ-
ſitato a petizione di D. Domenico Antonio d' Elia
Maſtrodatti di quella Corte Veſcovile, che ne te-
neva la cura d'ordine del Signor Giuſeppe Mon-
tella Padre del detto Infermo, trattenerſi in det-
ta Città per lo ſpazio di meſi tre, e giorni cin-
que, con aver preſtato continuamente non ſolo la
ſua aſſiſtenza in detta cura, come Medico, ma
di vantaggio con aver manipulato, e compoſto con
proprie mani, ed a ſue ſpeſe li medicamenti ne-
ceſſarj, che ſervivano per detto Infermo, come
da documenti, che biſognando produrrà; Quando
credeva il Supplicante riceverne la dovuta ricom-
penza da detto Giuſeppe Montella, anche a te-
nore delle ſue replicate lettere miſſime, tantop-
più che mercè la detta cura fatta dal Supplican-
te a detto Infermo, diggià ſi era guarito da quel-
la penoſa infermità, ed eſſendoſene paſſato detto
Giuſeppe all'ultra vita ſenza ſoddisfare li tanti
incomodi e ſpeſe da proprio di eſſo Supplicante
ſopra 600. ducati, laſciò la ſua eredità a bene-
ficio del Venerabile Monaſtero de' PP. Franceſca-
ni della Scarpa di detta Città di Nocera, che
da medeſimi ſi poſſiede: al quale oggetto deve il
Supplicante eſſere ſoddisfatto da ſopra la ſudet-
ta eredità, che da detti PP. ſi poſſiede; Pertan-
to ſupplica V. S. ordinare la taſſa non meno di
detta aſſiſtenza, ma anche di tutti li medicamen-
ti ſomminiſtrati a detto Infermo, e manipulati a
proprie ſpeſe, e ſucceſſivamente ordinarſi poi il
pagamento in beneficio di eſſo Supplicante da pa-
garſi da detti PP., e dalli frutti dell' eredità ſu-
detta, ut Deus &c.

A Domino Commiſſario tunc Regio Conſilia-
rio de Ippolito, nunc meritiſſimo S. R. C. Præ-
ſide fuit impartitus terminus ordinarius, forſan
quia expenſæ petitæ non erant liquidæ, & pri-
5. vilegio ſervitiorum præſtitorum frui non pote-
rant, cui termino acquievit actor, ut breviori
cauſæ expeditioni conſuleret; Poſt terminum com-
pilatum ſervatis de jure ſervandis, ſtante abſen-
tia Regii Conſiliarii D. Tiberii de Flori, pro-
poſita fuit cauſa in S. R. C. a Regio Conſiliario
D. Thoma Xaverio Caravita; & ſequens ſenten-
tia emanata fuit E. G.

*Viſis &c. Per hanc noſtram Regiam definitivam
ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, de-
claramus, & decernimus, heredes qu. Joſeph Mon-
tella fore, & eſſe condemnandos, prout ipſos præſen-
ti noſtra definitiva ſententia condemnamus, condem-
natiq; volumus, & mandamus ad ſolvendum in be-
6 neficium magnif. Artis Medicæ Doctoris Hyacinti
Morante labores per eumdem præſtitos in aſſiſtentia
pro cura qu. Franciſci Montella, taxandos per ma-
gnificum Vincentium de Jorio, ac etiam ſolvendum
in beneficium ejuſdem pretium medicamentorum dato-
rum pro eadem cura, taxandum per unum ex octo
Collegii pharmacopolarum hujus Civitatis.*

Thomas Xaverius Caravita.

Sub die 13. Aprilis 1739. Lecta lata &c.

COntra ſententiam prædictam a Parte ex adver-
ſo remedium reſtitutionis in integrum, tam-
quam perſona privilegiata, productum fuit; qua-
re pendente ho remedio ad elidendas partis op-
poſitiones hæc allegatio in jure a me pro eodem
Artis Medicæ Doctore patrocinante formata fuit.

P E R

Il Dottor Fiſico Giacinto Maranti.

C O N

7. Li RR. PP. di S. Franceſo di Paola di Nocera
de' Pagani, eredi del quond. Giuſeppe
Montella.

Il Signor D. Tiberio de' Fiori Regio Conſigliere e degniſſimo Commeſſario.

In Banca di Giacobbe Priſcolo.

Scrivano Carmine Mancino.

J. M. J.

IL Dottor Fiſico Giacinto Morante avendo dimandata nel S. C. dagli eredi del fu Giuſeppe Montella la ſodisfazione delle ſue fatiche, e ſpeſe fatte per droghe, ſemplici, e medicamenti nell' infermità del qu. Franceſco Montella ſuo figlio nello ſpazio di tre meſi, e più, per la di cui cura ſi portò da Napoli in Nocera de' Pagani: datoſi, e compilato il termine, dopo le dilazioni ſofferte per quaſi tre anni, a 15. Aprile 1739. n' ottenne ſentenza, che condannò i detti eredi al
8 detto pagamento, commettendoſi perciò la taſſa delle fatiche, e medicamenti, *fol.* 21. 2. *volum. act. ſeq.*

Gli eredi riferiti, comeche privilegiati, gravandoſi di detta ſentenza per via di reſtituzione *in integrum*, pretendono non eſſer tenuti a pagamento alcuno, dicendo eſſere ſtato abbaſtanza ſodisfatto per li ducati 50. ricevuti, e per la convenzione avuta con i congiunti dell' infermo di non pretendere coſ' alcuna, ſe il medeſimo non era ſano, *fol.* 24. 2. *vol. act. ſeq.*

Noi, alle di cui debbolezze è appoggiata, la difeſa del magn. Giacinto Moranti, ſoſtenendo per giuſtiſſima la ſentenza del S. C., e laſciando di far parola della ſeconda objezione, come un pu-
9 ro ſogno della parte non provato, moſtramo, che i pretesi ducati 50., e la cartola di ricevuta, che vedeſi negli atti, non è baſtante a vulnerar la ſentenza, la legge del S. C., e molto meno la noſtra chiariſſima ragione.

Per chiarezza della cauſa fa duopo ſapere che nel meſe d' Ottobre del 1727. il magnifico Giacinto Morante da Napoli ſi portò nella Città di Nocera a richieſta del Paroco D. Domenico Antonio d' Elia per curare Franceſco Montella, di cui detto Paroco aveva tutta l' incombenza per ordine di Giuſeppe ſuo Padre, Segretario della Regia Udienza di Lucera. E' arrivato in Noce-
10 ra, riſedendo nel Moniſtero de PP. Agoſtiniani principiò la cura, manipolando medicamenti di coſto a ſue ſpeſe, con viſitare due volte il giorno l' infermo per giorni 40. E dopo ad impulſi dell' iſteſſo Paroco Elia per maggior comodo, eſſendo inverno, e per la molta diſtanza, ſi portò ad abitare contiguo all' infermo in caſa del detto Elia, aſſiſtendo dalla mattina inſino a ſera, come coſta dal *fol.* 31. 37. *vol.*

Continuò la cura per lo ſpazio di tre meſi, e giorni, quale terminata, e reſtituito in ſanità l' infermo, ſenza avere altro biſogno di medicamenti, a riſerba della regola del vitto, licenziollo; ma prima di partirſi lo fece veder da' ſuoi parenti ſano, e libero, *fol.* 40. *& ſeq.*, 2. *vol. ſup.* 9. *artic.*

Fattaſi poi fare una relazione del Medico Correale del perfetto ſtato dell' infermo, ſottoſcritta dal Paroco Elia, e Notajo *fol.* 19., e 20. 2. *vol.* ratificata nel termine *fol.* 37., ſe n' andò in Lucera dal Padre dell' infermo, per eſſer ſodisfatto di ſue fatiche, e ſpeſe fatte, conforme veniva determinato da Periti, il che ricuſando di fare detto Giuſeppe Padre, gli offerì ducati 50. quali facendo tutta la renitenza di prendere il Morante, ad inſinuazione di Diego Seniſi Maſtrod' atti della ſteſſa Regia Udienza di Lucera, che abitava nella medeſima caſa col detto Giuſeppe, il quale Seniſi dicea, che ſe l' aveſſe preſi a conto, che poi ſi facea il reſto liquidare da' Periti, ricevè detto denaro, per quanto depone detto Seniſi *fol.* 22., e ratifica *fol.* 30. 2. *vol.*

Ma deviando dalla regola del vivere, che ricercava il penoſiſſimo male ſofferto, già preſcrittale dal Medico Morante, datoſi in preda della gola, e del ventre, nè ſoffrendo il ſuo corpo debilitato pur troppo dalle paſſate angoſce il grave peſo della ſregolatezza, oppreſſo un giorno da tutto di ſangue in una fineſtra di ſua caſa improviſamente morì, e conobbero ben tutti ad evidenza, che non dagli antichi malori, ma da nuove cauſe eſtrinſeche cagionata foſſe ſua improviſa morte, *fol.* 41., e 42. *ar. ſup.* 11. *art.* 2. *vol.*

Si diede il caſo della morte ancora del Padre dell' infermo, di cui eſſendo reſtati eredi li RR. PP. di S. Franceſco di Paola di Nocera con la ſolita clauſola del *ſalvo jure cujuſlibet*, &c. s' indrizzò il Medico Morante contro detti eredi, e datoſi termine ordinario dal Conſiglier d' Ippolito allora Commiſſario, ora degniſſimo Preſidente del S. R. C. *fol.* 2. *vol.* 2., fu queſto compilato con l' eſame di otto teſtimonj *fol.* 35. *&. ſeq.* fuori di altri documenti preſentati negli atti: In maniera che dopo ſofferte dal povero Morante quante dilazioni quaſi inventar ſi poſſono in un giudizio ordinario, finalmente a dì 13. Aprile del corrente anno 1739. ottenne ſentenza del S. C., *con cui gli eredi del fu Giuſeppe Montella furono condannati a pagare in beneficio de. Morante li prezzi de' medicamenti, e fatiche erogate nell' aſſiſtenza per la cura del qu. Franceſco Montella: da taſſarſi per uno degli otto Farmaceuti, e un Medico reſpective* &c. *fol.* 21. 2. *vol. act. ſeq.*

Spedito, e notificato il mandato *de parendo* al Procuratore delli detti PP. di S. Franceſco, da' medeſimi, gravandoſene con il remedio della reſtituzione *in integrum*, ſi dice, non eſſer tenuti a
11 pagamento alcuno, sì per la ricevuta de' ducati 50., che vedeſi negli atti *fol.* 15., da cui appariſce, eſſere ſtato abbondantemente ſodisfatto, come aſſeriſcono, sì ancora perchè fu convenuto tra detto Morante, e Congionti dell' Infermo di non eſſer tenuti a pagamento, *ſe* prima non era reſtituita la ſanità all' infermo, come di ſopra ſi è accennato, *fol.* 24. 2. *vol.*

Il primo Capo del ſuppoſto gravame de' RR. PP. prodotto, ſiccome è appoggiato alla ſola ricevuta ſudetta, così è sfornito d' ogni giuſtizia. La ricevuta *fol.* 15. altro non è, che una ſemplice cartola ſenza autentica, ſenza teſtimonj, non giurata, non identificata in termine dal Moniſtero, e di più ſenza preſentata, dunque non è da tenerſene conto alcuno, dovendo tutte le ſcrit-
12 ture aver l' atto dell' eſibizione, overo la preſentata con la data del giorno, meſe, ed anno, e 'l nome del preſentante *per extenſum*, altrimenti ſono nulle, ſecondo il diſpoſto delle *Pramm.* 100. §. 80. *de offic. judic. e Pramm.* 79. *num.* 8. *de offic. S. R. C. Marad. in ſingul. num.* 19. *ſup. Pragm.*

E ſebbene il noſtro Principale uſando dell' oneſtà, e ſua ingenuità naturale non nieghi il ricevimento de' duc. 50. negli articoli *fol.* 33. *ſup.* 10. 2. *vol.* nulla dimanco però gli confeſſa di averli ricevuti *in conto*, e così averſene fatta ricevuta: Sicchè la ragione della parte non potendo naſcere dalla riferita cartola del *fol.* 15. di niun vigore, naſce unicamente, come deve per verità, dalla ſola confeſſione del Morante la quale eſſendo *a conto*, così ſi deve attendere, cioè con tutte le circoſtanze, e qualità, con le quali è veſtita, giacchè è maſſima indubitata, *in civilibus confeſſio non ſcinditur, nec poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.* Beor. dec. 339.
13 *num.* 3. *Epiſc. Ricc. collect. deciſ.* 1250. *Urſill. ad Afflict. dec.* 7. *num.* 12. *Sanfel. deciſ.* 128. *Marin. lib.* 1. *reſol.* 83., &c.

Nè vale il dire, che il Morante confeſſa anche di aver fatta *ricevuta* per i ducati 50., e perciò ſia la medeſima indubitabile per la ſua dichiarazione: Mentre è vero, che dice, per i ducati 50. *a conto* averlene fatta ricevuta, ma d' onde coſta, che ſia quella del *fol.* 15.? Dovea

veri-

verificarſi, ed identificarſi in termino ; e poi
farſene queſt' uſo preteſo dalla parte : Ma vede-
ſi ad evidenza, non eſſere la ricevuta preſentata
quella, che fece il Morante ; ogni qualvolta in
queſta non leggonſi quelle circoſtanze, che con-
feſſa, cioè *a conto &c.*
Queſto in quanto all' ordine . Che ſe poi vo-
gliam riflettere alla ſoſtanza della ſudetta car-
tola queſta è, che il *Morante ha ricevuti ducati*
150. per l' aſſiſtenza fatta alla cura di Franceſco
Montella fol. 15. 2. vol.
Dunque nemmeno pregiudica alle ſue ragioni,
perche non dice *a ſaldo*, o *a complimento*, con-
forme dovrebbe dire *L. ſi ex pluribus ff. de ſo-*
fano unito con detta Maria, e ſue figlie ſcaſſaro-
no detto baſſo, e cacciarono la robbe della det-
ta ſupplicante fuori la ſtrada, di che n'ebbe ri-
corſo da V. S. da chi con giuſto decreto fu or-
dinata l'informazione allo Scrivano della cauſa;
e perchè con più teſtimonj s'è provato l'atten-
tato fatto contro ogni dovere; per tanto ricur-
re, e la ſupplica ordinare, che ſia reintegrata
nel poſſeſſo di detto baſſo, e procederſi alla car-
cerazione di detti Stefano, e Maria, con com-
metterne l'eſecuzione allo Scrivano della cauſa,
colla proteſta di tutte le ſpeſe &c.

Formulo decreti E. G.

Die 16. menſis Junii 1728.

*PEr ſubſcriptum D. Judicem M. C. Vicariæ Cau-
ſæ Commiſſarium viſis actis, informatione capta
20 de ordine M. C. Vicariæ, ex qua conſtat, quod
retroſcripta ſupplicans Magdalena ... fuit expoliata de
facto a Stephano ... & Maria ... conjugibus, ut ex
actis, ac retroſcripto memoriali, fuit proviſum, &
decretum, quod ſupradicta Magdalena reintegretur de-
nuo in poſſeſſione enunciati baſſi, modo, & for-
ma, quo reperiebatur, & pro effectu prædicto acce-
dat Scriba Cauſæ ſumptibus petentis, hoc ſuum &c.
donec aliter &c.*

Barnaba.

Barberius Scriba.

Formula actus purgationis attentatorum.

IN eſecuzione del ſuddetto Decreto dell' Illuſtr.
Sig. Conte D. Pietro Barnaba, Giudice di Vi-
caria, mi ſono io ſottoſcritto Scrivano Ordina-
21 rio di Vicaria, conferito in Frattamaggiore
ed in virtù di detto decreto ho poſto in poſſeſſo
del baſſo negli atti dedotto ... Maddalena ... con-
forme per lo paſſato ſi ritrovava, e ciò preſenti
per teſtimonj Gio: Coſentino Giurato, il ma-
gnifico D. Antonio ... ed altri, ed in fede li 17.
Giugno 1728. Joſeph Barberius Scrib. M.C.V.
& præſentis Cauſæ.

His incidentiis peractis, in cauſa principali,
fuit allegata nova conventio, præſentatæ poſitio-
nes, petita repulſa teſtium examinatorum in ter-
22 mino ſummario novæ conventionis, & rejectis
dilationibus, in cauſa principali, facto verbo fuit
ordinatum. E. G.

Formula decreti facto verbo interpoſiti. E.G.

*IN cauſa Stephani ... cum Vidua Magdalena ...
ut ex actis.*

Die 16. menſis Novembris 1729. Neapoli
facto verbo &c.

*PEr M.C.V. viſis actis, fuit proviſum & decre-
tum, quod Magdalena ... exfractet a domo in a-
23 ctis deducta infra dies viginti, & depoſitum du-
catorum vigintiquinque factum per Stephanum .....
liberetur in beneficium ejuſdem Magdalenæ ..., .. pro
cauſa, ut ex actis, obſervatis tamen vinculis forſan
appoſitis in depoſito prædicto, hoc ſuum &c. = Bar-
naba = Perrelli = Bologninus A.M. Barberius Scrib.*

Formula replicationis.

DOctor Andreas Barba pro Vidua Magdale-
na ... a decreto prædicto omni, qua decet
reverentia, appellat, reclamat, & de nullitate
dicit; & pendente termino ad proponenda reme-
24 dia opportuna, inſtat ad actum aliquem non
procedi, inſtando etiam pro taxa expenſarum,
quæ omni jure debentur ſalvis aliis &c. iſto &c.

Formula relationis.

ADì 17. Novembre 17 2. Io Antonio de Co-
lantonio Portiero di Vicaria ho notificato il
magnifico D. Andrea Barba perſonaliter &c.

25 Producta ſupplicatione de verbo faciendo in
S. C., ab eodem ſub dia 22. Decembris 1729.
ad relationem D. Joannis Antonii Caſtagnola,
tunc Judicis M. C. V. tunc meritiſſimi Capitis
Aulæ S. R. C. & Realis Cameræ S. Claræ fuit
confirmatum, & elapſo termino fuit expeditum
ſecundum decretum.

Formula dicti decreti. E. G.

IN cauſa Stephani ... cum Vidua Magdalena ...
ut ex actis &c.

Die 16. Menſis Januarii 1730. Neap. &c.

*PEr ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. &
cauſæ Commiſſarium viſis actis, fuit proviſum, &
26 decretum, quod cum effectu pro executione decreti
M.C.V. etiam confirmati per S. R. C. ſupradi-
cta Magdalena ... infra alios dies quatuor præciſe,
& peremptorie exfractet a domo in actis deducta,
& illam relinquat vacuam, & expeditam in bene-
ficium ſupradicti Stephani, alias termino elapſo ejician-
tur bona, & pro effectu prædicto accedat Scriba
cauſæ, hoc ſuum &c. = Caſtagnola = Bologninus A.
M. Barberius Scrib.*

Formula decreti finalis pro executione

Die 24. Menſis Januarii 1730. Neapoli &c.

PEr Subſcriptum Dominum Judicem M. C. V.
cauſæ Commiſſ. viſis actis, fuit proviſum &
decretum, quod ſtante lapſu termini, decretum
interpoſitum per Dominum Cauſæ Commiſſarium
27 ſub dia 16. menſis currentis, & anni exequa-
tur, & debitæ executioni demandetur juxta ſui
ſeriem, continentiam & tenorem per Scribam
cauſæ, ſumptibus Stephani ... hoc ſuum &c. Ca-
ſtagnola ... Bologninus Act. Mag. Barberius Scri-
ba &c.

PRæter banda annalia in materia exfractationis,
quæ tanquam notiſſima, & alibi tranſcripta
28 hic omittuntur, adeſt Regale. Diploma ſub dia

8. men-

8. menſis Julii anni 1750. ad rem faciens, quod ſequitur, v3.

REGALE DIPLOMA.

AVendo fatto al Re preſente la Piazza del Fedeliſſimo Popolo di queſta Città, che non oſtante i Regali Banni emanati, per non dover i Padroni delle Caſe alterare i piggioni delle medeſime in pregiudizio degl'Inquilini, pure perchè la maggior parte delle Caſe di queſta Capitale ſi poſſedono da Chieſe, Monti, e Luoghi Pii, i quali tengono i loro Delegati, a Commiſſarj Generali, ſi è introdotto l'abuſo, che i Delegati ſuddetti provvedono in tutte le cauſe di affitti, ſubaffitti di Caſe, prelazioni, ed altro in pregiudizio notabile de' poveri Inquilini contro la Regal mente di S. M., e la legge de' Bandi emanati. Si è compiaciuta S. M. riſolvere, vedendo la inutilità de' Bandi, e il danno del Pubblica, che ſempre più creſce con un abuſa, che non è più tollerabile, che la G. C. della Vicaria Civile, come ſua ſpecial Delegata, proceda in sì fatte cauſe, e in quello de' sfratti, ſicchè ella ſolo proceda, e niun' altra giuriſdizione ſi poſſa ingerire in tali cauſe. E mi ha S. M. comandato prevenirlo a V. S. Ill., perchè inteſa di queſta Regal deliberazione così la prevenga a' Miniſtri del Conſiglio, che abbiano Delegazioni di Chieſe, Luoghi Pii, Monti, ed altri. Palazzo 8. Giugno 1750.

Il Marcheſe Tanocci.

In piede Sig. Marcheſe Preſidente del Conſiglio.

Die 12. Junii 1750. Exequatur Regalis Ordo Magn. Secret. certiores faciat Dominos Regios Conſiliarios.

Appendix Danza Præf.

De judicio Exfractationis contra Conductorem.

1. Ratio, qua Auctor adductus ad ſubnectendum huic aperi quæ frequenter in praxi accurrunt, obſervanda in hac Civitate Neapolis circa judicium exfractationis.
2. Edictum Regis, quo cavetur, ne penſiones antiquis inquilinis augeantur, publicatum ſub die 30. menſis Decembris 1738. refertur.
3. Non moroſis in ſolvendo penſionem allatum Edictum eſt favorabile.
4. Hoc edictum non eſt conforme iuri communi, & expenditur text. eidem contrarius in l. ne cui, §. quod ſi quis Cod. de loc. & conduct.
5. Jure inquilinus non poteſt invitus cogi ad reconducendum, nec dominus ad recolandum, ut ſervetur æqualitas.
6. In quo differt Edictum a cit. l. ne cui, & quid in praxi ſervetur, adducitur.
7. Exponitur alius tex. adductæ ſanctioni etiam oppoſitus in l. congruit Cod. de locat. prædior. civiliom, vel fiſcalium.
8. Antiquus Conductor novo præfertur, ſi facta per hunc augmenta, ille ſuſcipiat per l. prædia §. ſi vero pro tali C. codem; quæ explanatur.
9. Ratio fundamentalis dd. Legum per DD. adducta innuitur; & an illæ habeant locum in locationibus rerum fiſcalium, remiſſive.

Ex præcitata edicto nullimode locatori licet augmenta facere, nec quoquo modo mutare conditiones præcedentis affictus.

10. Aſſignantur juſtæ cauſæ edicti.

Tempus præſcriptum ad declarationem novæ reconductionis, eſt dies quarta uſque ad 17. menſis Junuarii.

11. Ante Pragmat. de loc. & conduct. denunciatio fiebat in menſe Maii, juxta Conſuet. de loc. & cond.

Si conductor declaravit nolle manere, & locator proceſſerit ad locationem cum alia novo conductore, antiquo conductori non erit amplius locus pœnitentiæ.

12. Conciliantur Præſid. de Franch. deciſ. 278. & Brill. ad Conſuet. de loc. & cond.
13. Quando non valeat probari reconductio per teſtes; & qui Authores illud dixerint.
14. Adducitur Rovit. contrarium ſentiens, & ejuſdem apinio exponitur.
15. In praxi ſervatur dari terminum ad horas, cum deficit tempus ad probandum.
16. Nicolaus de Jorio Scriba M.C. Vicariæ laudatur.
17. Referuntur exempla prædicti termini ad horas.
18. Traditur cautela declarationis faciendæ per conductorem, cum velit permanere in domo conducta, aut eam recuſare.

Inſtrumentorum appellatione teſtes comprehenduntur.

19. Quomodo conſulendum ſecunda conductori, ſi primus obtineat manuteneri in doma per illum conducta, & quid in praxi ſervandum.
20. An dominus teneatur denunciare conductori, ut exfractet, & an ex non facta denunciatione inducatur tacita reconductia.
21. Enunciantur Authores negativam opinionem tenentes.
22. & 23. Impugnantur præfati Authores, & fundantur contrarium eſſe ſervandum, & omnino faciendas per dominos denunciationes inquilinis, & quando oſtenditur, & commendatur Camillus Salernus.
24. Hoc edictum non extenditur ad prædia ruſtica, ſed tantum ad urbana.

Quomodo intelligenda clauſula illa appoſita in edicto, ni valerſe de otro &c.

25. Primus caſus indicitur, quo ex mente ipſius edicti poteſt conductor a domo amoveri.

Inquilinus ſi per biennium u ſolutione deficit, poteſt locatore expelli, per text. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. etiam pendente locatione; & quidnam ſervetur apud nos.

26. Enarratur caſus deciſus a S. C. ad relationem M.C.V.

Collaudatur Reg. Conſ. ex Aularum S. C. Præfectis D. Antoius Maggiocca,

27 Quanta, & quæ ſit mora, remittitur arbitrio Judicis.

Quæ res conductores excuſent a mora.

28. Traditur formula ſupplicis libelli contra conductorem moroſum.
29. Formula decreti, quo conductor exfractet, & non amoveat chartellas.
30 Relatia Alguzerii M.C.V. pro notificatione dicti decreti, & affixione chartellarum.
32. Formula denunciationis factæ per Notarium Conductori, ut adveniente die 4. Maii relinquat domum.
33. Formula Apocæ affictus.
34. Mos hodiernus paciſcendi ſolutionem, & ſolvendi penſionem domorum, eſt tertiatim.
35. Antiquitus binæ tantum in anno præſtationes fiebant.
36. Poſſunt partes quomodolibet convenire inter ſe, circa ſolutionem penſionis.
37. Quomodo apponendi teſtes in apocis ex nov. Conſt.
38. Illa clauſula, che finito il tempo dell'affitto mi debba convenire per il prezzo della caſa, quid operatur.
39. Edictum reſpicit favorem conductorem, & quiſque poteſt renunciare juri ſuo.
40. Pacta religioſe ſervanda, ſi honeſtati non adverſamor.
41. Formula memorialis pro parte conductoris.
42. Formula fidei factæ ordine Judicis ad inſtantiam locatoris u Porteriis M.C.V. ad fundandam moram inquilini.
43. Formula decreti de conſenſu Partium, quod conductor continuat pro alio anno tantum.
44. Libellus pro parte locatoris in ſeq. anno.
45. Decretum juxta petita per locatorem.

46. Re-

46. *Replicatio facta pro parte conductoris.*
47. *Memoriali ejuſdem conductoris, cum decreto in calce ipſius, quod intimetur Parti*, ibidem n. 47.
48. *Replicatio locatoris.*
49. *Supplicatio de V. F. ad finem confirmandi, ad inſtantiam ejuſdem locatoris.*
50. *Comparitio pro parte conductoris.*
51. *Deciſio S.R.C.*
52. *Laudibus extollitur olim* Reg. Conſ. *& unus* Aularum S. R. C. Præfectus D. Franciſcus de Honuphrio.
53. *Impugnatur deciſio S.R.C.*
54. *Defenditur.*
55. *Secundus caſus, quo poteſt repelli conductor, non obſtante edicto.*

Formula decreti, quod ſolet tali caſu practicari.

56. *Adducitur limitatio.*
57. *Numerantur alii caſus, quibus inquilinus non juvatur diſpoſitione edicti.*

In Regno nemini licet alii rem ſublocare abſque Domini licentia; & allegatur Conſuetud. ſub tit. de loc. & conduct.

58. Dict. Conſuetud. *eſt contractoria juris communis.*
59. *Æquitas prævalet juris rigori.*
60. *Affertur exemplum deciſionis factæ per* Ill. Marchionem Reg. Conſiliar., & primum Aularum Præfectum D. Horatium Rocca, *qui commendatur.*
61. *Si Dominus uti velit re conducta ad proprium uſum, eſt præferendus conductori, & quando?*
62. *Adductæ limitationes deducuntur ex* Text. in l. 3. C. de loc. & conduct.
63. *Si probetur, aut conſtet dominum non indigere conducta, ſed hoc fieri ad æmulationem, aut alium finem, inquilinus non eſt amovendus, & ſubjungitur exemplum.*
64. *Dominis directis tantum, aut ejus filiis competit jus petendi rem conductam.*
65. *Formula mandati, quod conductor exfractet.*
66. *Comparitio contrarii imperii adverſus dictum mandatum.*
67. *Formula decreti, quod inquilinus continuet pro alio anno in domo conducta.*
68. *Exponitur ratio, quare in decretis dici ſolet*, liceat continuare pro alio anno.
69. Textus in l. item quæritur §. qui impleto in fin. ff. locat. *exploditur.*
70. *Non procedit* d. Lex. *apud nos in locationibus prædiorum urbanorum.*
71. *Supplicatio de V.F. in S R.C. ad finem revocandi.*
72. *Replicatio pro parte inquilini.*
73. *Deciſio S.R.C. ad favorem inquilini.*
74. *Encomiis exornantur* Regius Conſiliarius D. Donatus Antonius de Aſti, Regius Conſiliarius.
75. Necnon unus ex Aularum Præfectis D. Franciſcus Ventura. 76. Ac olim S. R. C. D. Gajetanus Argento, num 76.
77. *Recenſetur alias caſus, in quo licet conſtiterit locatorem aliam domum pro ſuo uſu habere, fuit conductor expulſus.*
78. *Expenduntur motiva deciſionis.*
79. & 80. *Laudantur Domini Judices* M.C.V. D. Jacobus Biſſanti, D. Joſeph Aurelius de Januario, & D. Joſeph Cimino.
81. *Qua hora per conſuetudinem non ſcriptam egrediuntur conductores e domibus.*
82. *Uſus incipiendi, & finiendi locationes uno eodemque die eſt conformis moribus Romanorum.*
83. *Quæ probationes fieri debeant, tam pro parte locatoris, quam pro parte inquilini, innuitur*, uſque ad finem.

1 Licet forſitan ab incepto inſtituo aberrare videbimur, cum tantum ea, quæ *ex nov. Regis noſtri Conſtitutione* obſervanda veniunt, ſparſim, ubi fertet occaſio, ſubnectere hic promiſeimus; attamen abs re nequaquam eſſe credidimus, immo pene neceſſarium, utiliſſimumque exponere, quæ frequentius in praxi occurrunt, circa hoc judicium exfractationis in hac Civitate Neapolis, ubi jamdiu quolibet anno renovatur Edictum, quo cavetur, ut omnino liceat Dominis, & locatoribus domorum augere illarum penſiones ultra quantitatem prius ſolutam, quamvis ſcriptura inter ipſos facta pro augmento dictæ penſionis non obſtante, nec quocumque prætextu uti, ut conductores inſolidum penſiones diligenter ſolventes domibus exire cogantur, qui in ipſis velint continuare. Vigore cujus edicti pleraque animadvertenda ſunt, ſc. quibus caſibus poſſit conductor illo juvari, quibus non, itaut eo non obſtante, valeat locator, utens re ſua tamquam abſolute dominus, conductorem e domo expellere.

Operæ pretium igitur erit in gratiam Tyronum ponere hic praxim hujus tam frequentis judicii una cum formulis comparitionum, & decretorum, quæ in eo poſſunt, & ſolent occurrere, ac fieri cum obſervationibus utilioribus magiſque neceſſariis.

Et primo ponamus verba edicti publicati ſub die 30. menſis Decembris 1738., quæ ſunt tenoris ſequentis, v3.

EDICTUM.

2 Carolus Dei gratia Rex utriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Infans Hiſpaniarum, Dux Parmæ, Placentiæ, & Statutus Caſtri &c. ac Magnus Princeps hæreditarius Hetrutiæ &c.

Regens, & Judices M.C. Vicar.

Il Re noſtro Signore (che Dio ſempre guardi) per la ſua Real clemenza ſi è degnato rimettere a queſta G.C. ſuo rivarito diſpaccio per la Segretaria di Stato, Grazia, e Giuſtizia ſpedito in data de' 23. del corrente, del tenor ſeguente: *Haviendo ſe el Rey degnato reſolver, que ſe emane el bando, con el qual ſe prohiba a los Duenos de la caſas el poter alterar los acquireles de las miſmas, ni valerſe de otro qualquier pretexto para hazer ſalir deſus caſas a los que pagan puntualmente el al quirel de ellas. Me ha mandado Su Mageſtad prevenirlo a V.S. paraque diſponga, que por la G.C. de la Vicaria antes del die quatro del venider mes de Enero del* 1739. *ſe publique el dicho Bando, invigilando V.S., enque ſe obſerva con toda diligenzia, para evitar los muchos pleitos, que ſuo len occaſionarſe de el retardo de tal publicazion. Dios guarde a V. S. muchos annos, como deſeo. Palacio* 23. *Dicembre* 1738. *Bernardo Tanucci: Sig. Regente della Vic.* E dovendoſi da queſta G. C. dar viva ubbidienza alla ſuddetta ſoprana Real deliberazione, col preſente Bando ordinamo, e comandamo, che non debbaſi da' Padroni di caſe in modo alcuno alterare la pigione di quelle, più di quel, che antecedentemente gli ſteſſi piggionanti ad eſſo loro con puntualità han pagato, ancorchè fatt' aveſſero qualſiſia ſcrittura, nè tampoco eſſi Padroni poſſano alterare le condizioni del precedente affitto, ma in tutto debbaſi regolare la conferma del nuovo affitto col precedente, volendo i piggionanti continuare nelle caſe, come altresì non farne uſcire i piggionanti, con avvalerſi di vani preteſti, e colori ſotto pena a noſtro arbitrio riſerbata; non intendandoſi però col preſente Bando d'innovare, o variare ciò; che ſta ordinato col Bando de' 20. Decembre del paſſato anno 1737. a riguardo delle pubbliche Meretrici, ed intorno alla loro dimora, e abitazione, reſtando il medeſimo nel ſuo vigore, a fermezza in tutte le ſue parti. Datum Neapoli die 29. Decembris 1738.

Du-

Duca di Termoli Regente .
Giacomo Biſſanti . Ferdinando d' Ambroſio .
Giuſeppe Aurelio . Domenico Antonio di Gennaro . Roſſi .
Giuſeppe Cimmino Luigi Boliſone .
Gerardo de Nigris Segretario .

A dì 30. Decembre 1738. Io Andrea Napolitano Regio Trombetta della Vicaria riferiſco d'aver publicato il ſopraſcritto Bando , e quanto in eſſo ſi contiene per tutt' i luoghi ſoliti , e conſueti di queſta Fedeliſſima Città di Napoli , alta , & intelligibili voce , more præconis , ut moris eſt .

3 Ex quibus verbis inferas primo , quod tale Edictum inductum eſt favore eorum tantum , qui mora non ſunt ſolvendi penſionem ; & jure , etenim idem eſſet , ac habere rem , & pretium , quod leges abhorrent , & Dominus ſpoliaretur prorſus re ſua , ſi conductor , etiam moroſus , foret in locatione manutenendus .

Hujuſmodi Edictum ſi recte perpendatur , certum eſt non eſſe conforme juri communi , ſed ab illo exorbitans ; habemus enim Legibus expreſſum , patere facultatem Dominis domos ſuas cui voluerint locare , nec licere ei , qui primo conduxit , litem inferre , voluntate domini ad eandem conductionem accedenti ; pœna etiam impoſita illi , qui hujuſmodi controverſiam commovendam crediderit , ut expreſſe legatur eſt *Text. in l. ne cui , §. quod ſi quis Cod. de locato , & conducto* ;
4 qui *Textus* intelligitur ſtatim finito tempore locationis , ut notat *Brunneman. ibid.* , hoc eſt , cum expirat inſtrumentum conductionis , vel tempus ſtatutum in prima conductione , ut clarius habetur ex *Gloſſ.* ibi : *Si alicui conduxerim domum meam , vel ergaſterium aſque ad annum , & in ſequenti anno nolo tibi locare , ſed alii , an poſſis mihi , aut illi , cui locavi , aliquam quæſtionem movere ? Reſp. quod non.* Etenim ſi conductor e domo ſponte velit diſcedere , dubitatio-
5 ni locus non eſt . Idque ad æqualitatem ſervandam jure ſtatutum videtur ; ſicuti namque inquilinus non poteſt finita locatione ad perſiſtendum obligari , ex *leg. invitos Cod. de locat.* , ita e contra nec ad relocandum . Contrarium autem ſta-
6 tuitur aperte in ſupracitato edicto , & contrarium in praxi vigore illius obſervatur ; ibi enim , ut clare verba ſonant , coarctatur facultas dominis expellendi conductores ſub quovis prætextu , & per conſequens alteri locandi , uſque dum primus conductor velit in eadem habitatione remanere ; licet exactum ſit tempus ſtatutæ locationis ; ideoque ſi præter voluntatem conductoris Dominus alteri locaverit domum ; non modo non imponitur pœna primo conductori moventi quæſtionem contra dominum , ſecundumque conductorem , ſed licite petit manuteneri in conductione domus , nullamque haberi rationem de poſtera locatione , & virtute citati edicti , ſic per Judices decernitur ; dummodo tamen non adſit aliqua ex juſtis cauſis infra exponendis , quibus concurrentibus , licet expellere conductorem .

7 Eſt & alia lex , quæ poteſt adverſari , & opponi ſupracitat. ſanctioni , ſive cuivis ſtatuto ; *Tex.* eſt in *l. congruit Cod. de locat. prædior civil. vel fiſcal. lib.* 11. quæ lex quamvis loquatur de locatione rerum fiſcalium , adaptari quoque ad res privatorum debet , ut in terminis concludit Jul. Cæſar. Ruginel. *pract. quæſt. comp.* 23. *num.* 14. & Reg. Valenzuol. *conſ.* 75. *num.* 17. allegati a Michael. Angel. Gypt. *obſerv. ad deciſ.* 169. Reg. Capyc. Latr. *num.* 3. , & 6. , & alii . Ibi ſtatuitur , quod antiquus præferatur novo conductori , ſi facta per hunc augmenta ille ſuſcipiat ; Cui congruum quoque eſt , quod in *l. prædia §. ſi vero pro tali C. eod.* apertius habetur , illis verbis ;
8 *Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum , ſit in arbitrio conductoris prioris , cui res ad tempus cum temporalis illa conductio.* Dixit *temporalis* , nam in perpetuis antiquus nullimode amovendus ex eadem *leg. prædia* .

9 An autem ratio *dd. ll. congruit , & prædio* in eo fundata fuerit , ut æqualitas in his quaſi ſervetur , prout communiter docent *DD.* , quia conductor Fiſci alias detinetur invitis ex *l. cotem ferro §. qui maximos ff. de publican.* Et an hodie in R. C. Summ. cum locantur , gabellæ , aliæque res fiſcales , illæ leges procedant , noſtrum non eſt hic diſquirere ; idcirco libenter omittimus ; cum paſſim legi poterint apud noſtrates Auctores .

Quod ad rem noſtram attinet , nulli dubium , quod ſicuti prælatio antiquo conductori datur ex his legibus , eum offert eamdem quantitatem , quam novus paratus eſt ſolvere , ita e contrario ex edicto noſtro nullimode licet augmenta facere , nec quoque mutare conditiones præcedentis affictus , ſed nova reconductio in omnibus prorſus regulari ex antiqua debet ; & omnis ſcriptura noviter facta contra formam prioris conductionis cum antiquo conductore remanet nulla , & hic præferri debet pro eadem penſione , quocumque augmento per alios facto non obſtante . Quod cit. *l. prædia* etiam decernitur , pro conductionibus vero rerum fiſcalium perpetuis , autem pro temporariis , ſicuti eſt in caſibus edicti.

10 Non ideo tamen abſonum , aut a ratione alienum illud credendum eſt ; ſumus enim , Deo favente , in hac Civitate Neapolis , quæ ob frequentiam tum Civium , tum Exterorum , huc undequaque concurrentium ſitus amœnitate , frugum , omniumque rerum ubertate , ac pulchritudine locorum , nulli ex Europæ præclariſſimis Urbibus invidet ; ubi licet in dies nova conſtruantur ædificia , in ipſis quoque ſuburbiis , quæ ad præſens unam , maximamque conſtituunt urbem , tamen ſemper habitatione deſiderari videntur , tunc factum , ut ſicuti ea ratione pretia rerum augentur , ita penſiones domorum ex æmulatione , & deſiderio adeo in dies excreſcerent , ut ſingulis annis , aut augmenta ob aliis facta antiqui conductores ſuſcipere cogerentur , ne e domo ex Dominis expellerentur , aut cum magno incommodo & intereſſe , aut huc illud migrare ; itaque ex communi omnium conqueſtu , & ut nimiæ locatorum aviditati , & conductorum detrimento obviam iretur , permota fideliſſima Popularis Platea multis jam ab hinc annis obtinuit publicari memoratum edictum , & quolibet anno ante diem 4. menſis Januarii renovari . Quod ut infra videbimus , juris fulcimine nititur .

11 Dixi , ante diem quartam menſis Januarii ; adeſt namque apud nos conſuetudo præſcripta , ut ab eo die uſque ad decimam ſeptimam ejuſdem menſis (ni aliud partes conveniant inter ſe) poſſit , & debeat conductor declarare locatori , velit ne continuare , & permanere in domo conducta ; ante vero *Pragmat. de locat. & conductor.* hujuſmodi declaratione facta , ſi conductor declaravit nolle manere , & locator proceſſerit ad locationem dictæ domus cum alio novo conductore , non erit locus pœnitentiæ , nec poterit amplius antiquus petere , & obtinere prælationem contra dictum novum conductorem vigore edicti ; & ſi velit opponere novam reconductionem non erit audiendus , niſi per ſcripturam illam probaverit , iſtoque caſu procedunt dicta per
12 Dom. Præſ. de Franch. *deciſ.* 278. ibique addentes , & per Brill. *ad Conſuet. de loc. & cond.* alioſque affirmantes per *Text. ſup. cit. in l. ne cui*

C. de

C. de loc. & cond., quod non valeat probari re-
conductio per teſtes, uti ſunt *Odofred. Bald. An-
gel. & Salices.* ex dictis per eundem Præſ. de Fran-
chia *deciſ.* 406. *num.* 4. Hoc tamen intellige, quan-
13 do jam advenerit dies migrationis e domo, ut
optime advertit De Luc. *in d. dec.* poſt Rovit.
ſup. Pragm. de locat. & conduct., non autem ſi
dicta reconductio fuerit oppoſita tempore habili,
ſc. menſe Januarii, vel Februarii, tunc enim abſque
dubio admittitur probatio per teſtes, ut docuit cit.
Reg. Rovit. ibid. & in praxi quotidie obſervatur.
14 At idem Rovit. *loc. cit. num.* 15. advertit,
quod etiam in caſu dictæ *l. ne cui*, hoc eſt,
quando jam advenit tempus migrandi, denegan-
da non ſit probatio per teſtes legales, & fide di-
gnos, & nititur authoritate Caroc. *de loc. &
conduct.* aliorumque. Ipſe tamen putat, nec im-
merito, hoc eſſe verum, non ad finem retar-
dandi migrationem primi conductoris, cum no-
vus aliter eſſet ſine habitatione, ſed recuperan-
di id, quod illius intereſt ea conventione non
obſervata; idque confirmat pluribus, quas alle-
15 gat deciſionibus S. R. C. Tu autem ſcias, in
praxi receptum eſſe, ſeu renunciatio obiiciatur
per locatorem verſus finem v. g. Aprilis, vel
adeo prope diem quartam menſis Maii, ut tem-
pus deficiat ad faciendas probationes in termi-
no, ſervatis de jure ſervandis, tunc impartitur,
& compilatur terminus ad horas, ut in ipſa
die 4. Maii cauſa expediatur: Et mihi teſtatus
16 eſt Scriba M.C.V. Nicolaus de Jorio; qui ju-
re merito ob ejus probitatem, ac praxim quo-
que in actitando non ultimum inter dictæ M.C.
D. Scribas locus meretur, & tenet; meminiſſe
penes ſe habere quemdam Proceſſum ab annis re-
tro triginta circiter, in quo fuit facta prima pe-
titio ſub die 2. menſis Maji contra quemdam
conductorem egredi nolentem in tunc proxima
17 4. ejuſdem menſis, ſub prætextu reconductio-
nis, ſeu novæ conventionis, datoque prædicto
termino ad horas, & factis ex utraque parte
probationibus, uno eodemque die fuit Proceſſus
compilatus, & die quarta deinde cauſa deciſa.
Ego autem hoc anno vidi alium proceſſum in
cauſa Michaelis Angeli Montuori cum Andrea
de Venia, in quo inquilinus comparuit ſub die
21. menſis Aprilis petendo manutentionem in
affictu, & locator citatus reſpondit die 24. ejuſ-
dem menſis, illum eſſe expellendum, ex eo, quia
renunciaverat conductioni a menſe Decembris,
quare dato termino ſuper hinc inde deductis, per
Dominum Judicem D. Jacobum Biſſanti intra
commendandum, fuit in calce illius ordinatum,
*quoad capiatur informatio per totam craſtinam diem
audita Parte.* Itaque omiſſis conſuetis ſolemnita-
tibus, per brevi temporis ſpatio capta informa-
tione, ſub die 4. Menſis Maii fuit facta, &
executioni demandata deciſio, ut videre potes ex
præfatis actis in Banca Magnifici Anſalone, pe-
nes ſcribam Amore; aliaque hujuſmodi exempla
paſſim occurrunt. Si vero conductor dixerit ſe
permanſurum, non poteſt a Domino expelli,
hinc cautius agendo plerique, dum ſolvunt
18 tertiam penſionis maturatam in 4. Januarii per
fidem crediti, ſive apocam Banci, ut mos eſt;
ſolent in fine giratæ ſubjungere hæc verba: *Con
dichiarazione, che intenda continuare in detto affit-
to*; aut e converſo: *Con dichiarazione, che reſta
detta caſa licenziata*; ut ita omnis quæſtio tolla-
tur; eo namque caſu ſi contra talem declaratio-
nem ſive conductor, ſive locator veniat, omni-
no opus eſt nova ſcripturá, ut poſſit audiri, vel
adeo integra probatione, quæ æquiparetur ſcrip-
turæ; Inſtrumentorum enim appellatione etiam
teſtes comprehenduntur, *l. 1. ff. de fid. inſtrum.
cap. pervenit lo primo extra de teſtib. cogend.* Greg.
Tholoſ. *ſyntagm. jur. univ. lib.* 48. *cap.* 14.
19 Finge modo caſum, quod primus conductor
plene probaverit reconductionem, & obtinuerit
manuteneri in affictu, quomodo ſecundo, cui do-
minus eamdem domum conduxit, erit conſulen-
dum; cum hic interim ſtaret abſque domo, &
habitatione? Et indubitati juris eſt teneri loca-
torem ad id, quod intereſt in beneficium dicti
ſecundi conductoris, argum. l. 7. *cum duab. ſequ.
ff. locati*. Si autem dictus locator paratus ſit a-
liam non minus commodam habitationem præ-
ſtare, ad aliud non tenebitur, ut ſtatuitur in cit.
l. 9. ff. eod, ideoque tali caſu decernitur, quod
*prædictus locator reloces aliam domum in ejus da-
mnum ad electionem, & beneficium conductoris,
vel liceat, & licitum ſit N. N. conductori condu-
cere aliam domum æque commodam in damnum T.
T. locatoris pro uno anno*; itaut, ſi ut habeatur
æque commoda habitatio, nonniſi amplior cum
cariori mercede reperitur; hæc illi aſſignanda,
illudque plus, quod ſolvitur, cadit in damnum
dicti locatoris, qui ſciens reconductionem factam
cum primo conductore, cum altero ad novam
locationem proceſſit, & ideo eſt in culpa, ea
propter ad damna tenetur, ut in ſimili deciſum
refert Gypt. *ad Latr. dec.* 39. *num.* 8., *& ſeq.*
20 Quæſtio moveri poſſet, utrum dominus ædis,
cum velit poſt finitam locationem, expellere con-
ductorem, in caſibus ſibi permiſſis, & inferius
exponendis, debeat neceſſario, infra terminum
conſuetum incipientem a die 4. menſis Januarii,
uſque ad diem 17. expreſſe denunciare inquili-
no; eodem modo, quo diximus debere inquili-
num monere dominum, ſe domo habiturum, ſi-
ve in ea permanſurum; ut eamdem relinquat
vacuam, & expeditam in ſui beneficium adve-
niente die 4. Maii, ad ipſius inſtantiam decer-
ni, quod conductor extrahetur, abſque eo quod
ille valeat prætendere reconductionem, ea de-
21 nunciatione non facta? Plerique magnæ autho-
ritatis DD. in ea ſunt ſententia, ut nec neceſ-
ſaria ſit domini denunciatio, nec ex non ſequu-
ta denunciatione inducatur tacita reconductio,
uti ſunt Anton. Capyc. *ad Conſuet. ſed ſi fundum
de loc. & conduct.* Brill. *ibid. num.* 34. Gizza-
rell. *deciſ.* 68. Sanfel. *deciſ.* 9. *lib.* 1., *& deciſ.* 300.
lib. 2. ubi adducitur deciſio per S. R. C. Con-
ſtant. & Novar. *ſup. Pragm. de loc. & cond. cit.*
Gypt. *ad Capyc. Latr. deciſ.* 39. *num.* 13. Urſill.
ad Afflict. deciſ. 238. & melius *deciſ.* 365. &
alii; omneſque moventur Text. in pluries ad-
ducta *l. ne cui*, quia ſc. reconductio non proba-
tur abſque ſcriptura; eo magis, quia ex tradi-
tis per laudatum Urſill. *in dict. deciſ.* 365. *num.*
12. nulla adeſt. Neap. Conſuetudo has facien-
22 di denunciationes in urbanis. Ego tamen, tan-
torum pace virorum, ſi liceat libere meam in
medium proferre ſententiam, verius puto con-
trarium; non ſolum ea præſcripta, & forte im-
memorabili conſuetudine faciendi hujuſmodi de-
nunciationes; de qua mentionem fecit idem Ur-
ſill. *ad Afflict. cit. num.* 12. (licet ipſe contra-
rium ſubſtinere voluerit) ubi dixit: *Propterea
ignora, quomodo contrarium ſit in praxi hic in Ci-
vitate Neapolis de denunciatione facienda in urbanis
de menſe Maii*; (loquitur enim ante *Pram. de
loc. & cond.* quando locationes incipiebant de
menſe Auguſti;) verum etiam ea juris diſpoſi-
tione. Etenim certiſſimum eſt, ſolo conſenſu per-
fici conductionis contractum; hinc cum ex non
facta denunciatione inducatur tacitus conſenſus,
tacita quoque reconductio inde ſequatur oportet.
Quod apptime deducitur ex Ulp. *in l. qui ad cer-
tum tempus* 15. *ff. locat.* cujus verba hæc ſunt.
Qui

Digitized by Google

Qui ad certum tempus conducit, finito quoque tempore colonus eſt. Intelligitur enim dominus, cum patitur colonum in fundo eſſe, ex integro locare. Et hujuſmodi contractus neque verba, neque ſcripturam ubique deſiderant, ſed nudo conſenſu convaleſcunt. Idemque videtur ſtatutum ab Imperatoribus in *l. leg.* 16. *Cod. eodem* illis verbis: *Legem quidem conductionis ſervari oportet, nec penſionem nomine amplius quam convenit; repoſci: Sin autem tempus, in quo locatus fundus fuerat, ſit exactum, & in eodem locatione conductor permanſerit: tacito conſenſu eadem locationem una cum vinculo pignoris renovare videtur.* Nulla quidem major ratio concurrit in conductore, quam in locatore, quia de re ſicut ille ſi expreſſe non renunciaverit conductioni, ut ſupra dictum, cenſetur reconduxiſſe, & ad penſionem tenetur, ita & dominus non denunciando relocaſſe videri debet, & ad manutenendum inquilinum cogendus eſt. Neque dicas allatas leges loqui poſt exactum tempus locationis; ideoque intelligendus, ſi dominus conſentiat poſt diem quartam Maii conductorem inhabitare; quod expreſſe concluderet præcedentem denunciationem faciendam in menſe Januarii; nam, prout inferius dicemus, quemadmodum apud nos non poteſt ſervari diſpoſitio *leg. item quæritur §. qui impleto in fin. ff. locat.*, quoad tacitam reconductionem in urbanis pro tempore tantum, quo quis inhabitaverit, ea ratione, quod hic fiunt generaliter locationes de anno in annum; ita pariter enim mos ſit in menſe Januarii concludere, & facere communiter affictus domorum, & ſcripturæ inter locatores, & inquilinos eo temporis perficiuntur, adeout d. menſe tranſacto, ſi aliqua domus adhuc conducenda remanet, fere ſemper locatur minoris, quia dicitur infra annum, & eſt ut plurimum pene impoſſibile tunc reperire domum aptam, & commodam ad habitandum; idcirco ad id tempus, in quo communiter inducitur nova obligatio, & prior extinguitur, licet habitatio perſiſtat, & duret uſque ad diem 4. menſis Maii, illarum diſpoſitio eſt omnino adaptanda. Verum hoc clarius patet ex verbis *Pragm.* 1. *de locat. & conduct.*, quæ omnem procul dubio, ut ſentio, tollunt difficultatem; ibi: *Siccome per lo paſſato ſi ponevano le cartelle alle caſe, che ſi avevano da allogare nel predetto primo di Maggio, ſi abbiano a porre nel primo di Gennajo*; quæ oppoſitio chartellarum præſupponit certe præcedentem denunciationem faciendam in eodem menſe Januarii (ſicut hodie fit, publico mediante Notario, ut inferius videbimus), & conſenſum conductoris exeundi; aliter dictæ chartellæ, quæ vulgo appellantur, *Si Loca*, non affiguntur, iis enim innuitur, quod illa domus locari debeat. Ex quibus concludendum, quod prorſus denunciatio neceſſaria ſit; a die 4. uſque ad decimam ſeptimam, juxta hodiernum morem; eoque die tranſacto, & neglecta hujuſmodi denunciatione, cenſeatur facta reconductio. Quod omnino præmittendum, & menti tenendum eſt, ne erremus; unde optimo jure Camill. Salern. *ſuper Conſuet.*
23 alias allegat., *ſed ſi fundum*, loquens de hac conſuetudine denunciandi, dixit, *quod videretur in culpa, qui ſecus ageret*. Nec aliam ob cauſam in allato edicto ſubjungitur: *Me manda Su Mageſtad prevenirlo a V. S. paraque diſponga, que por la G. C. de la Vicaria antes del dia quattro del venidero mes de Enero del* 1739. *ſe publique el dicho Bando*: Et loquendo in terminis talis edicti, ſi prius in dubium revocari potuit, omnis modo ceſſat diſputatio; nam cum reconductio tota pendeat ex arbitrio conductoris, in domo permanere volentis; abſque eo, quod poſſit omnino a locatore expelli, huic ad eum amovendum præciſe opus eſt denunciatione, eaque non ſequuta, pro illo anno inquilinum edicti beneficio utentem manutenere adſtringitur.

24 Sciaa autem, quod cum ſit hujuſmodi edictum a jure exorbitans, non debet ultra extendi, ſed ſtricte interpretari in caſibus in eodem expreſſis; ut in ſpecie ſimilis ſtatuti docet Ang. *in cit. leg. ne cui Cod. de loc. & conduct.*, qua propter hoc militat in prædiis urbanis tantum, non in ruſticis, pro quibus habes *Conſuet. ſed ſi fund. de loc. & conduct.* ſuper qua vide late Scribentes.

Hinc decidendum remanet, quos caſus vere illud comprehendat, quoſque non; & quomodo intelligendum illud *ly ni valerſe de otra qualquier pretexto, para hazer ſalir de ſus caſas a lo que pagan puntualmente el alquirel de ellas.*

25 Et primo extra omnem dubitationem eſt, quod qui ſit in mora ſolvendi penſionem, ut ſupra innuimus, non poteſt juvari hoc edicto, quo comprehenduntur hi ſolum, qui illam diligenter ſatisfaciunt, ut ex verbis apertiſſime liquet; & jure cautum habemus in *l. quæro §. inter locat. ff. locat.* quod etiam durante tempore locationis, ſi per biennium conductor a ſolutione defecerit, poſſit a locatore expelli; ad quam rem omnino videndus eſt Jaſ. *in auth. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi late, & Alex. *conſ.* 105. *vol.* 3. Afflict. *in Conſt. Pacis cultum num.* 12. *verſ. eod. fere pacto*, & alii; quod tamen non ſervatur apud nos; nam pendente conductione etiamſi conductor ſatis non fecerit penſionem promiſſam, (niſi vere decoctus efficiatur, & impotens in poſterum ad ſolvendum, & hoc probetur, vel clare conſtet) non poteſt ejici a domo conducta; ſed ea tantum finita, propter dictam moram excluditur a beneficio edicti.

26 Exemplum præſto ſit. U. J. D. Nicolaus de Martino conſequi debebat a Nicolao Talamo duc. 42. pro reſiduo penſionis anni præcedentis, vigore apocæ Banci, ad rationem duc. quatuor ſingulis menſibus ſolvendorum, & ob moram in ſolvendo per plures menſes, fuere expeditæ literæ executoriales. Interim, quia idem Talamo conductor una ſimul, & inſolidum cum Donato Jacomino eamdem domum reconduxerat pro duobus annis ad rationem duc. 42. in ſingulis annis, & erant ambo retinentes, & moroſi in ſolvendo duas fere integras tertias jam maturatas, comparuit dominus, & obtinuit, *ſtante prædicta mora, quod exfractarent*. E contra ſeſe oppoſuerunt conductores dicendo, eorum conductionem juxta apocam affictus perdurare uſque ad annum 1740. qua pendente non poſſe amoveri, & expreſſe petierunt manuteneri in eadem, vigore edicti, etiam tranſacto tempore in locatione ſtatuto; Dominus autem produxit ſupplicationem de V. F. in S. R. C. ad finem confirmandi decreta exfractus, tum ea eo quia patebat eſſe moroſos, tum etiam quia pluribus reſtaurationibus domus indigebat. Et facta relatione in S. R. C. ſub die 22. Aprilis 1739. in Aula benemerentiſſimi, doctiſſimique Regii Conſiliarii, & ex Præfectis Aularum S. R. C. & de Conſilio Realis Cameræ S. Claræ D. Antonii Maggiocca, fuit ita decretum. *Per S. R. C. remiſſa eſt cauſa eidem M. C. V., quæ provideat, quod Nicolaus Talamo & Donatus Jacomino continuent in affictu, durante tempore affictus contenti in apoca Banci, terminando in die 4. menſis Maii 1740.; Verum teneatur ferre incommodum, ut Dominus domus faciat reparationes neceſſarias in domo locata abſque ulla excomputo* (quod juri fundatum eſſe certum eſt ex *l. ſi merces §. vis major*, & melius ex *l. habitatores ff. locat.*) *quo tempore completo re-*

Digitized by Google

linquant domum vacuam, non obſtante ſolito bando, ſi quod forte emanetur.; ut patet ex actis in Banca magn. Anſalone, penes Scribam del Giudice.

27 Quanta autem, & quæ ſit hæc mora, remittitur arbitrio Judicis; Vidi enim plurics practicari, quod licet conductor fuerit moroſus in ſolvendo tertiatim, ut nunc moris eſt, ſcilicet in die 4. menſis Septembris, in die 4. menſis Januarii, & in die 4. Maii, retardando ſolutionem prædictam ſingulis tertiis, fuit in conditione manutentus; ut etſi Dominus ſemper, aut ſæpe ſæpius pro ſatisfactione ſtatutæ penſionis coactus fuit uti literis executorialibus, aut litem habere cum conductore, omnino hic ſervata forma erit expellendus. Quod limita, ui conductor habuit juſtam cauſam litigandi; Si ſcil. Dominus neglexerit facere refactiones neceſſarias in domo poſt denunciationem, vel ſi conductor uti non potuit re locata ex cauſa locatoria ſeu ex cauſa publica, aut inopinata; vel ſi concurrant alia, quæ juſte excuſant conductorem a retardata ſolutione; ideoque totum remittitur arbitrio Judicis ſecundum caſuum contingentias. Verum ſi appareat ſub hoc prætextu retardatæ ſolutionis velle Dominum illum expellere, vel inducere ad augendam penſionem contra formam edicti, poteſt quoque a Judice decerni, ne fraus committatur diſpoſitioni ſupradicti Ordinis Regalis, quod conductor continuet; vel aliud, prout ratio, & rei circumſtantia expoſtulat. Et quidem cum ſimilis caſus acciderit, ne pigeat videre, ut fuerit obſervatum, & a S. R. C. decretum.

Formula ſupplicis libelli contra conductorem moroſum.

Al Signor Giudice della G. C. della Vicaria Civile.

28 Il Dott. D. Gio: Battiſta Juretti eſpone ad V. S. ſupplicando, come nelle caſe, ch'eſſo ſupplicante poſſiede fuori la Porta di S. Gennaro di queſta Fedeliſſima Città ſi trova affittata una bottega ad uſo di Speziaria Manuale con due camere ſopra ad Iſidoro Pepe, il quale affitto termina alli quattro del primo venturo anno 1736. E perchè detto Iſidoro Pepe è ſtato, ed è moroſo nel pagare, è ſtato coſtretto eſſo ſupplicante di eſigerne la pigione con reiterati eſecutori, che ce l'ha fatto ſpendere in buona parte a Portieri, e Birri; che perciò volendo eſſo ſupplicante avvalerſi dell'arbitrio Dio benedetto gli ha dato, e le leggi tutte gli permettono, di poterſi ſervire del ſuo, come gli pare, e piace; ha fatto ſentire a detto Iſidoro Pepe, che advenientino li 4. Maggio del venturo anno 1736. laſci la caſa ſudetta vacua, e ſpedita a beneficio di eſſo ſupplicante. E perchè ha preinteſo, che non ſe ne vuole uſcire; ed all'incontro non conviene, che vi abbia ad abitare ad onta del Padrone, perchè trovandoſi diſguſtati, potrebbe queſto eſſer cauſa di maggiori inconvenienti; Supplica perciò V. S. ordinare, che advenientino li 4. di Maggio dell'entrante anno 1736. detto Iſidoro Pepe laſcia la ſudetta caſa, e bottega vacua, e ſpedita in beneficio di eſſo ſupplicante, altrimenti, che ſe gli buttino le robe per la fineſtra. E comechè il medeſimo gli ha fatto ſentire, che lacererà le cartelle, (ſolite a porſi alli 4. dell'entrante meſe di Gennajo 1736., come è il coſtume di queſta Fedeliſſima Capitale) affine, che non ſi poſſa affittare; ſupplica perciò V. S. anche di ordinare, che ſia lecito ad eſſo ſupplicante di apporvi le dette cartelle, e che il detto Iſidoro Pepe non ardiſca di quelle ammovere, nè farle ammovere da altri, ſotto quelle pene, che V. S. ſtimerà di giuſtizia; locchè oltre di eſſere giuſto, lo riceverà a grazia, ut Deus, &c.

Formula Decreti, quod Conductor exfractet, & non amoveat chartellas.

29 Die 19. Menſis Decembris 1735. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit proviſum, & decretum, quod retroſcriptus magnificus conventus, adveniente die quarta menſis Maii intrantis anni 1736. deſiſtat ab affictu domus retroſcripti magnifici ſupplicantis, ubi ad præſens habitat, illamque relinquat vacuam, & expeditam in beneficium ejuſdem magnifici ſupplicantis, alias providebitur &c. Verum habens cauſam in contrarium compareat in hac M. C. V. in ſubſcripta Banca, & penes ſubſcriptum Scribam, quoniam juſtitiæ complementum miniſtrabitur, & ſub pœna unciar. auri 25. F. R. &c. non amoveat, nec amoveri faciat chartellas, vulgo dictas *le Siloche* a pariete dictæ domus, hoc ſuum, &c.

De Aſti.
Loſitus Aſt. Mag.
De Jorio Scriba.

Relatio Alguzerii M. C. V.

30. A dì 22. Decembre 1735. Nap. Io Antonio Pace Portiero di Vicaria ho notificato Iſidoro Pepe perſonaliter, e datoli copia; e a dì ſette Gennaro ho poſte *le Siloche*.

Hic animadvertas velim, quod in tantum is locator curavit obtinere decretum exfractus menſe Decembris, in quantum forſan dubitavit, ne inquilinus inſtaret pro manutentione, ideoque voluit illum in judicio prævenire, cautiuſque agendo ſui animum prius declarare, non aliqua ductus neceſſitate; nam, ut ſupra diximus, & ipſe-
31 met fatetur, ante diem 4. Januarii non ſolent fieri tales denunciationes, & ordines; ad illam enim uſque diem, & ultra, uſque ad diem 17. nec locator nec conductor poſſunt aliquid, niſi utriuſque conſenſu, circa affictum innovare, & intra illud ſpatium debet denonciari, an locatio ſit duratura, vel non. Et quidem ut patet ex allata relatione in hoc caſu ſub die 7. menſis Januarii fuere poſitæ chartellæ affictus, eodemque die fuit formiter facta denunciatio, ut moris, per publicum Notarium, quæ eſt tenoris ſequentis, v3.

Formula denunciationis factæ per Notarium conductori, ut adveniente die 4. Maii relinquat domum.

Die 7. Menſis Januari 1736. Neap. A richieſta fattaci per parte, ed iſtanza del Dottor Signor D. Gio: Battiſta Juretti Padrone delle caſe, dove abita Iſidoro Pepe Speziale Manuale, ſite fuori la Porta di S. Gennaro, mi ſono io ſottoſcritto Notaro conferito aſſieme con Antonio Pace Portiero di Vicaria il giorno di Sabbato la mattina 7. del corrente meſe di Gennaro in detta bottega, ed avendo ivi ritrovato detto Iſidoro Pepe, gli diſſi in preſenza di N. N., N. N., N. N., che io era ſtato mandato dal Dottor D. Gio: Battiſta Juretti; con detto Portiero, affine di licenziarli la detta caſa, e far porre le cartelle in quella dal detto Portiero; conforme in effetto furono quelle poſte alla porta di detta Speziaria, e ce n'andaſſimo aſſieme col medeſimo Portiero a ritrovare detto Signor D. Gio: Battiſta, il quale mi chieſe, n'aveſſi fatto un pubblico atto, conforme da me è ſtato fatto.

Requirens dictus Dominus D. Jo: Baptiſta nos &c., quod de prædictis omnibus publicum conficere deberemus actum &c. nos autem &c. unde &c. & actum eſt &c. Præſentibus opportunis. Ab actis meis, quibus &c. factaque collatione concordat meliori ſemper ſalva &c. & in fidem hic me ſubſcripſi, & ſignavi requiſitus &c.

Digitized by Google

&c. Ego Notarius N. N. de Neap.
Nunc afferamus apocam per hunc conductorem fa-
ctam, in judicio a locatore productam.

Formula affictus.

33 Banco dello Spirito Santo pagate per me al
Sign. D. Gio: Battiſta Juretti ducati 108. dite
ſono per l'affitto dal medeſimo a me fatto, du-
rante il tempo d' anni tre continui, principian-
di a decorrere dalli quattro di Maggio primo ven-
turo del corrente anno 1733. in avanti; d' una
bottega per uſo di Speziaria Manuale, e due ca-
mere ſopra di eſſa delle ſue caſe ſite fuori la
Porta di S. Gennaro, dove al preſente abito.
Che però rinunciando al beneficio della pazienza
non preſtita, ed a qualſivoglia altra pretenſio-
ne, ed eccezione, anche liquida prevenzione,
detto pagamento lo farete alla ragione di duca-
ti 36. l'anno, a detti docati 36. li pagarete ogni
34 anno menſatim la rata di eſſi (*mos, uſque com-
munis hodie paciſcendi ſolutionem, & ſolvendi pen-
ſionem domorum eſt tertiatim, ſingulis ſc. quatuor men-
ſibus in fine, decurrendis a die quarta Maii in an-
teà, non ut antiquitus; ante enim Pragm. 1. de lo-
cat. & conduct. binæ tantum in anno præſtationes
35 fiebant, una ſcilicet, appellata ingreſſus, die omnium
Sanctorum, alias dicta exitus, in medietate menſis
Auguſti, quo die tunc domo egrediebatur; poſtea per
d. Pragmat., qua fuit translatum tempus migran-
di e domibus ad diem primum Maii, quod tempus
per Pragmat. 3. eod. tit. fuit prorogatum, ut hodie vi-
get, ad diem 4. Maii, fuere ſtatutæ prædictæ duæ
ſolutiones, in medietate menſis Julii altera, & al-
tera in die prima Maii, idque hodie ab uſu receſſit,
& ubi diximus ſingulis quatuor menſibus pro tertia
36 parte ſolvitur penſio; attamen poſſunt aliter partes
convenire, ut in hac cauſa, & tunc ſervata forma
pacti, & conventionis regulanda ſolutio*). E man-
cando da qualſivoglia paga, la preſente ſi poſſa
contro di me incuſare; deſignando per citazione
la Curia del ſottoſcritto Notaro; obbligando col-
la preſente me, miei eredi, e ſucceſſori, e beni
tutti preſenti, e futuri, colla clauſola del co-
ſtituto, e precario in forma; durante il qual tem-
po all' incontro debba il detto Signor D. Gio:
Battiſta mantenermi, o difendermi in detto affit-
to, o farmi fare in detta caſa tutte le accumo-
dazioni neceſſarie, ſecondo la coſtumanza di Na-
poli. Con che per la fabbrica, che il detto Si-
gnor D. Gio: Battiſta ſtà facendo in dette ſue
caſe io non poſſa pretendere eſcomputo veruno;
quale caſa detto Signor D. Gio: Battiſta l' ave
a me affittata per detto prezzo a riguardo di det-
to incomodo, che ſoffro per detta fabbrica. Ed
elaſſi li detti anni tre, e volendo proſeguire det-
to affitto, mi debba convenire per prezzo dell'
affitto di eſſa, non oſtante qualſivoglia Prammatica,
che uſciſſe per l'alterazione degli affitti d. caſe.
Napoli li 12. Gennaro 1733. Iſidoro Pepe, Io
N. N. ſon teſtimonio: Io N. N. ſon teſtimo-
nio: Io Not. N. N. ſon teſtimonio, ed ho ſe-
gnato. *Locus Signi.*

37 Ex nov. Conſtit. §. 5. num. 17. priuſquam ap-
ponatur dies apocæ, debent ſubjungi nomina te-
ſtium, qui in apoca interfuerunt, qui que poſtea
ſe ſubſcribunt; v3. *preſenti per teſtimonii N. N.,
N. N.* Poteſt adiici quoque, *e me ſottoſcritto No-
tare, il quale ho ſegnato*. Verum nequaquam hoc
puto neceſſarium, tum quia de Notario cit. *Con-
ſtit.* non loquitur ſed tantum de teſtibus, tum
etiam ſuſpicio fraudis, quæ conſideratur in teſti-
bus ceſſat in Notario, qui perneceſſe ſemper de-
bet in apoca intervenire, ut eam autheticam
reddat. Et poſtea dicitur: *Napoli li dodici Gen-
naro* 1738. non autem per numeros, ſed per ex-
tenſum.

38 Adverte, quod illa clauſula: *Ed elaſſi li det-
ti anni tre, e volendo proſeguire detto affitto, mi
debba convenire per il prezzo dell' affitto d'eſſa, non
oſtante qualſivoglia Prammatica, che uſciſſe per l'al-
terazione degli affitti di caſe*, operatur pro domi-
nis, ne poſſit poſtea conductor opponere, ut ma-
nuteneatur in locatione, juxta edicti diſpoſitio-
39 nem; quia cum illud reſpiciat favorem condu-
ctorum, quiſque renunciare poteſt juri ſuo; latè
Tuſc. *lit.* R. *concluſ.* 170. & 171. *per tot.* Soc-
cin. *reg.* 419. *per tot.*, & alias Cæſar. Calà, *tract.
de feriis qu.* 5. *num.* 164. & *ſeq.*, & Donadeus
tit. de renunciat. per tot.: hinc quando expreſſe a
principio paciſcitur conductor, quod ſi velit per-
manere in domo conducta poſt lapſum tempus in
apoca locationis ſtatutum, debeat conveniri de
penſione tunc ſolvenda, non obſtante quacumque
Pragm. prohibente augmenta penſionum domu-
40 rum, ſtari debet hujuſmodi pacto, quia pacta
religioſe ſervanda, cum honeſtati non adverſan-
tur; vulgatis juribus in *Tit. ff. & Cod. de pa-
ctis*; & in ſpecie contractus locationis præter
alios; Pacion. *de locat. & conduct.* c. 49. *per tot.*

Et proinde cum in allato exemplo fuerit op-
poſitum pro parte conductorum; quod hoc fie-
bat a Domino in fraudem edicti, ut penſio au-
geretur, id non habuit locum, & ipſemet con-
ductor ex conventione habita cum locatore auxit
penſionem in aliis caroleuis viginti pro alio an-
no, ut modo videbis.

D. Joſeph Joachin de Montallegre.

V. De Ipolito S. C. & V. P.

Dominus Rex mandavit mihi

Gaietano Mariæ Branconio a Secretis.

A dì 6. Maggio 1737. *Io Paſquale Moccia Lettore de' Regii Banni, dico aver pubblicata la preſente Prammatica con li Trombetti Reali nelli luoghi ſoliti, e conſueti di queſta Fedeliſſima Città di Napoli.* Paſcale Moccia.

ADDIT. DE CARO AD CAP. II.

De Interrogatoriis in approbatione Procuratoriis.

IN hoc capite adnotabimus tantum quæ recenter ſtatuit ultima Regalis Conſtitutio prædicta. Ad num. itaque 18. *An articulorum copia detur in Regno?* diſtinguendum eſt,

Vel ſumus in termino principali, & non datur. De *Franch. dec.* 220. *n.* 14.

Vel ſumus in termino repulſæ, & danda eſt parti una cum nominatione teſtium. *d. Reg. Conſt. dici* 18. *Martii* 1738. §. 1. *n.* xxv.

Ad *num.* 32. addi poteſt interrogatorium. An depoſitio Principalis impediat curſum litis? Reſp. Negativo, in quacumque parte judicii petatur, *d. Reg. Conſt.* 18. *Mart.* 1738. §. 1. *num.* xx11.

Ad *num.* 33. animadvertendum eſt, hodie amplius non admitti *declarationem circa uſum*, quia omnino deleta, & obliterata eſt ex ead. *Reg. Conſt.* §. 1. *num.* xx111.

Ad *num.* 35. *&* 36. notabis deſueviſſe *actum ad publicandum*, *& actum ad concludendum*, qui antiquitus ante publicationem, & concluſionem fiebant, ex diſpoſitione ejuſdem Reg. *Conſt.* §. 1. *nu.* xxv111.

Ad *num.* 37. obſerva, hodie amplius non dari terminum *ad concomitandum*, *& ad impugnandum*; Scripturarum vero a partibus præſentatarum abſque dictis terminis ratio habenda eſt, quæ *de jure ead. Reg. Conſt.* §. 1. *num.* xxv11.

ADDIT. DE CARO AD CAP. III.

De Procuratore.

1. *Procurator numquam cenſetur revocatus, niſi notificetur revocatio.*
2. *Revocatio non præſumitur.*
3. *Etiam ſi nihil geſſerit.*
4. *Revocatio præſumitur per ablationem inſtrumentorum.*
5. *Et è converſo renunciatio præſumitur per reſtitutionem.*
6. *Recuſans tenetur actione mandati.*
7. *Procurator, qui fecerit expenſas, eſt audiendus.*
8. *Poteſt ſcripturas retinere, donec ei fuerit ſatisfactum pro expenſis, non pro ſalario.*
9. *Poſt litem conteſtatam pro revocatione requiritur conſenſus adverſarii.*

✠ 10. *Tranſcribitur reg. pragm. Cardin. Alban.*

✠ 11. *Merces laboris Advocati, & Procuratoris, a quo taxari debeat?*

ETſi, etiam per ea, quæ ſcribit Ricc. *n.* 39. mandatum procurationis nunquam cenſeatur
1 revocatum, niſi ſit procuratori notificata revocatum, tam ad judicia, quam ad negotia. *Cap. ex parte Decani, ubi* Felin. *extr. de reſcript. Cap. mandato, de Procurator. gloſſ. & Archid. in cap. ſi tibi Domino* 63. *diſt.* Diaz. *reg.* 606. *penes Golin. de procurat. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 100.; Ita ut procuratoria revocatio non præſumitur. Menoch. *præſumpt.* 36. *n.* 1. *lib.* 2.
2 Coſta *de remed. ſubſid. rem.* 48. *illat.* 1. *n.* 10. etiam ſi procurator per plures annos nihil geſſerit. Mare-
3 ſcott. *var. reſol. cap.* 26. *n.* 4. Golin. *de procurat. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 32.
4 Attamen tacite cenſetur revocatus procurator quando ipſe conſtituens aufert inſtrumenta, & ſcripturas a Procuratore. Angel. *in L. negotiorum geſtorum §. procurator. ff. de appellat.* Golin. *de procur. par.* 3 *cap.* 4. *n.* 40. *& ſeqq.*
5 Quod è converſo locum habet, quando procurator ipſe inſtrumenta, & ſcripturas Domino reſtituit, quia procurationi renunciaſſe cenſetur. Alciat.

Digitized by Google

Alciat. *præſumpt*. 35. *n*.5. Golin. *de proc. par*.2. *cap*. 5. *num*.42.

6 Procurator inſtrumenta cauſæ reſtituere recuſans, tenetur actione mandati. Jaſ. *in L. ſi non fortem* §. *ſi centum n*. 10. *ff. de condict. indeb*. Golin. *loc. cit. num*.16.

7 Si Procurator fecerit expenſas pro lite ejus Principalis, qui illum revocare velit, illas reficere debet, & in hoc audiendus eſt procurator, nec ab eo ullo pacto auferenda eſt litis defenſio. Bald. *in L. ſi cum dotem* §. *eo autem tempore ff. ſolut. matrim*. Bertach. *in repert. v. procurator revocatur. num*. 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 56. *n*.17. Rot. Rom. *in noviſſ. Littæ par*.4. *dec*.353.

8 Imo poſſe retinere inſtrumenta, & acta litis, donec principalis ei ſatisfecerit de ſumptibus, & expenſis, quas fecit, non autem pro ſalario, & idem pro ſcriba, tenet Golin. *de procurat. par*. 3. *cap*. 5. *n*.18. *L. qui propria*. §. *litis impendia ff. de procurat. mulier. L. quæ omnia in fin. ff. eod*. Mareſcott. *var. reſol. cap*.112. *num*.3. *lib*.2. Fab. *in Cod. lib*.2. *tit*.8. *defin*.22. *n*.1. Boer. *dec*.15. *n*.3.

In revocatione Procuratoris poſt litem conteſtatam, ultra voluntatem principalis, & procurato-
9 ris, requiritur quoque conſenſus ipſius adverſarii litigantis, qui per litis conteſtationem quaſi contraxit cum eo, & quaſi contractus diſſolvi non poteſt altera parte invita: probat ea Gratian. *diſcept. forenſ. cap*.617. *n*.21. *vol*. 4. Mynſiger. *obſerv*. 44. *n*.5. *cent*.5. *&c*. Golin. *de procurat. par*. 3. *cap*.5. *num*.12. 13. *&* 14.

✠ 10. Circa revocationem Procuratoris poſt litem conteſtatam, Cardinalis de Althan ſua pragm. anni 1728., quam poſtea Rex Carolus confirmavit ſua regia conſtit. anni 1738., hæc obſervari juſſit, videlicet.

Avendo noi conſiderato che l' una de' mezzi, che ſi uſano da' litiganti per tirar a lungo la ſpedizion delle cauſe, ſiano le continue queſtioni de' Tribunali, che a bello ſtudio eſſi promovono, e dopo averle oppoſte non ſolamente non ne ſollecitano la deciſione, ma ci frappongono nuovi impedimenti per differire: vogliamo perciò, ed ordiniamo che i memoriali, in cui ſi eſpongono queſtioni de' Tribunali di Giudici, o di Commeſſarj non ſi poſſano ricevere ne dalli Scrivani di mandamenti, ne da Maſtridatti, o Scrivani d'altri Tribunali, ſe non ſaranno ſottoſcritti da Procuratori, con fedi della lor procura in calce della ſottoſcrizione, e trovandoſi ſorrezzione, o orrezzione nel contenuto de' medeſimi, incorrano tante volte quante occorrerà, li Procuratori, che gli avranno ſottoſcritti, e ciaſcuno di eſſi nella pena di docati 24. a favore del Regio fiſco, e della privazione del di loro ufizio per un anno.

In §. 4. *danno pure, o forſe maggior motivo alla lunghezza de' litiggi le tante mutazioni de' Procuratori, ch' eſſendo ſovente, o di perſone incognite, o che ſi naſcondano, ſi rende difficile a' litiganti il fargli notificare, e quando poi ſi notificano, o ſubbito, o nel corſo del giudizio, quando non hanno altro che opporre, per differire la cauſa, rinunciano al mandato della procura, affinche i litiganti ſieno obbligati di notificar nuovamente i Principali, da' quali ſi coſtituiſce per lo ſteſſo diſegno di dilatare, altro Procuratore della medeſima condizione, che uſa dello ſteſſo artificio, ſicchè il giudizio ſi eterna, e quelch' è peggio con grandiſſimo danno delle parti, ſpecialmente ſe ſi litiga con un aſſente. Perciò per ovviare a queſto abuſo tanto pregiudiziale alla buona fede de' giudizi, ordiniamo, e comandiamo allo ſpettabile Preſidente del S.R.C. che l' eſame de' Procuratori, che ſi coſtituiſcono negli atti, ſi faccia da' Miniſtri più eſperti, e più inteſi nella pratica de' Tribunali, invigilando che ſi ammettano perſone idonee, e probe, e che nell'eſame de' medeſimi non intervengano nella Ruota Portieri del S.R.C.*

Che la loro coſtituzione debba farſi non per replica, ma per atto pubblico da preſentarſi dallo ſteſſo Procuratore, che ſi coſtituiſce, acciò con la ſemplice preſentata s' induca la ſua accettazione. E facendoſi altrimenti che ſi proceda in contumacia.

Che il Procuratore così coſtituito non poſſa più rinunciare, e rinunciando ſi paſſi innanzi nella cauſa col medeſimo ſenza interloquirſi ſull' atto di tal rinunzia, ed incorra egli nella pena di docati 25. fiſco regio &c. e di ſoſpenſione dell' ufizio, ſe pure ciò non faccia con legitima cagione d' approvarſi dal Commeſſario della cauſa con ſua licenza.

Che all' incontro il Principale dopo coſtituito una volta il Procuratore nemmeno poſſa mutarlo ſenza legittima cagione, che ſopra venga: e ſenza licenza del Commeſſario, al quale dovrà prima eſprimerſi la cauſa, acciò conoſca ſe ſia legittima.

Che tuttociò proceda, e s' attenda così ne' giudizj ordinarj, come ne' ſommarj, e negli eſecutivi.

Che nelle ſeconde iſtanze ſi proceda coll' iſteſſo Procuratore, con cui ſi è proceduto nella prima, ſenza darſi termine ad denunciandum al ſuo Principale, tuttochè ſi domandi. E coſtando con fedi di due Portieri del S. R. C. o di quel Tribunale, ove pende la cauſa, che tal procuratore non ſi trovi, ne in caſa, ne per la Città, baſta che la citazione ſi faccia domi da un Portiero coll' intervento dello Scrivano della cauſa.

✠ 11 Ut advocati, & procuratores debita mercede pro laboribus ſuis non defraudentur, neve eorum taxam ab aliis Advocatis fieri ſolitam tanquam ſuſpectam impugnare valeant clientes, Rex Carolus hujuſmodi incommodo occurrere volens, hæc inpoſterum obſervari præcepit, videlicet.

Avendo il Re riſoluto, che le taſſe delle fatiche degli Avocati, e Procuratori ſi facino dalli reſpettivi Commeſſarii, non più dagli Avocati, e che naſcendo diſputa ſi promovano nel reſpettivo Tribunale. Mi comanda ſignificarlo a V.S. Illuſtriſſima, affinchè diſponga che così ſi eſegua. Portici 10. Maggio 1758. Il Marcheſe Tanucci. Sign. Marcheſe Preſidente del Conſiglio. Die 15. menſis Maii 1758. Exequatur regalis ordo, & de eo magnificus Segretarius certiores faciat omnes dominos Regios Conſiliarios. Danza Præſidens.

ADDIT. DE CARO AD CAP. IV.

De libello, ſive tali quali petitione, & mandato juſtificato.

1. *Supplicationes in S. C. ſubſcribi debent ab Advocato.*
2. *In decretationibus quæ clauſula addi debet ex ultima Reg. Conſtitutione?*
3. *Committi cauſæ non poſſunt in S.C., niſi ſummam ducatorum quatuorcentum excedant.*
4. *Pœna contraventionis.*
5. *Tranſcribitur capitulum d. Reg. Conſtit.*
6. *In M C V. quilibet Judex ordinarius eſt.*
7. *Semel commiſſa cauſa, amplius committi non poteſt.*
8. *Ultima Reg. Conſt. ordinavit fieri librum commiſſionum.*
9. *Tranſcribitur capitulum d. Reg. Conſtitutionis.*
✠ 10. *Nonnulla de libello notantur.*

Sub num. 16. ſupplicationis formulæ a Riccio tranſcriptæ notandum eſt, inter alia requiſita
1 pro cauſa committenda in S. C., illud eſſe, ut ſupplicatio ſubſcribatur ab Advocato cauſæ in calce ipſius. *Pragm*.26. *cap*.3. *tit. de offic. S. R. C. & cap*.2. *tit. de viſit. official.*

Ex diſpoſitione ultimæ *Regalis Conſtit. diei* 18.
2 *menſis Martii* 1738. §.111. *num*.VI. proviſum eſt, ut in decretationibus faciendis a Spectab. Præſi-

Digitized by Google

de S. C. addatur clauſula : *dummodo tamen cauſa*
non fuerit cæpta in M. C. V., & quod non com-
mittantur cauſæ in S.R.C. , niſi ſummam duca-
3 torum quatuorcentum excedant, & Actuarius de-
cretans in pænam ducatorum viginti incurrat pro
4 controventione, & Conſiliarius Commiſſarius ſta-
tim illam M. C. V. remittat . E. G.

§. III.

5 VI. *In tutte le Decretazioni che ſi faranno dal*
Preſidente del S. R. C., ordiniamo, che ſi debba ag-
giungere lo clauſola di già introdotta, dummodo ta-
men cauſa non fuerit cæpta in M. C. V. ; *anzi*
che non ſi poſſano in detto S. R. C. commetter cau-
ſe, le quali non eccedano la ſomma di ducati quat-
trocento ; E commettendoſi , debba il Maſtrodatti, che
averà decretato la ſupplica incurrere nella pena di duc.
venti , e ſia tenuto il Conſigliero Commeſſario ſubito
quella rimettere all' iſteſſa G. C. della Vicario.

6 In M. C. V. quilibet Judex poteſt procedere,
quia habet quilibet juriſdictionem ordinariam,
Partibus non conquerentibus, ſed poſtquam a Do-
mino Regente ejuſdem M. C. fuerit cauſa ſemel
7 commiſſa , non poteſt iterum committi . *Pragm.*
6. *num.* 3. *de offic. Magiſtr. Juſtitiar.* ; alias enim
oriretur inconveniens , ut liceret Partibus illum
habere Judicem , qui melius placuerit ; quod præ-
videns eadem ultima Regalis Conſtitutio , ſanci-
8 vit , ut fieri deberet liber regeſti commiſſionum
cauſarum, ne ſemel commiſſa, deinceps commit-
teretur . E. G.

§. V.

XX. *Affinchè non reſti in arbitrio delle parti , ſe*
9 *vogliano , o no avvalerſi di quel Giudice , che l' è*
ſtato deſtinato per Commeſſario ; ordiniamo perciò, che
di tutte le cauſe , che ſi commettono dal Reggente del-
la Vicaria ſe ne debba formare un Regiſtro , il qua-
le ſi debba conſervare in caſa di detto Reggente , per
vederſi ſe la cauſa , di cui ſi domanda la commeſſa,
ſia ſtato antecedentemente commeſſa ad altro.

✠ 10. Varia de libelli natura, ejuſque partibus a doctoribus traduntur ; nos ea paucis complectemur. Libellus ergo eſt brevis, & ordinata ſcriptura, Judici porrecta, & parti , agentis intentionem perſpicue declarans . Alius eſt accuſatorius , alius recuſatorius , quo recuſatur judex uti ſuſpectus ; alius appellativus ; alius reclamativus , alius denique conventionalis . Tapp. in *juſ. regni in tit. de libelli oblat.* Ut clare concipiatur , non parum elaborandum eſt, ne tanquam ineptus, aut obſcurus a Judice reiiciatur. Redditur obſcurus æquivocatione , generalitate, alternativa, locutione non coarctata, & infinitate.

Cauſa potiſſimum ex qua res, aut pecunia debeatur, exprimi debet, ut ita reus cognoſcere poſſit, num cedere, vel contendere ſibi expediat ; nimirum in actione perſonali non ſolum cauſæ generalis, ſed ſpecialis etiam expreſſio eſt neceſſaria; non ſatis eſt dicere : *peto decem* , *quia mihi debes* , ſed ita libellum concipere oportet : *ajo te mihi decem dare oportere* , *quia tibi mutuo dedi* . At in actione reali, communis agendi cauſa ſufficit, aſſerendo ſe dominum eſſe , in curſu cauſæ ejus probatione reſervata .

Valet aliquando libellus alternative conceptus, puta, *peto rem* , *ſi extat* , *alias æſtimationem* ; *vel peto contractum declarari nullum* , & *ſi cujus ſit , beneficio reſtitutionis reſcindi* : ſicut etiam ſi plura remedia ad unum finem tendentia competerent. Donell. *cap.4. litt.1.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. V.

De præſentatione libelli, & aliarum ſcripturarum.

1. *Præſentato fieri debet in omnibus ſcripturis ex ultima Reg. Conſt.*
2. *Parto controvenientium.*
3. *Præſentata facienda eſt per extenſam.*
4. *Scripturas originales non poſſunt Scribæ conſignare Porti.*
5. *Transſcribitur capitulum ultimæ Reg. Conſtit.*

EX noviſſima Regali Conſtitutione *ſub die* 18.
Menſis Martii 1738. publicata , proviſum eſt,
quod cujuſvis Tribunalis Scribæ non poſſint ali-
1 quam ſcripturam accipere , niſi prius actus præ-
ſentationis factus ſit , ſub pœna privationis offi-
2 cii , aliiſque Judicis arbitrio . Diſpoſitiones pro
dicta præſentata facienda per extenſum diei, men-
3 ſis , & anni cum ſubſcriptione Actuarii cauſæ
habentur quoque ex *Pragm.* 10. §. 80. *de offic. Ju-*
dic. Pragm. 13. §. 2. *de ordin. judic.* & *Pragm.* 19. §.
18. *de offic. Magiſtr. Juſtit.* & *Rit. M.C.V.* 34. 35.
& 36. Imo ab eadem Regali *Conſtit.* §. v. n. xxi.
4 ſtatuitur, ut poſt factam præſentatam petitioni-
bus, non poſſint Scribæ , & Actuarii producenti
originaliter dare , ſed illas caute in actis conſer-
vare debeant. v3.

§. V.

5 XXI. *Vogliomo , che da oggi innanzi , gli At-*
tuarj , e Scrivani di Vicaria dopo fatta la preſentata
nelle petizioni , non poſſano più originalmente conſe-
gnarle al Producente ; ma debbano conſervarle negli
atti ; E ſolamente poſſano darne copia alle Parti, qua-
loro la vogliono , per evitarſi lo frode , che ſi potreb-
be commettere , che ſtando detta petizione originale in
mano delle Parti , dopo compilato il termine , la fac-
ciano trovar cucita nel proceſſo per dir di nulllità nel-
la compilazione .

ADDIT. DE CARO AD CAP. VI.

De Citatione .

1. *Citata parte incuſantur contumaciæ.*
2. *Dies termini non computatur in termino.*
3. *Forma antiquarum contumaciarum.*
4. *Error Authorum.*
5. *Contumaciæ hodiè non incuſantur , niſi integro elapſo termino.*
6. *Formulo dictarum contumaciarum.*
7. *Tranſcribitur Regale diploma Regiis Audientiis directum.*
8. *Antiquitus non una, ſed tres requirebantur citationes pro contumaciis.*
9. *Hodiè una, & ratio?*
✠ 10. *In reſciſſione contractuum quid ſervandum eſt?*
✠ 11. *Recenſentur ordines noviſſimi pro Porteriis.*

SUper hac materia nonulla ſcripſi in *par.* 1. *tit.*
1. *cap.* v11. *de offic. Jurat.* , *ſivè Alguzerii* ; hic
alia digna ſcitu , & utilia pro praxi , quæ alibi
forſan non reperiuntur, aut raro quidem , tan-
tùm annotare cordi eſt .

Sequuta partis citatione, & non comparente
incuſantur contumaciæ, prout ſcribit *Riccius ſub*
num. 10. 16. & 32. &c. Sed animadvertendum
1 eſt, diem termini non computari in termino,
ita ut die ſequenti juridico poſt citationem , cur-
2 ſus termini appoſiti in citatione incipit, pro quo-
cumque actu ſivè civili , ſivè criminali , & ulti-
ma die termini accuſabatur prima contumacia ,
præter S. R. C. , in quo ob ejus æquitatem
3 integer terminus tranſire debeat , & ſequenti die
juridica poſt lapſum terminum , etiam ex *Ricci* ſen-
tentia *par.* 1. *qu.* 15. *num.* 20., a quo cavendum
4 circa hanc materiam , incuſabatur dicta prima con-
tumacia ; & non ſolum *Riccius* , ſed permulti alii
ſcriptores practici . *Broja cap.* 2. *de contumacia*
num. 6. & alii &c. ſuper hac redormitaverunt ,
quia inter alia diem termini in termino compu-
tant , praxi inconcuſſa , & viridi adverſante.

Hodie verò hæ diſſentiones , authorumque va-
riæ , ſivè conſtantes opiniones omninò ab Aula
5 receſſerunt , quia Rex noſter invictiſſimus ejus
particulari diplomate diei 25. *menſis Maii* 1737.
omni-

omnibus Reg. Audientiis Regni directo, ſanan-
do omnes nullitates antecedenter commiſſas in
contumaciarum incuſatione ordinavit, ut contu-
maciæ non incuſentur, niſi integro elapſo ter-
mino dato ad comparendum, prout uſu receptum
erat, & eſt in noſtro S. R. C.; Ita ut ſi quis ci-
tetur die decima Junii, ut compareat infrà octo
6 dies, terminus incipit currere die 12. Junii, ſi
non eſt feriatus, finit die 18., & prima contu-
macia incuſatur die 19. Junii, dummodo ſit ju-
ridica: Regale diploma hoc eſt v3.

Entendido el Rey Nueſtro Sennor di que ſe
haga iotroducido en tiempos paſados en los Tri-
7 bunales del Reyno, y de eſta Capital, algunos
abuſos, toccante a la incuſazion de las contuma-
zias a los Reos, ſin haver paſado el termino del
biduo, de que reſultan las nullidades de los pro-
ceſſos, y conſiguientemente las dilationes de las
cauſas, con graviſſimos peryuycios de las par-
tes; y deſeando el Real, y clemeatiſſimo ani-
mo di S. M. obviar eſto yncombenieutes en be-
neficio de ſus fieles, y amados Vaſallos, y
de la buona adminiſtrazioo de la Juſticia, Ha
reſulto (examinaodo eſte punto) que deſde a
hora en adelante las contumazias ſe hayan de
incuſat *el dias ſeguiente deſpues de expirando el te-
mioo contenido en la citazion*, y que le expreſſa-
do nuevo extra blecimiento, non ſea para inferit
el mas minimo preyuycio a las cauſas, haſta al
preſonte tractandas; ſanando S. M. con eſta Re-
al Carta todo lo que per eſt parte pudiara aver
havido de yrreguglar; Todo lo qual me manda
ponendo en la noticia de V. S., para che lo ten-
gan entendido y aſſi lo executen, y diſpongan
ſe oſſervo tambien por todos los Governadores
locales de eſta Proviocia: Dios guarde a V. S.
muchos annos como deſſeo. Napoles a 25. de
Mayo 1737. D. Benardo Tanucci, &c. Sennor
Preſide, y Auditores de Salerno.

*Concordat cum ſuo originali ſiſtente in faſciculo pe-
nes acta Actuariæ huius Regiæ Audientiæ, & ad
fidem &c. Salerni die ſexta Auguſti* 1740.

Didacus Seneſi Act. Reg. Aud. ad fidem &c.

Poſt unicam igitur citationem elapſo termino
incuſantur contumaciæ; nam licet de jure commu-
8 ni trina citatio requiratur, ut quis fiat contu-
max. *L. Senatus §. quod ſi tribus ff. de jure Fiſci*
& etiam de jore Regni ex *Rit. M. C. V.* 120.
attamen aliter cautum eſt per *Regiam Pragm.* 3.
9 *de ordin. judic.*, ex ea potiſſimùm ratione, quia
licet non contineat peremptorium, deſtinatio ta-
men termini præfixi ad comparendum, cum clau-
ſula: *alias procedatur in contumaciam ad omnes
actus incumbentes &c.* habetur loca peremptorii,
cui eſt æquipollens. *Affl. in Conſt. edictorum ex
Abb. in cap. cauſam quæ. 2. col. de reſcript.*

✠ 10. In citationibus vero, quæ fieri debent in re-
ceſſione contractuum, omnino ſervanda eſt forma,
quam Rex Carolus ſua regali conſtit. præſcripſit,
videlicet: *vogliamo però, che l' accennato decreto deb-
ba notificarſi perſonaliter al debbitore dal Portiero con
l' intervento dello Scrivano della cauſa, quando la no-
tificazione debba farſi in queſta capitale; o nel Re-
gno per mano di Notajo con l' intervento dell' At-
tuario del luogo. Nel caſo però, che notificato il pre-
cetto, voleſſe il debitore dare il contratto per reſciſ-
ſo, ordiniamo, che non debba pagare la pena, reſtan-
do ſalve l' eccezioni di giuſtizia, che potrebbero com-
peterli avverſo il debito.*

✠ 11. Noviſſime, ut evitentur fraudes a Porte-
riis committi ſolitæ in notificationibus, execu-
tionibus, aliiſque ad officium ſuum ſpectantibus,
conſtitutum eſt, debere duntaxat per ſeipſos, non
vero per alios, quos ſubſtitutos dicunt, ea omnia
exequi: videſis *tom. 1. in append. monum. pag.* 324.

ADDIT. DE CARO AD CAP. VII.

De relatione citationis factæ.

1. *Feudatarius citatur in loco feudi.*
2. *Præſumitur habitare in feudo.*
3. *Porterii M.C.V. reſtricti ſunt ad quinquaginta ex
ult. Reg. Conſt.*
4. *Libellum citationum facere debent.*
5. *Tranſcribitur capitulum d. Reg. Conſt.*
6. *Tranſcribitur aliud Capitulum.*

NUncius, qui citare debet feudatariom optime
citat, & refert eum citaſſe in loco feudi ex
1 præſumpta ejusdem ibidem habitatione, & domi-
cilio, & reliquiſſe citationis copiam in manibus
2 Ærarii, ſive Agentis; & hoc in viridi eſt ob-
ſervantia. *Anna ſingul.* 163. penes Novar. *in
pragm. 2. tit. de ordin: judic. coll.* 176. *num.* 4. circa
reliqua vide de Novar. *coll.* 55. *in pragm. de ci-
tationib.*

3 In Tribunalibus noſtræ Civitatis Porterii ci-
tationes peragunt; at quia ex eorum exceſſivo nu-
mero nonnulla inconvenientia obvenerunt; ideo
ex ultima Regali Conſt. diei 18. Martii 1738.
§. v. num. xxvii. & xxviii. ad quinquaginta re-
4 ſtricti ſunt, & citationum librum fieri Secreta-
rio ſingulis menſibus conſignandum, proviſum
fuit. E. G.

§. V.

5 XXVII. Convenendo parimente, che ſi dia
qualche provvidenza all'eceſſivo numero de' Por-
tieri, o ſiano Alguzzini di Vicaria, mentre dal
non eſſere ſtati mai vendibili detti officj, ſe ne
ſono creati molti, con ammetterſi a detto eſer-
cizio perſone aſſai miſerabili; dal che ſono deri-
vate le infinite falſità, che ſi commettono nelle
intimazioni, e notificazioni de' decreti, ed altri
atti giudiziarj; ordiniamo perciò, che 'l numero
de' Portieri, così nella Vicaria Civile, che Cri-
minale debba eſſer ſempre fiſſo ſolamente di cin-
quanta, ed in mancanza di uno di eſſi debba elig-
gerſi, e ſurrogar l' altro; e la nota de' loro no-
mi, e cognomi ſi debba tenere affiſſa in ogni Ban-
ca de' Maſtrodatti, affinchè ſi ſappiano le perſo-
ne legitime, che poſſono fare le relazioni ſotto
le ſcritture, che ſi notificano; E laſciandoſi pre-
ſentemente tutti quelli Portieri probi, che vi ſo-
no, ſino a che non arrivano al nomero fiſſo di
cinquanta, non poſſa il Reggente di Vicaria in
avvenire crearne più di detto numero.

5 XXVIII. In oltre, che non meno detti Por-
tieri di Vicaria Civile, e Criminale, ma anche
di tutti gli altri Tribunali debbano fare ciaſcu-
no di eſſi un libretto, in cui regiſtrino tutte le
notificazioni colla data delle giornate, in cui quel-
le ſono ſeguite. Qual libretto in ogni meſe deb-
bano conſegnarlo al Segretario del di loro Tri-
bunale *reſpective*, per evitarſi con tal mezzo il
timore di poterſi fare le notificazioni coll' an-
tedate.

ADDIT. DE CARO AD CAP. VIII.

De Cumulatione Actionum.

1. *Actionum cumulatio quid?*
2. *Si quis minus petat quam conſequi debet, poteſt re-
liquum petere.*
3. *Limitatio.*
4. *Aliud petere, aliud ponere, & aliud probare non
poſſumus.*
5. *Jus non dicitur ſuper non deductis.*
6. *Quid in Regno noſtro?*
7. *Nova actio novo indiget libello.*

ACtiones cumulare eſt unam actionem cum alia
conſervare, quando plures actiones ex diverſis
1 cauſis competentes in eodem libello contra eum-
dem conſervantur, & proponuntur. Bartol. in *L.
edita* 3. *C. de edend.* Jo: Oinotom. *§. ſin minus inſtit.
tit. de action. num.* 7.

Si

Digitized by Google

2 Si quis ſcienter; vel ignorantes minus petat,
quam conſequi debet, poteſt petere reliquum, &
actionem priſtinam variare circa quantitatem, niſi
petitioni adjecerit particulam taxativam ſcilicet,
petò contum, quæ mihi Titius *tantum* debet,
quia in hoc caſu ſibi præjudicaret Creditor. Oi-
3 notom *loc. cit. num.* 2. Auguſt. Barboſ. *tract. var.*
dictian. 401.

4 Aliud petere, aliud ponere, & aliud probare
omni juri adverſatur. Bald. *in L. habebat. de inſt.*
act. Muſcatell. *prax. par.* 1. *gloſſ. petitur num.* 49. *ad*
60.; ideoque jus dici non poteſt ſuper rebus non
deductis in primo libello Reo notificato, ſed tan-
tum forſan in termino probatis. Jo: Andr. *cap.*
5 *ſuper conqueſtione, de reſtit. ſpoliat.* Fab. *inſtit. de*
replic. in princip. Loffred. *conſ* 25. *num.* 9. Anna
ſingul. 312. *in princip.* Afflict. *dec.* 60. Boer. *de-*
*ciſ.*42. *num.* 20. *&c.*

6 Et licet in noſtro Regno, præſertim in ſu-
perioribus Tribunalibus, ubi ſola facti veritate in-
ſpecta proceditur, tot ſubtilitates non admittan-
tur; attamen hoc verum eſt, ſi res noviter de-
ductæ naſcantur ex ventre illarum in primo li-
bello deductarum, non vero quando ſunt omnino
diſtinctæ, & ſeparatæ, ita ut reus ex ejuſdem li-
belli lectura ipſas intelligere minime poſſit, quia
tamquam nova actio nullimode deduci poteſt,
nec ſuper ea ſententia proferri, quin nullitatis
labem ſapiat; ideoque nova actio, novo indiget
libello, novaque adverſarii interpellatione. Ca-
pyc. *deciſ.* 10. *num.* 12. 23. *&* 24. Covar. *dec.*42.
*num.*13. Boer. *d. deciſ.*42. *num* 20. Mantuan. *conſ.*
179. *num.*50. Alex. *conſ.* 163. *num.*5. *lib.*5. Prat. *ad*
*Maſcatell. prat. obſerv.*67. *num.*33. *&* 65. *&c.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. IX.

De Interrogatoriis inter Reum, & Actorem.

1. *Interrogatoria vigent in Galliis.*
2. *In Regno tres erant, & quænam?*
3. *Ex ult. Reg. Conſt. ſublata eſt unum.*
4. *Hodie quæ vigeant?*
5. *An ſint interrogatoria vera?*
6. *Umbra ſunt, & figura, & ratio.*
7. *Poſitiones an dicantur interrogatoria?*

Ex placitis *M. Antonii Lemaiſtre* in parla-
mento Pariſienſi Galliarum Advocati, libri,
1 cui titulus: *Les Plaidoyes, & Harangues de M.*
Antoine Le Maiſtre &c. habemus, in Galliis uſu
recepta eſſe interrogatoria in judiciis, non ſine
parvi momenti utilitate, litigantiumque commo-
do; Sed in noſtro Regno diù ab Aula receſſe-
runt, & licet tres tantum antiquitus perſtite-
rint, ſcilicet *declaratio quantitatum, & decla-*
ratio an ſit heres, & poſſideat bona heredita-
2 *ria*; ex diſpoſitione tamen ultimæ Rega-
lis Conſtitutionis diei 18. *Martii* 1738. §.1.*num.*
3 XVIII. ſublatum eſt primum interrogatorium præ-
dictum, ſcilicet *declaratio circa uſum*, quod neuti-
quam in poſterum peti poteſt, ut in 2. *lib. cap.*57.
ſcribemus.

In præſentiarum igitur duo tantum interroga-
4 toria in praxi recepta ſunt, unum *declaratio quan-*
titatum, & alterum, *an ſit heres, & bona here-*
ditaria poſſideat; Sed re funditus perpenſa hæ de-
clarationes nullam habent connexionem cum pri-
ſcis interrogatoriis inter Reum, & Actorem, ex
5 quibus oriebatur actio interrogatoria, prout *Ricc.*
*hic num.*1., neque judicii ſubſtantiam reſpiciunt,
ſed tantum præparatoria; Ideoque revera interro-
gatoria appellari nequeunt, ſed quædam umbra
6 eorumdem, & figura; ſicut nec ad antiqua in-
terrogatoria reduci debent poſitiones, quæ in pra-
7 xi adhuc ſervantur, quia hæ ſunt viciſſim, in-
ventæ ad relevandum Actorem, aut Reum ab one-
re probandi, ut fuſius *in cap.*XVII. dicemus, nec
ex illis actio ulla oritur; eoque magis, quia non
cathegorice reſpondere tenetur actor, ſive Reus,
ſed tantum per verbum *credo*, vel *non credo ut*
ponitur, attentis Reg. *Pragm.*6. 8. *&c. tit. de ordin.*
judic. &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. X.

De juramento calumniæ.

1. *Talionis pœna an vigeat?*
2. *Calumniæ pœna eſt loco talionis.*
3. *Quare jurare debebant?*
4. *Juramentum nil prodeſt.*
5. *Quando juramentum præſtetur?*
6. *Calumniæ juramentum quare deſuevit?*
7. *Advocatorum laudes ſcribentes.*

Pœna calumniæ, & graviſſimæ injuriæ, quæ
non viget, in locum antiqui talionis pœnæ,
1 quæ tantum contra vi, & invitos eunuchos fa-
cientes remanſit. *Auth. qui eunuchos faciunt.* §.4
conſt. 142 ſubrogata eſt. Menoch. *de arbitr. jud-*
2 *caſ.* 322. *num.* 3. Clar. *in pract. crim.* §. *fin. qu.* 81
in fin.

At quia crimen hoc, ſive ob ejus frequentiam,
3 ſive ob ejus atrocitatem, immani dolore litigan-
tium animos corripiebat, ideo ad removendam
omnem calumniarum ſuſpicionem, jurare formi-
ter debebant, ſeipſos in judicii curſu calumniis
minime fore uſuros: Sed quum juramentum præ-
dictum nihil Reipublicæ prodeſſet, quo minus
4 hoc non obſtante calumniæ patrarentur, imo
damnum potius cauſarum, dilationiſque materies
pro Reis inſurgeret, in exceptione juramenti non
præſtiti proponenda; merito igitur, tamquam nu-
5 da inutilis forma, cui jam in doctoralis laureæ
conſequendæ momento, vel in actu examinis, lu-
culenter ſatisfactum eſt, ab aula jamjudum abiit
& receſſit.

6 Præter enunciatas animadverſiones, quibus de-
ſuevit juramentum calumniæ, aliam præbet Ca-
rol. Anton. de Roſ. *in prax. civil decret. part* 1. *inſt.*
ord. jud. c. 2. *num.*23 *cum Franciſc. de Petris conſ.* 1.
qui advocati ſunt, & præſumuntur viri probi, &
egregii, & calumniæ juramentum præſtare non
tenentur; ſi aliter enim res ſe haberet, doctora-
7 lia laurea eiſdem denegata fuiſſet, pro qua con-
ſequenda inter alia requiſita, juramentum præ-
ſtant, capta prius informatione de eorum vita, &
bonis moribus, prout praxis docet. Quæ quidem
præſumptiones *juris* ſunt, non *juris, & de jure.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XI.

De litis Conteſtatione.

1. *Lis quando conteſtatur in criminalibus?*
2. *Quando in cauſa ordinaria civili?*
3. *Quando in ſummaria?*
4. *Litis conteſtatio judicii eſt fundamentum.*
5. *Exceptio declinatoriæ fori non poteſt opponi poſt litem conteſtatam.*
6. *In cauſa appellationis an conteſtetur lis, & quando currat inſtantia.*
7. ✠ *In multis caſibus litis conteſtatio non requiritur.*
8. ✠ *Quotuplex ſit litis conteſtatio; & quibus modis, fiat?*
9. ✠ *Qui poſſint litem conteſtari?*

In Regno noſtro lis dicitur conteſtata in crimi-
nalibus, quando Reus fatetur, vel negat deli-
1 ctum, de quo inquiritur: In civilibus diſtinguen-
dum eſt, in cauſis termini ordinarii, & ſenten-
tiæ in primo actu poſt datum terminum dicitur
2 conteſtata; In ſummariis vero poſt primam re-
ſponſionem a Reo datam actori ſuam proponen-
3 ti actionem; & juxta has regulas intelligendus
eſt dicens: *quæ ante terminum fiunt, aut inconti-*
nenti poſt terminum intimatum, videntur fieri ante
litis conteſtationem; quia non in datione termini,
ſed in primo actu poſt terminum datum dicitur
lis conteſtata.

4 Litis conteſtatio judicii eſt fundamentum: *L.*
un.

Digitized by Google

uni. C. de lit. conteſt Cujac. *in lib. 24. qu.* Papin. *ad L. 15. §. 1. ff. de inoffic. teſtam. lit. D. in fin.* Judex de meritis cauſæ cognoſcere incipit, & reus non niſi lite conteſtata in judicem conſentire videtur, *L. 1. ubi* Dyoniſ; Goth. *l. 5. ff. de lit. conteſt. L. 16. C. de judic., ubi idem Gothofr. lit. Z.*, idcirco li-
5 te conteſtata, ne judicium aluſorium reddatur, & actor inutiliter defatigetur, exceptio declinatoria fori, *litis pendentiæ*, aliarumve &c, amplius opponi non poteſt. *L. præſcriptiones ult. C. de except.*

6 In cauſa appellationis non conteſtatur lis, nec ad ejus cauſam inchoandam opus eſt libello, quia ab actorum tranſmiſſorum apertura incipit, & inſtantia currit a datione termini ad non poſita ponendum, & non probata probandum. *Ritus M.C.V. 6. ubi* Caravit. Affl. *in Conſt. dilationes, num. 39. in fin.*

✠ 7. Plures ſunt caſus, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, ſcilicet, cum libellus non requiritur, ſi agatur de cauſis ſummariis, quando petitur ut declaretur an aliquis inciderit in canonem excomunicationis latæ ſententiæ, ob violentam manuum injectionem in clericum; quando agitur de liquidatione publici inſtrumenti, cum in hac cauſa judiciarius non exigatur, de cauſa hæreſis, depoſiti matrimonii de ſententiis interlocutoriis; tandem quando jus agendi dirigitur judici tantum & non contra certam perſonam, modo actio publicum commodum reſpiciat. Felinus *in cap. 2. de offic. judicis.*

✠ 8. Litis conteſtatio duplex eſt, una expreſſa, altera tacita. Prima fit per narrationem actoris, & per reſponſionem ſecutam factam a reo coram judice competenti, animo conteſtandi litem, *cap. dudum 2. §. licet de elect.* ſecunda vero per proceſſum ad ulteriora, Socoin. in *rubr. de litis conteſt.* Multis modis fit litis conteſtatio. Primo, per verbum nego, quando reus dicit, *nego narrata prout narrantur, & poſita prout ponuntur, ſalvis juribus, & defenſionibus, ſuo loco, & tempore proponendis.* Secundo fit per confeſſionem, puta ſi reus confiteatur narrata per actorem eſſe vera, ſed nullo modo teneri ad petita per actorem. Tertio fit per verbum *ignoro*, ut ſi procurator, heres, & alii, qui habent juſtam cauſam ignorandi factum alienum, dicant, *ignoro an ita res ſe habeat.* Bart. *in l. qui in alterius ff. de regulis juris.* Quarto per verbum dubitativum credulitatis, ut ſi reus dicat, *credo narrata per actorem non eſſe vera.* Bald. *in l. ſi debitori ff. de petitione hereditatis.* Tandem per verbum injurioſum, ut ſi reus actori dicat: *tu mentiris per gulam.* Bald. *in l. turpia ff. de legat. 1.*

✠ 9. Non ſolum per principales litigantes, qui poſſint ſtare judicio, fit litis conteſtatio, ſed etiam per eorum procuratores, advocatos, tutores, curatores, actores, ſyndicos, alioſque alieno nomine comparentes, *cap 1. de litis conteſtat.*, excipe minores pupillos, cum quibus non valet, quod agitur. *L. fin. C. qui legitim. perſon. ſtand. in judic. non habend.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XII.

De Termino probatorio.

1. *Articulus merus juris non eget termino.*
2. & 3. Ratio.
4. *Articulus juris dubii æquatur facto.*
5. *Praxis cauſæ, quæ termino non eget.*
6. *Terminus quid?*
7. *Formula decretorum.*
8. *Explicatio decretorum.*
9. *Et ultima* Reg. Pragm. *multæ cauſæ peraguntur abſque termino, & numerantur.*
10. *Juris congrui cauſa fit abſque termino ex eadem* Reg. Pragm.
11. *Tranſcribitur Capitulum ultimæ* Reg. Pragm.

1 QUando merus articulus eſt diſcutiendus, non debet impartiri terminus in cauſa, ex textu *in cap. ſæpe, de appellat.* atque DD. in verbis; *Cum frequenter juris proceditur, & cauſa expeditur ſine termino.* De Ponte *conſ. 99. num. 1. & 2.* Maſtrill. *deciſ. 217. num. 4. & ſeq.* ex ea potiſſimum ra-
2 tione adducta ſub *num. 2.* ibi: *Ratio eſt, quia petitio actoris dicitur fundata in actis, ex quibus apparet hypotheca, ideoque oritur quæſtio juris, & non facti ſecundum doctrinam Bald. Ang. & aliorum.*

3 Et hoc re bene perpenſa juri valde conſonum eſt; ut quid enim partes laboribus, & expenſis defatigandæ ſunt? Ita Salernitan. *deciſ. 37.* Salgad. *in labyrinth. creditor. qu. 3. cap. 1. n. 150. & ſeqq.*

4 Obiter nota, articulum juris dubii æquiparari facto in cauſis præſertim ſummariis, nec executionem impedire; ideoque terminus impartitur, non impedita interim executione prætenſorum, Episcop. Affl. *controv. 48. num. 23. &c.*

5 Ex praxi nota, quod quando cauſa termino non eget, tunc interponi prius debet decretum, *quod procedatur ad ea, quæ incumbunt ſuper expeditione præſentis cauſæ abſque termino*, & poſtmodum ad ulteriora procedi.

Terminus igitur, eſt temporis dilatio, quæ a
6 Judice conceditur ad probandum incumbentia, ejus formula eſt. *Die &c.... ſtantibus adimpletis; detur terminus dierum quatuor in præſenti cauſa ad probandum incumbentia*: Vel dicitur: *ſuper omnibus hinc inde prætenſis, infra quatuor dies audiantur Partes &c.*

7 Adeſt alia formula termini. E. G. *Die &c. pro omni termino, nominatione, & beneficiis partes infra viginti dies, vel triginta deducant incumbentia &c.*

8 Hoc ultimum decretum termini proprie interponi ſolet, quando Judex bonum jus actorem fovere cognoſcit, reoque convento, tamquam privilegiatæ perſonæ, beneficia competere, cuique judicii dilationi ſtudere; præcipue reſpectu mulierum, aliarumque privilegiis munitarum perſonarum, non vero reſpectu minorum, quibus per reſtitutionem jura magis favent; quod decretum Judicis arbitrio remittitur, qui reſtringendi, prorogandique terminum juxta variarum rerum circumſtantias, & viciſſitudines, facultatem habet. Carol. Anton. de Roſa *in prax. civil. decret. p. 1. in 1. inſt. ordin. jud. cap. 6. num. 119. & 120. &c.*

Rex noſter Invictiſſimus, cui ſubditorum major utilitas ſemper cordi fuit, in ejus *Conſt. diei 18. Martii 1738. §. 3. num. 16.* ſancivit; ut mul-
9 tæ cauſæ, præcipue reſciſſionum contractuum, quæ terminum ordinarium antiquitus exigebant, expeditionem abſque termino obtinerent, prout fuſiſſime ſcripſi *in par. 3. tit. 5. cap. 11. num. & ſeqq.* hujus praxis omnino haud inutiliter revidendo.

10 Idem ſtatuit in cauſis *juris congrui*, quæ aut conſuetudinis noſtræ Civitatis vigore, aut ex *Conſt. Sancimus* intententur, ſemper abſque termino peragi deinceps debent, modo in eadem Reg. Conſt. deſcribendo. E. G.

§. I.

11 XII. Tutte le cauſe di retratto *jure congrui*, o per la Conſuetudine di queſta Città, o per la Coſtituzione *Sancimus*, ordiniamo, che da oggi avanti ſi debbano decidere ſenza termine, & via executiva colle relazioni de' Periti, e non in alcuni caſi, ne' quali foſſe il termine neceſſario, il quale debba eſſer ſommario, rimettendo il darſi il ſudetto termine ſommario ad arbitrio del Giudice.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XIII.

De electione examinatoris.

1. *Examen Teſtium non committebatur antiquitus niſi*

Exa-

Digitized by Google

Examinatoribus S.R.C.
2. *Limitatio.*
3. *Hodie ex Regali Conſtit. in cauſis ducatorum mille, & infra indiſtin[illegible] committitur examen.*
4. *Quid in cauſis dictam ſummam excedentibus?*
5. *Ubi ſit acceſſus recititur a Scriba cauſæ.*
6. *Examinatorum derictus.*
7. *Tranſcribitur Capitulum dictæ Reg. Conſtit.*
8. *Examinatores facillime antiquitus renunciabant.*
9. *Ratio adducitur.*

ANtiquitus in S.R.C. non poterat committi examen teſtium, nec poterat alius examinator
eligi, præter examinatores ipſius S. R. C., niſi
1 cauſa eſſet infra ſummam ducatorum 590., ut
inter alias exceptiones notat Riccius *ſub num.* 9.,
2 & pro cauſis dictam ſummam excedentibus præcedere debebat examinatoris electi renunciatio,
alias committi non poterat.
3 Hodie vero ex præcitata Reg. *Conſt. diei* 18.
Martii 1738. in §. 13. *num.* 5. proviſum eſt, quod
cauſæ Commiſſarius abſque ulla renunciatione
committere poſſit examen teſtium cuicumque officiali in cauſis ducatorum termille, & infra; In
cauſis dictam ſummam excedentibus etiam ad Com-
4 miſſarii libitum committi poſſit, quoties examinator electus ad examen accedere nolit, qui nihil
5 omnino prætendere poſſit; Et in cauſis hujus Civitatis, Caſalium & Regni, in quibus fit acceſ-
6 ſus Regii Miniſtri, poſſit examen a Scriba cauſæ recipi; & in aliis ab Examinatoribus recipiendis tarenum unum pro ſingulis teſtibus exigant,
prout fuſius in eodem cap. Reg. *Conſt.* videbis, videlicet.

§. III.

Per lo Sacro Regio Conſiglio.

7 V. In *quanto alla commeſſa dell'Eſame de' Teſtimonj in Regno, vogliamo che il Commeſſario della cauſa, ſenz' aver biſogno della rinuncia de' Regj Eſaminatori del* S. R. C., *poſſa commetter detto eſame a chi ſtimerà più proprio nelle cauſe, che importano la ſomma di ducati tremila a baſſo. E reſti parimente in arbitrio del Commiſſario nelle cauſe, che eccedono la detta ſumma di ducati tremila, qualora l'Eſaminatore eletto non voglia uſcire ad eſaminare, di commettere ad altri l'Eſame, ſenza che il detto Eſaminatore eletto poſſa pretendere altro ſotto qualſiſia preteſto. E per le cauſe in queſta Città, a Caſali, e per tutto il Regno, nelle quali ſi faccia l'acceſſo de' Miniſtri, poſſa il Giudice far eſaminare i Teſtimonj dallo Scrivano della cauſa; E nell'altre, nelle quali dovranno eſaminarſi dagli Eſaminatori, non poſſano queſti eſiggere più di carlini due per Teſtimonio.*
8 Eſt autem hic animadvertendum, quod ante
dictam Reg. *Conſt.* non aliunde proderant facillimæ renunciationis teſtium examini, quæ ab Regiis Examinatoribus fiebant, niſi quia ex Reg.
Pragm. 75. *de offic.* S.R.C. cautum erat, quod pro
cauſis infra ſummam ducatorum mille Examinator electus non haberet acceſſum, nec receſſum,
9 ſed tantummodo moram., unde ſæpiſſime contingebat, quod tam ipſe, quam alii cauſæ renunciabant

ADDIT. DE GARO AD CAP. XIV.

De Teſtium præſentium receptione.

1. *Teſtium fidem, non multitudinem Judex reſpicere debet.*
2. *Majores numero recepti refrænantur.*
3. *Quinam refrenandi ſint?*
4. *Formula decreti pro receptione Teſtium, ejuſque explicatio.*
5. *Teſtes citandi ſunt, alias nulli.*
6. *Allegare debent cauſam ſcientiæ.*
7. *Utraque pars uti poteſt eiſdem Teſtibus.*
8. *Teſtes, qui revelaverunt ad excommunicationis pœnam an fidem faciant?*
9. *Deponere debent cum juramento, & pars citari ad illud videndum.*
✠ 10. *Formula citationis ad teſtes.*
✠ 11. *Qui teſtes eſſe poſſint? & qui non?*

JUdex ſcire debet quanto fides adhibenda ſit teſtibus, quia non eorum multitudo, ſed mera
1 ipſorum fides reſpici debet *De Roſa prax. civil. decr. cap.* 6. *nu.* 45.
2 Quando teſtes recipiuntur majores numero a
jure permiſſo, prout ſcribit Riccius *ſub num.* 17.
tunc refrenari debent, & refrenantur illi, qui
poſtremo recepti ſunt, niſi perſonæ privilegiatæ
3 eſſent, quia in hoc caſu in producentis arbitrio
eſſet primis, vel poſtremis teſtibus uti, ex decis. S.C. penes *Thor. in compend. deciſ. v. refrænatio teſtium. Rovit. ſup. Pragm.* 1. *n.* 3. *de refræn.*
4 Interdum fit decretum, *quod teſtes citati in termino recipiantur, & de eorum depoſitionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit.* Hoc importat, ſi rite recepti fuerint, ſi de jure recipi
poterant, ſi habiles, vel inhabiles ſint. *Cap. in nomine Domini. De Teſtib.*
5 Teſtes citandi ſunt in termino, & ſi abſque
citatione deponant, de falſitate, ac ſubornatione
ſuſpecti ſunt. *L. ſi quando C. de teſtib. Rit. M.C.V.* 149. & 155. *L. quæ omnia §. ſed & ſi ff. de Procur. Daniel Venacerius in analyſ. jur. Pontif. lib.* 2. *tit.* 21. *axiom.* 2.
6 Teſtes interrogati deponere debent factum
clare, & ſcientiæ cauſam allegare, etiam de rebus, quæ ſenſu non comprehenduntur. *L. ſolam. C. de teſtib. Maſcard. de probat. concl.* 1365. *n.* 5. 6. 48. & 52. *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 1. *qu.* 25.
7 Utraque pars uti poteſt teſtibus ab alterutra
parte citatis ex deciſ. S.R.C. penes *Anna ſing.* 510.
8 Teſtes qui ad excommunicationis pœnam vitandam
revelationem fecerunt, ut plene probent in praxi,
iterum cum juramento in termino interrogari, &
examinari debent parte citata. *L.* 3. §. *idem Divus. ff. de teſtib. L. de minore.* 10. *ff. de quæſt. Andreol. controv.* 270.
9 Examinandi ſunt cum juramento, & pars citari debet ad eorum juramenta videndum. *L. juris jurandi. L. ſi quando C. de teſtib. Creſcent. dec.* 4. *n.* 4. *de teſtib. Rit. M. C. V.* 154. *de Roſa Prax. civil. decret. cap.* 11. *nu.* 30. & *ſeqq.*
✠ 10. Ex hucuſque dictis ſatis conſtat, quod dato
termino in cauſa ad probandum incumbentia, productis articulis per actorem, abſolutiſque omnibus
incidentibus, & emergentibus, intra præfixos termini dies, citari omnino debeat teſtes examinandi
ad comparendum prima die juridica ad jurandum,
& deponendum coram judice teſtimonium veritatis ſuper articulis præſentatis, vel præſentandis, necnon pars ex adverſo, ut eodem die compareat ad videndum juramenta teſtium. Formula vero, qua expeditur hujuſmodi citatio hæc eſt.

De mandato Principalis Curiæ Longoburgi.

Servientibus noſtræ Curiæ, ſive &c. vobis in
ſolidum dicimus, committimus, & mandamus,
quatenus receptis præſentibus, ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ſive &c. N.N. citetis, moneatis, & requiratis infraſcriptos teſtes, eiſque
mandetis, quatenus ſub pœna unciarum auri 25.
per quemlibet &c. Curiæ &c. prima die juris poſt
&c. perſonaliter compareant, & quilibet eorum
comparere habeat, & debeat coram Nobis in hac
curia ad ſe examinandum, & veritatis teſtimonium perhibendum ſuper articulis præſentatis per
N.N. in cauſa, quam habet cum N.N., ut ex
actis &c. alias &c. Necnon citetis, moneatis, &
requiratis N.N. principalem, quatenus in eodem
termino, &c. & deinde in antea, uſque &c. compareat in hac Curia hora ſolita cauſarum, ad
videndum juramenta infraſcriptorum teſtium exa-
mi-

Digitized by Google

minandorum ut ſupra &c. alias &c. quoniam &c. dantes &c. mandantes &c. datum &c.

In cujus citationis calce debet s Procuratoribus, ut caute procedant, fieri ſolita proteſtatio, tradita hic a Riccio *n.* 23.

✠ 11. Ut teſtes rite valeant veritatis teſtimonium perhibere habiles eſſe oportet, ne inhabilitatis exceptio eorum poſtea valeat depoſitiones infirmare. Calliſtratus in *l. teſtium* 3. *ff. de teſtibus* hæc habet: *teſtium fides diligenter examinanda eſt; ideoque in perſona eorum exploranda erunt in primis conditio cujuſque, utrum quis decurio, an plebejus ſit, & an honeſtata, & inculpatæ vitæ, an vero notatus quis*, & reprehenſibilis, an locuples, vel egenus ſit, ut lucri cauſa quid facile admittat, vel an ei inimicus ſit, adverſus quem teſtimonium fert, vel amicus ei, pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtium, vel propter perſonam, a qua fertur, quia honeſta ſit, vel propter cauſam, quia neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſſa fiat, admittendus eſt. Nam quidam propter reverentiam perſonarum, quidam propter lubricum conſilii ſui, alii vero propter notam, & infamiam vitæ ſuæ non ſunt admittendi ad *teſtimonii fidem*.

Quoniam vero contingere poteſt, ut teſtes, quando actui interfuerunt habiles fuerint, deinde quando deponant ſint inhabiles, & a converſo: ideo animadvertere oportet, num teſtis requiratur ad ſolennitatem actus, vel ad probandum actum, vel ad utrumque. Si ad ſolam ſolennitatem, ſatis eſt habilitas pro tempore, quo actus fit, etiamſi deficiat deinde teſtis, vel inhabilitetur morte, infamia &c. ſic teſtamentum ſemel validum, tenet, licet deinde teſtes moriantur. Si ad probandum actum, tunc teſtis idoneus eſſe oportet, quando deponit, quia tunc probat. Baldus in *l.* 1. *C. de teſtam.* tandem ſi ad utrunque requiratur, pro utroque tempore ejus habilitas neceſſaria eſt.

Ob reverentiam perſonarum teſtimonium dicere non permittitur filiis in cauſa patris, *l. parentes S.C. de teſtib.*, libertis in cauſa patroni, *l. libertor. C. eod.*, ſubditis in cauſa ſuperioris, omnibusque iis, quibus imperari poteſt. Paul. in *l. teſtis c. eod. tit. Propter lubricum conſilii* teſtificari non poſſunt ſeptennio minores, impuberes, furioſi, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 525. ſicuti & ebrioſi, qui jure canonum Infantibus comparantur, cap. *a crapula* 14. *de vita, & honeſtate cleric.* denique ob *notam, & infamiam vitæ ſuæ* a teſtificando repelluntur infames, & criminoſi, quos profuſo calamo recenſet clariſſ. Alphanus *inſtit. crim. lib.* 3. *tit.* 7.

Sunt præterea nonnulli, qui vel amore, vel odio ab hoc munere arcentur; in quorum albo continentur conſanguinei, affines, intereſſe habentes in cauſa, ſcilicet advocati, procuratores, adminiſtratores, ſollicitatores, negotiorum geſtores, curatores, creditores, cedentes, donantes, fidejuſſores, ſocii, cives, ſi de ſingulari commodo agatur, proxenetæ, mediatores, judices, arbitri, arbitratores, aliique, Afflict. *dec.* 409. *n.* 5. tandem inimici, & malevoli *l. ob carmen.* 21. *§. ſi teſtes ff. de teſtibus*.

Paupêres modo ſint honeſti nominis, & bonæ vitæ, integræ fidei reputantur, non enim paupertas, ſed potius vitæ levitas, & prona ad malum inclinatio hominis vitio tribuitur; de paupere ſic Terentius in Phormione *actu* 5. *ſcena* 7. *v.* 10.

Quanta hæc mea paupertas eſt tamen.
Curavi hoc quidem, ut mihi eſſet fides.

Perjuri, etiam poſt peractam pœnitentiam, teſtes ultronei, excommunicati majori excommunicatione, qui annuæ confeſſionis & communionis paſchalis præcepto non ſatisfecerunt, accuſati, inquiſiti, & denunciati de gravi delicto, deponentes inveriſimilia, birruarii, & ſpurii, qui viles, turpesque perſonæ dicuntur, *ad teſtimonium procedere nequeunt; bonæ opinionis*, ait Imperator *novella* 90. *de teſtib*, *oportere eſſe teſtes, & non quoſdam artifices ignobiles, neque viliſſimos, neque nimiis obſcuros*. Videſis Maſcardum *de teſtibus*, Farinacium *lib.* 4. *dec.* 100. Caſus, vero in quibus hujuſmodi teſtes admitti valeat, recenſentur ab Afflict. *dec.* 304. *n.* 10.

Fides peracta per teſtem contrariæ depoſitioni juratæ, imo ipſa depoſitio primæ contraria in totum, vel in partem, licet mortis tempore peracta, vel ob metum communicationis, non attenditur, DD. communiter apud Card. de Luca *de judic. diſc.* 32. *n.* 31. Sicuti nec fidem meretur teſtis pecunia corruptus, etiamſi verum dixerit, cap. *placuit de teſtibus*. necnon teſtis varius, aut ſibi ipſi contrarius, *l. ubi pugnantia* 149. *ff. de reg. jur.* At ſi non ſimpliciter ſibi contradicat, ſed animo ſe corrigendi, modo hæc correctio in continenti fiat, fidem meretur poſterius teſtimonium, ſecus ſi ex intervallo, nec doceat de cauſa erroris, *cap. propterea* 7. *de teſtib.*

Teſtes quoad ſubſtantialia contrarii ab eodem producti nil probant, quia ſe invicem deſtruunt; ſic non creditur teſti vocanti in conteſtem, qui poſtea vocatus negat, Pratus *tom.* 1. *cap.* 4. *n.* 29. Secus ſi a partibus contrariis producantur, quo caſu magis illi creditur, qui plenius, & diſtinctius narrat factum, quam aliis indiſtincte narrantibus, *cap. in tua* 44. *de teſtib.* magis ſeniori, quam juniori, ſacerdoti, quam laico, perito, quam imperito, maſculo, quam feminæ *l. jusjurandi* 8. *de teſtib.*, magis dicenti, *ſcio, quia vidi* quam dicenti, *ſcio, quia ſum vicinus*. Menoch. 6. *de præſumpt. præſumpt.* 24. *n.* 40.

Teſtis de auditu nil probat, excepta duntaxat re, quæ auditu percipitur. Si vero deponat, rem ab aliis percepiſſe, nec etiam probat, niſi nominet ſaltem duos, a quibus audivit, quos ſide dignos eſſe oportet, *cap. licet ex quadam de teſtibus*. Qui ſi mortui ſint, tunc deponentes de auditu probant, modo deponant de tempore, quo audierunt a jam defunctis; debent enim audiviſſe ante, & non poſt litem motam, idque ad vitandas fraudes. Tandem nec probat teſtis de auditu auditus alieni, cum hoc non ſit ſcire, ſed credere loquenti, *l. teſtium* 14. *C. de teſtibus*; modo factum non ſit antiquum, quod ſuperet memoriam hominum, Gonzalez *dict. cap. licet ex quadam*, clariſſim. Sorge *cap.* 74. *de teſtib.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XV.

De Teſtium abſentium nominatione, & Audientia

1. *Teſtes non examinantur in propriis domibus.*
2. *Recipiuntur die feriato.*
3. *Subſtituitur perſona ad U.J.T.*
4. *Citatur ſimul cum teſtibus.*
5. *Citari poteſt disjunctim.*
6. *Et quando?*
7. *Niſi citetur, nullum eſt examen.*
8. *Teſtes in termino non citati, non recipiuntur.*
9. *Magiſtratus non coguntur ad teſtificandum.*
10. *Ex ult. Reg. Conſt. ſuſpicio Curiarum trium dari tantum poteſt.*
11. *Transcribitur capitulum d. Reg. Conſt.*

Teſtes examinari non poſſunt in eorum domibus. Rit. *M. C. V.* 242. *ubi Petra &c.* Et eo-
1 rum dicta ſubſcribi debent ab Examinatore Pragm. 12. §. 12. *tit. de Official., & quæ eis prohib.*

2 Poſſunt examinari etiam die feriato, dummodo juraverint die juridico antecedenti *Clem.* 1. *de offic. de leg.* Rit. *M.C.V.* 143.

In partibus ad U.J.T. ſubſtitui debet perſona,

 quæ

3 quæ ibi ſit præſens *L. ſi quando C. de teſt. ibique DD. & cap. 2. ubi Gloſſ. verſ. noluit de teſtib.*

4 Hæc Adverſarii citatio ad U. J. T. fit ſimul, & ſemel cum citatione ad teſtes, in qua deſcribuntur per nomina, & cognomina. Mar. *ad Gizzarell. dec.27. n.16.*

5 Poteſt Adverſarius per citationem ſeparatam a citatione teſtium requiri, quemadmodum in dies practicatur ita ut ipſe teſtium notitiam habere non poſſit, niſi in actu receptionis, quando eorum videt juramenta; quod præcipue fieri poteſt, in citanda parte abſque teſtium nominibus, quando de
6 ſuſpicione aliqua ſubornationis dubium inſurgit. Alber. *Oliv. in Rit. Archiepiſc. tit. 80. num. 2.* Mari *ad Gizzarell. d. deciſ. 27. n. 16.*

7 Subſtitutus ad U. J. T., niſi notificetur, & teſtes recipiantur, nullum eſt examen, nec excuſat ſtylus in contrarium. Petr. *in rit.* M. C. V. 145. *num.* 13. Gratian *diſcept. forenſ.* 664. *num* 48. Farinac. *de teſtib. lib.* 3. *tit* 8. *qu* 72. *cap.* 1. &c.

8 Teſtes in termino non citati, non poſſunt a Curia recipi, nec fidem faciunt. Muſcatell. *lib.* 1. *p.* 5. *gloſſ. citari, num.* 4. Gallup. *p.* 2. *c.* 25. *num.* 1. Viſcont. *ad* Capyc. *deciſ.* 96. De Franch. *deciſ.* 60. *num.* 11. Gramm. *in conſ. crim.* 21. *num.* 6.

9 Magiſtratus cogi non poſſunt ad teſtificandum, Principis enim requiritur beneplacitum, & licentia, quando obtineri poteſt, & aliunde veritas non haberi. Alber. *in L. inviti, de teſt. in L. gradatim, §. quoties, ff de muner. & honor.* de Stefan. *in pragm. num.* 333. &c.

10 Ex diſpoſitione ultimæ Reg. Conſt. §.1.num.24. proviſum eſt, non poſſe allegari ſuſpectas pluſquam tres Curias pro teſtium examine in partibus, alias a Judice non admittitur ſuſpicio.

§. I.

11 XXIV. *Per l' eſame de' Teſtimoni, che ſi commettono* in partibus *non ſi poſſano dalle parti dar per ſoſpette più di tre Corti; e dandoſene più del detto numero, non ſia tenuto il Giudice ammettere la ſoſpezione.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVI.

De Articulis.

1. *Articuli diligenter formandi ſunt.*
2. *Quid ſint?*
3. *De jure regni copia non datur.*
4. *Utique de jure communi, & ratio.*
5. *In appellatione qui articuli ſint impertinentes?*
6. *In dubio articuli admittuntur.*
7. *In termino repulſæ quinam rejiciantur?*
8. *Articuli præſentati a procuratore aliquid confitentes, non præjudicant.*
9. *Major cautela.*
10. *Præſentatæ formula.*
11. *Articulorum formula.*
12. *Cautio in articulis ſervanda.*

ARticulorum formatio omnem Advocatorum requirit, & diligentiam, quia hi ſunt velut loci, ex quibus argumenta cauſæ ſumuntur, & in his tota vis cauſæ conſiſtit, ita ut vulga-
1 re pervolet axioma: *Negli articoli ſono i pericoli*: Et ſunt quædam capita, quo omne id, quod in inſtantiis, & ſupplicationibus propoſitum, oppo-
2 ſitumque fuit, complectuntur, una alteri capiti junctura Reg. Rulant. *de commiſſar. & commiſſ. Com. Imper. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 8.

3 Licet de jure Regni articulorum copia non detur. *Caravit. in rit.* 79. *n.* 11. *Affl. dec.* 38. *num.* 3. *De Franch. dec.* 220. *n.* 14.; attamen de jure communi copia articulorum datur, ut rejiciantur impertinentes, & ut interrogatoria confici poſſint per modum defenſionis, quia articuli ex libelli par-
4 tibus ſubſtantialibus concipiuntur. *L.* 2. *C. ut lite pend.* Abb. *in cap. per tuas de teſtib.* Muſcatell. *gloſſ. impertinentes num.* 13. *in fin.* De Roſa *prax. civil. decret. p.* 1. *inſt. ord. jud. c.* 1. *n* 8. Nonnulla circa hanc materiam obſervari in *cap.* VIII. *de cumulat. action.*

5 In articulis cauſæ appellationis non licet deducere, quod deductum eſt in prima inſtantia, quia articuli eſſent impertinentes poſt percontatas præſertim teſtificata. De Franch. *dec.* 668. Capyc. *deciſ.* 15. & 62. Gramm. *dec.* 45. Guid. Pap. *dec.* 585. Affl. *dec.* 33. 89. & 216, penes Ricc. *coll. dec.* 1353.

6 In dubio tamen an articuli ſint impertinentes, vel non, admittendi ſunt, Anna *ſingul.* 622.

7 Articuli præſentati in termino repulſæ illud idem continentes, quod in primis articulis deductum fuerat, vel ex directo contrarium articulis partis adverſæ, rejiciendi ſunt. Affl. *dec.* 216.

8 Articuli præſentati a Procuratore, qui aliquid confiteatur; ejus Principali non præjudicant. *L.* 3. *§. ſed an & ipſor. ff de confeſſ. ubi* Bartol. Soccin. *conſ.* 55. *n.* 8, *lib.* 1. Rovit. *conſ.* 25. *nu.* 1. *lib.* 2 Surd. *dec.* 229. *n.* 28. Caſtill. *deciſ.* 111. *n.* 17. Gratian. *diſcept. forenſ.* 3. *n.* 8. & 9. Urſill. *ad Affl. dec.* 148. *n.* 7. &c., & cautela major erit, ſi in calce ipſorum fiat proteſtatio expreſſa contra omnes confeſſiones, & ſingula verba in articulis poſita ar-
9 ticulanti præjudicantia *Joſeph de Roſa conſult.* 56. *n.* 14., prout melius in ſequentibus formulis videbis. E.G.

Formula præſentatæ articulorum.

DIe... menſis... anni 1640. S. Severini &c. Præſentata per T. de T. Principalem in hac
10 Curia S. Severini Delegata S.R.C. &c.
11 *Quæ offeruntur probanda pro parte T. de T. Tutoris filiorum, & heredum qu. T. de T., in cauſa, quam active habent in S. R. C. cum T. de T. & ex aliis &c. deducens &c. non ſe adſtringens &c. ſalvo jure &c. omni modo meliori &c. Producens in vim probationis omnes ſcripturas præſentandas ad ſui favorem, imo totum proceſſum, quatenus ad ſui favorem &c., imo cum expreſſa proteſtatione, ut revocatæ intelligantur omnes confeſſiones; omnia & ſingula verba in articulis ponenda, quatenus contra articulantem eſſent, & facerent &c. non aliter, nec alio modo &c.*

Primo intende, e vuol provare, che nell' anno &c.

Secondo vuol provare, come &c.

Terzo intende provare, che di tutto ciò è publica voce, e fama, teſtibus, & ſcripturis non renunciando &c.

Item hæc & alia &c. cum poteſtate variandi, addendi, minuendi &c. & cum repetita proteſtatione omnium prædictorum &c.

In qua formula adeſt cautela *Joſephi de* Roſa ſuperius notata, qui etiam ſcribit, cavendum eſſe, ne articuli per verbum, *pone, e vuol pruovare*, concipiantur, quia in poſitionum naturam tranſeun-
12 tes, præjudicarent articulanti, quanto articuli de eorum natura contra producentem non probant. Marant. *in ſpec. p.* 6. *tit. de poſit.* Alex. *conſ.* 80. *nu.* 10. *lib.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 368. *num.* 14. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap* 7. *nu.* 68. S. Seraph. *deciſ.* 1654. *n.* 2. &c.

Aliæ formulæ tranſcriptæ ſunt in *par.* 1. *Tit.* 3. *cap.* 7. *num.* 34.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVII.

De Poſitionibus.

1. *Ex ult. Reg. Conſt. poſitiones curſum cauſæ non impediunt.*
2. *Infra decem dies reſpondendum, & alia.*
3. *Tranſcribitur capitulum d. Reg. Conſt.*
4. *Cautela actoris deponentis.*
5. *Formula dictæ cautelæ.*
6. *Effectus ejus cautelæ.*
7. *Si actor, & reus depoſuerint, invicem.*

AD

Digitized by Google

AD *num. 51 & 9. obſerva.*, hodie per ultimam
Reg. *Conſt. diei* 18. *Martii* 1738. §. 1. *num.* 22.
ſtatutum eſſe Principalis depoſitionem ſuper poſi-
1 tionibus petitam in quacunque parte judicii, tam
ante, quam poſt litem conteſtatam, curſum cau-
ſæ minime impedire, depoſitionem faciendam eſ-
ſe infra decem dierum ſpatium, ſi Principalis in
loco judicii præſens fuerit; ſin ſecus Procurato-
2 rem in actis conſtitutum ad reſpondendum teneri,
etiamſi ſpeciale mandatum non habeat, v3.

§. I.

3 XXII. *Quantunque le poſizioni ſianſi introdotte
per rivelare il Reo dal peſo di provare; nientedimeno
perchè l' eſperienza ha fatto conoſcere, che le Parti
non ſe ne avvagliono ad altro oggetto, che per dila-
tare il corſo della cauſa, ordiniamo perciò, che la
depoſizione del Principale ſopra le Poſizioni in qualun-
que parte del giudizio ſi domandi* tam ante, quam
poſt litem conteſtatam, *non venga ad impedire il
corſo del giudizio in qualunque ſtato ſi faccia la do-
manda, ancorche ſi faceſſe prima del termine; Però
ſia tenuto colui, che deve deponere far la ſua depoſi-
zione fra lo ſpazio di giorni dieci; e non ritrovan-
doſi il Principale* in loco judicii *debba farla il Pro-
curatore coſtituito* in actis, *ancorche non aveſſe man-
dato ſpeciale* ad cauſam, *a Mandato ſpecialiſſimo* ad
ſic, & ſic reſpondendum.

4 Si Reus petat actoris depoſitionem, & actor
deponere velit, uti debet cautela illius clauſulæ:
Salvo jure impertinentium: hoc modo. E.G.

Die.....in Terra Curiæ..... & coram T.
du T. Gubernatore Curiæ Terræ prædictæ &c.
Conſtitutus penes acta hujus Curiæ Terræ T.D.
T. de T., qui ſponte &c. non vi &c. delato prius
juramento de veritate dicenda in manibus d. Do-
mini Gubernatoris, ſuper infraſcriptis poſitioni-
bus præſentatis pro parte T. de T. in cauſa,
5 quam habet in S. C. cum ipſo deponente, per
verbum credit, vel non credit, ſerv. forma Reg.
Pragm. *ſalve jure impertinentium &c.* ipſi deponen-
ti lectis, & primo &c.

6 Effectus hujus cautelæ eſt, ut depoſitiones
Rei, vel actoris, ſi impertinentes reperiantur,
ad invicem ſibi non præjudicent, & juramentum
per eos præſtitum non refertur ad impertinentes
poſitiones. Curtius *tract. poſition num.* 20. Bald. *in
L. penult. ad fin. Cod. de tranſact.* Jaſon. *L. ſi duo §.
ſi Julian. in* 3. *col. ff. de jurejur.*

7 Sed ſi actor in prima inſtantia reſpondens po-
ſitionibus Rei abſque dicta cantela confeſſus eſ-
ſet, & reus pariter reſpondens actoris poſitionibus,
confeſſus itidem eſſet, attentis poſitionibus con-
trariis, in quibus omnes habentur pro confeſſis,
actor ſuccumbere debet, non Reus, quia confeſ-
ſio actoris magis nocere debet ipſi actori, quam
Reo, cui ſemper in dubio favendum eſt. *Cap.
cum ſint partium de reg. jur. in* 6. Alexand. *in L. ſi non
fuerit. ff. de jurejur.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVIII.

De Publicatione.

1. *Titulus examinis tranſmittendi ad S. R. C.*
2. *Antiquitus ante publicationem fiebat actus.*
3. *Ex ult. Reg. Conſt. ſublatus eſt d. actus.*
4. *Tranſcribitur capitulum dictæ ultimæ Regalis Con-
ſtitutionis.*
5. *Formula decreti publicationis.*
6. *Replicationis procuratoris.*
7. *Relationis notificationis.*
8. *Quando fiat dictum decretum, & quando non?*
9. *Formula alterius decreti.*
10. *Declaratio dicti decreti.*
11. *Quando quis poſſit examinare poſt publicationem?*
12. *Continuatio declarationis decreti.*
13. *Formula aliorum decretorum cum reſervatione ex-
plicata.*
14. *Teſtibus non examinatis in termino, non fit pu-
blicatio, ſed tantum concluſio.*

COmpleto examine, ſivo teſtium receptione
in partibus, a Curia delegata clauduntur acta,
& ſigillata, ad Curiam delegantem tranſmittun-
1 tur, & titulus, ſeu inſcriptio fit. E. G. *Acta
civilia examinis teſtium, quæ transmittuntur a Cu-
ria Terræ Sancti Severini Delegata, ut intus &c
ad S. R. C., in Banca mag. Januarii Recupido
Actor Mag. penes magnificum Hyacinthum de Sanct.
Scrib. ejuſdem S.R.C. &c.*

Præſentatis actis in S. R. C., fit illorum aper-
2 tura, quæ in judiciis ordinariis Publicatio voca-
tur. Antiquitus ante publicationem, fiebat actus,
ſive monitio ad publicandum, poſt cujus notifi-
3 cationem elapſis fatalibus interponebatur decre-
tum publicationis: Hodie tamen ex ultima Reg.
Conſt. diei 18. *Martii* 1738. §. 1. *num.* XXVIII.
ſublatus eſt dictus actus ad publicandum, ſive
monitio, & concluſio, tanquam inutilis, & tan-
tum publicatio remanſit, v3.

§. I.

4 XXVIIII. *Per l' iſteſſo effetto vogliamo, che
da oggi innanzi nelle compilazioni de' giudizj ſi tol-
gano gli Atti* ad concludendum, & concluſio, *e
l'Atto* ad publicandum, *reſtando ſolamente fermi gli
Atti della Pubblicazione, e della Monizione: quali
Atti di Pubblicazione, a Monizione ſi debbano anche
fare ne' termini di ripulſa, e del prima Beneficio, con
che però dal Decreto della Pubblicazione, che ſi fa
dal Commeſſario in caſa, non ſi poſſa produrre alcun
rimedio.*

Formula decreti publicationis hæc eſt, v3.

In cauſa T. de T. cum T. de T.

DIe 11. menſis Martii 1739. Neap. Per Do-
minum Militem U.J.D. D. Joſeph Caſimirum
Capozzuto Reg. Conſil., & cauſæ Commiſſarium,
5 viſis actis, proviſum, & decretum eſt, ac in præ-
ſenti cauſa fuit facta publicatio, & habitum pro
publicato in forma, hoc ſuum, & intim.
Capozzutus: Recupida A. M. De Sanctis, Scriba.

*Formula Replicationis Procuratoris Partis
adverſæ.*

DOctor T. inſtat pro actis, quibus viſis reſer-
vat jura, & ſibi, ſuoque principali reſervat
6 repulſam, omnieque juris remedia, nec non pro-
teſtatur de nullitate actorum &c. ſalvis &c. no-
tific. die 19. Martii 1739.

Formula relationis notificationis.

DIe *decima nona menſis Martii* 1739. *Io Fran-
ceſco di Gennaro Portiera del S.R.C. ho notifi-
7 cato il magnifico Dottor T. de T., e laſciatali co-
pia, perſonaliter &c.*

8 Supradictum decretum publicationis ita fit;
& non expectatur aliud examen, nec ullus alius
teſtis, qui in termino fuerit citatus, ſive præ-
ſens, ſive abſens examinandus eſt, quia hoc ca-
ſu decretum alio modo concipitur. E.G.

9 *Die... Viſa comparitione &c. fol.... In præ-
ſenti cauſa fuit facta publicatio cum termino dierum
...ad acta perſcrutandum, & examen, cum reſer-
tione in forma, hoc &c.*

10 Ubi nota, quod decretum prædictum fit cum
termino aliquorum dierum, tum ut teſtium exa-
minatorum dicta partes percunctari valeant, tum
ut teſtes præſentes, qui in termino ordinario fue-
runt citati, & non adhuc examinati, infra di-
ctum terminum examinentur, quo elapſo quia
præſumitur partem eorum teſtificata vidiſſe, pro-
pter ſubornationis timorem, ad examen non ad-
mittitur. *Cap. Fraternitatis* 17. *ubi DD. de te-
ſtib.* De Roſ. *prax. civil. p.* 1. *in* 1. *inſt. ord. jud. c. diſt.*
2. *num.* 5. & 6.

Digitized by Google

Verum ſi quis fidem Scribæ cauſæ præſentaverit, qua conſtet, ſe non vidiſſe proceſſum, ita
11 ut prædicta ſubornationis ſuſpicio eſſet, ea æquitate admittitur ad examen argum. Pragm. Quandoque ſolet de teſt. refræn. & repet. De Franch. dec. 668. Sanfel. dec. 22. penes De Ruſ. loc. cit.

12 Dicitur in decreto prædicto: cum reſervat. in forma: De ſtylo Curiæ, ideſt præſentandi examen aliorum teſtium, ſuorum audientia commiſſa fuit quando dictum examen advenerit; quæ dilatio eſt ad Judicis arbitrium, qui cavere debet, ne alteri parti noceat, teſtiumque non examinatorum subornationis forſan abſit ſuſpicio, idem De Roſa loc. cit. n. 7. Caravit. Rit. 86. n. 1.: & quando dictæ reſervationis formam Judex explicare vult, dicit: Cum reſervatione, quod infra dies ..... liceat T. de T. teſtes
13 examinare, quorum audientia commiſſa eſt, & habeatur ea ratio; quæ de jure habenda erit &c. Vel dici poteſt cum reſervatione; quod quandocumque ante ſententiam venerit audientia teſtium commiſſa, recipiatur, & in calculo ferendæ ſententiæ habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, hoc ſuum &c.

14 Quando in termino non fuerint examinati teſtes, tunc non fiebat publicatio, ſed tantum concluſionis decretum, quod finem probationibus imponit, quia eſt excluſio omnium aliarum probationum. Felyn. in cap. cum dilectus de fid. inſtr. & cap. paſtoris, de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Motill. de grad. publ. n. 2. & contra Bernard. Muſcatel. in prax. gloſſ. Repulſa.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XIX.

De Repulſa Teſtium.

1. *Repulſa teſtium an ſit odioſa?*
2. *Articuli formandi ſunt cum proteſtatione.*
3. *Ex ultima Reg. Conſt. ſublatus eſt terminus repulſæ repulſæ.*
4. *Articuli notificandi ſunt una cum nominibus teſtium ex d. Reg. Conſt.*
5. *Articuli contrarii cauſæ principali in repulſa non admittantur.*
6. *Ante receptionem oſtendendi ſunt cauſæ Commiſſario.*
7. *Formula inſtantiæ pro repulſa.*
8. *Formula conſenſus actoris.*
9. *Formula decreti.*
10. *Replicationis actoris.*
11. *Relationis notificationis.*
12. *Decreti commiſſionis examinis.*
13. *Replicationis Rei.*
14. *Literarum commiſſionalium.*
15. *Replicationis.*
16. *Obſervatoriæ in partibus.*
17. *Requiſitoriæ nominintum teſtium.*
18. *Relationis notificationis.*
19. *Articulorum.*
20. *Relationis notificationis articulorum.*
21. *Formula examinis.*
22. *Formula publicationis.*
23. *Monitionis ad ſententiam.*

Teſtium repulſa licet odioſa prima fronte videatur, reſpectu tamen petentium favorabilis eſt, quia eorum reſpicit defenſionem, qui iu defenſi
1 remanere non poſſunt, nec veritatem opprimi æquum eſt; præſertim quando non per calumniam, & prævia proteſtatione non animo calumniandi, ſed tantum eorum jura tuendi petitur, prout in ſequentibus formulis videbis. L. quoniam multi,
2 ubi Gloſſ. Cod. de advoc. Specul. tit. de Advocato §. 3. Bald. Caſtr. Angel. &c. in l. fin. ff. quod quiſque juris &c.

3 Hodie ex diſpoſitione ultimæ Reg. Conſt. diei 18. Martii 1738. §. 1. num. xxv. quia ſublata eſt repulſa repulſæ, petens terminum repulſæ, debet
4 nominare teſtes, & Parti adverſæ una cum nomi-
5 natione teſtium articulos cauſam repulſæ continentes notificare, nec admitti poſſunt articuli directe contrarii articulis, & probationibus cauſæ principalis, ſed tantum teſtium perſonas reſpicientes; ideoque Scribæ cauſæ ſub carcerationis pœna de-
5 bent articulos Commiſſariis oſtendere; a quibus ordines opportunos pro receptione, vel expulſio-
6 ne expectare debent, prout ex d. num. 15. Reg. Conſt. tranſcribendo in cap. ſeq. de repulſa repulſæ &c.

Formula inſtantiæ pro repulſa.

Die *decima tertia menſis, Maii 1738. Neapoli præſentata per U. J. D. D. T. de T. Procuratorem. Recupido A. M.*

Nel S. R. C. compariſce T. de T., e dice co-
7 me nella cauſa che verte in eſſo S. C. tra eſſo comparente, e li magnifici T. de T. eſſendoſi dato termine ordinario, e proceduto alla recezione de' teſtimonj, per parte delli ſuddetti T. de T. ſi ſono eſaminati tutti i teſtimonj loro familiari, dependenti, congiunti, ed affini ſino ad eſſerſi eſaminato T. de T. loro Avvocato in partibus, contro i quali in calce termini per parte del comparente ne fu riſerbata la ripulſa, *citra tamen eorum injuriam, tam quoad dicta, quam quoad perſonas*. E perchè intende proſeguire la ſuddetta repulſa, ed in effetto ripulſarli; Perciò compariſce in eſſo S. R. C., e fa iſtanza concederſeli il termine per la ſudetta repulſa, non ſolo in queſto, ma in ogni altro modo migliore &c. ſalvis &c.

Formula conſenſus præſtiti ab Actore ad finem reſecandi dilationes.

Doctor T de T. nomine ut ex actis &c. citra præjudicium omnium jurium ſuo loco, & tem-
8 pore &c. non impedit, concedi petitum terminum repulſæ parti ex adverſo, dummodo non utatur articulis impertinentibus, aliiſque de jure non admittendis; & ſervetur forma ultimæ Regalis Conſtitutionis diei 18. Martii 1738. &c, ſalvis &c. omni modo &c.

Formula decreti.

Die 20. Menſis Maii 1738. Neap. per Dominum Militem U. J. D. D. Joſeph Caſimirum Capozzuti Reg. Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, viſa retroſcripta comparitione præſentata pro parte T. de T. cum conſenſu in ea præſtito per magn. Procuratorem T. de T. proviſum,
9 & decretum eſt, quod concedatur prædicto T. de T. terminus juris ſuper petita repulſa, hoc ſuum, & intimetur. Capozzutus. Bova. Gallo.

Formula replicationis Actoris.

Actor iterum offert deponere, proteſtatur de expenſis & de omnibus aliis licite proteſtandis,
10 atque inhærendo replicatis, citra præjudicium &c. nominat habere Teſtes tam in hac Civitate, quam in Terra T. de T. aliiſque locis convicinis &c. & inſtat eorum depoſitionem committi Curiis in primo termino anunciatis, &c. omni modo meliori &c.

Formula relationis notificationis.

Die 29. menſis Maii 1738. Franceſco di Gennaro Portiero di Vicaria ho notificato il Dottore T. di T., e laſciatali copia &c.

Formula decreti Commiſſionis examinis.

Die 22. menſis Junii 1738. Neapoli per D. Militem U. J. D. D. Caſimirum Capozzuti Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, viſis actis, ac retroſcripta comparitione proviſum,
12 & decretum eſt, quod Teſtes in præſenti cauſa examinandi in præſenti termino repulſæ in hac Civitate degentes recipiantur, atque examinentur per S. C.; Teſtes vero in partibus degentes recipiantur, & examinentur per Curiam T. T. in ſolidum; hoc ſuum, & expediantur, & conſignentur litteræ commiſſionales. Capozzutus. Bova. Gallo.

For-

Formula replicationis Rei.

DOctor Origlia inſtat non recipi affines, Familiares, alioſque de jure prohibitos, & reſer-
13 vans omnia jura, juriſque remedia, inſtat notificari ſuum Principalem ad U.J.D. ſalvis &c.

Die 25. Junii 1738. Franceſco Caſſano Portiero del S. C. ho notificato il magnifico Dottore D. Giuſeppe Origlia perſonaliter.

Formula litterarum commiſſionalium.

D. Joſeph Caſimirus Capozzutus Miles U.J.D. Conſiliarius; & ad cauſam infraſcriptam per S.R.M. ſive ejus S.R.C. Judex, & Commiſſarius ſpecialiter deputatus &c. Curiæ T. de T. in ſolidum ſignificamus, qualiter in cauſa coram nobis, & in S. C. vertente inter T. de T. ex
14 una, & N. N. ex altera parte; fuit datus terminus juris ſuper repulſa petita pro parte T. de T. & facta nominatione Teſtium in veſtris partibus; audientia eorum fuit vobis inſolidum, ut ſupra commiſſa; ideo vobis, ut ſupra jam dictis dicimus, committimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ſupradicti T. de T. ſive &c. omnes, & quoſcumque Teſtes coram vobis producendos pro parte T. de T. in præſenti termino repulſæ illos, prævia tamen dictorum Teſtium citatione, ac partium requiſitione ad illorum juramenta videndum, recipere, interrogare, atque examinare habeatis unum poſtalium ſemotim, & in ſecreto ſuper articulis ſimiliter vobis præſentandis pro parte dicti T. de T. in præſenti termino repulſæ, interrogando eos de cauſa ſcientiæ, ac de loco, & tempore aliiſque circumſtantiis de jure requiſitis, quo examine completo, una cum præſentibus, ac dictis articulis originaliter ad Nos, & dictum S.R.C. in ſubſcripta banca tranſmittatis, ut illis habitis, & viſis valeamus de juſtitia providere, & ad ulteriora procedere, alias &c. Datum Neapoli die 22. menſis Junii 1738. Joſeph Caſimirus Capozzutus: Franciſcus Bova A. M. Franciſcus Gallo Scriba.

DOctor Adami nomine ut in actis, inſtat non recipi affines, neque familiares, alioſque de jure prohibitos &c. proteſtatur contra Teſtes, & reſervat omnia jura, juriſque remedia &c., &
15 ad videnda juramenta Teſtium inſtat citari magnificum U.J.D. T. de T. degentem in Terra T. ſalvis &c. omni modo meliori &c.

Die 25. menſis Junii 1738. Franceſco Caſſano Portiero del S. C. ho notificato il magnifico Dottore D. Michele Adami perſonaliter, e laſciatali copia &c.

Formula obſervatoriæ datæ in partibus.

DIe 21. menſis Auguſti 1738. in Terra T. Curia Delegata &c. retroſcriptæ litteræ commiſſionales S. R. C. fuerunt Nobis exhibitæ, & præſentatæ in hac noſtra Curia per T. de T.
16 commorantem in terra T.; quibus lectis coram D. Gubernatore præfatæ Terræ T. fuerunt ſupra caput receptæ omni, qua decet reverentia, & fuit dictum quod exequantur, & debitæ executioni demandentur juxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, pro quarum executione, fuit quoque dictum, quod recipiantur Teſtes producendi per dictum T. de T. in gradu repulſæ, in cauſa, quam habet cum heredibus T. de T. requiratur, & moneatur T. de T. in dicta Terra degens, quod compareat coram Nobis ad videnda juramenta Teſtium examinandorum, alias &c. Ita per hoc ſuum &c. expediatur requiſitoria cum inſerta forma retroſcriptarum litterarum commiſſionalium, & intimetur.

T. de T. Gubernator, & Delegatus.

T. de T. Actorum Mag., & Delegatus.

Formula citationis ad Teſtes, & ad videnda juramenta Teſtium in partibus.

JUratis, & ſervientibus noſtris, ſive aliarum quarumvis Curiarum, & locorum inſolidum requirendis ſignificamus, qualiter in hac noſtra Curia fuerunt nobis exhibitæ, & præſentatæ litteræ commiſſionales S. R. C. per T. de T. principalem tenoris ſequentis, vz. (inſeruntur litteræ
17 commiſſionales hic ſub num. 14. tranſcriptæ cum replicatione, & notificatione ſub num. 15.) in calce cujus fuit facta debita obſervatoria in forma vz. (inſeritur decretum obſervatoriæ ſic ſub num. 16. tranſcriptum) quibus omnibus hic inſertis, & præinſertis, inſtati fuimus pro præſentium expeditione, nos enim &c. Ideo vobis, ut ſupra jam dictis requirendis inſolidum &c. Dicimus committimus, & Regiæ qua in his fungitur authoritate mandamus, quatenus receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ſupradicti T. de T. citare habeatis, & debeatis infraſcriptos Teſtes ſub pœna unciarum auri viginti quinque per quemlibet Fiſco Regio &c. quatenus in die Sabbati, quæ erit vigeſima quarta currentis menſis Auguſti 1738. hora ſolita cauſarum, & deinde in antea cum continuatione poſt &c. compareant coram nobis in hac noſtra Curia delegata ad deponendum teſtimonium veritatis ſuper articulis repulſatoris præſentandis per dictum T. de T. in cauſa, quam habet cum T. de T. dictæ Terræ T. necnon moneatis, & requiratis U. J. D. T. de T. ejuſdem Terræ T. deſtinatum per U. J. D. T. de T. Procuratorem dicti T. de T. quatenus in eadem die Sabbati, quæ erit vigeſima quarta menſis Auguſti 1738. & deinde in antea cum continuatione compareat ad videndum juramenta dictorum Teſtium examinandorum, alias &c. citetis, moneatis, & referatis in forma. Datum de Terra T. die vigeſimo 1. menſis Auguſti 1738.

U.J.D. T. de T. Gubernator, & Delegatus.
T. de T. Act. Mag. & Delegatus per S.C.

Nomina teſtium ſunt, vz.

Doctor T. de T.
T. de T.
Mag. T. de T.
T. de T. Terræ T.
Ad U. J. D. T.
Mag. U.J.D. T. de Te Terræ T.

Requiſitoria cum inſerta forma ut ſupra.

Formula relationis notificationis, vz.

Die 23. menſis Auguſti 1738. in Terra T. Curia &c.

ANdreas de T. ordinarius ſerviens, & Bajulus Caſalis T. cum juramento retulit mihi
18 infraſcripto Ordinario Actuario Baronalis Curiæ Terræ T. ſe die 22. menſis Auguſti, & anni 1738. intimaſſe, & notificaſſe retroſcriptam citationem magnifico U.J.D. D. Baſilio T. in Caſale T. degenti, eidemque perſonaliter dediſſe copiam integram retroſcriptæ citationis præſentibus pro Teſtibus retroſcripto Matthæo T. Caſalis T., & Laurentino T. necnon eodem ſupradicto die 22. cum præſenti citatione citaſſe, & notificaſſe retroſcriptos Teſtes perſonaliter eo modo, & forma, ut ſunt ſignati, eiſdemque dediſſe copiam, & ad fidem &c. Hector T. Actorum Mag., & Delegatus.

Formula articulorum hujus Judicii, vz.

P*Ræſentati per T. de T. Terræ T. Principalem Comparentem in Curia T. ſub die 24. menſis Auguſti 1738. T. A. M. Deleg.*

Quos infraſcriptos articulos dat, facit, & exhibet in Baronali Curia Terræ T. commorans, in termino repulſæ Teſtium productorum per hæ-

redes, & pupillos dicti qu. T. de T. Oppidi T. pro cauſa, quam in S. R. C. habet cum eiſdem de, ſuper, ut actis &c. petens ſuper eiſdem recipi ;ex & examinari Teſtes ſer. ſalva facultate addendi &c. non ſe adſtringens &c. deducens &c. omni modo meliori &c.

I. Intende, e vuol provare, come il Sig. T. di T. è Zio carnale delli figli, ed eredi del qu. T. di T. perchè ſono figli reſpettivamente di una ſua ſorella chiamata la magnifica T. di T. moglie di detto quond. T. Teſtibus &c.

II. Vuole, ed intende provare, che il Dottore T. di T. della Terra T. è ſimilmente congiunto in grado ſtretto di parentela con l'accennati figli, ed eredi del detto qu. T. di T. per parte di detta magnifica T. di T. il che è vero Teſtibus &c.

III. Vuole, ed intende provare, come il magnifico Medico T. di T. è ſocio nella negoziazione col Reverendo Sacerdote T. di T. Zio Padruo di detti Pupilli, che è Tutore de' medeſimi, ed in conſeguenza familiariſſimi tra di loro il che è vero teſtibus &c.

IV. Vuole, ed intende provare, come il magnifico T. di T. è Avvocato Ordinario delli cennati Rev. T. di T. e ſuddetti figli, ed eredi del qu. T. di T., e preſentemente ancora è tale, patrocinando tutte le di loro cauſe &c.

V. Vuole, ed intende provare, come il cennato Dottor qu. . . . . . . quantunque fuſſe ſtato un uomo negoziante, nondimeno non ha ſaputo mai regiſtrare conti con quella diſtinzione, che ſi ricercava, dimodocchè ognuno, che ci ha trattato, ſe ne ha lamentato, ed in fine doppo la ſua morte ſi è trovato nelli ſuoi libri, che dove egli ſi chiamava Creditore, ſi è trovato debitore, come è ſtato col Duca al Monaſtero di S. Gio: della Terra T., ed altri Teſtibus &c.

VI. Intende, e vuole provare, come eſſendoſi framezzato all' appuramento de' conti, che paſſavano tra eſſo Articolante, ed il detto qu. T. di T. il cennato Dottore T. di T., l' Articolante ſudetto quantunque ſi fuſſe contentato, che li aveſſe veduti, come un ſemplice mezzano per accordare quel che poteva, nondimeno avendo inteſo, che ſe ne voleva fare Arbitratore, non volle mai aſſentire con dargli tal facoltà, anzi ſe ne proteſtò ſempre avanti perſone oneſte, che mai intendeva mai ſtare a quello, che diceva il detto Dottore T. perchè ſapeva bene, che era Avvocato di detti T. di T., ed in conſeguenza ſoſpetto, Teſtibus &c.

Item hæc, & alia &c.

Item in præmiſſis, & circa præmiſſa &c.

Formula notificationis articulorum, uz.

A Dì 24. del meſe d' Agoſto 1738. in Terra T. Curia Delegata &c. T. di T. Ordinarius Bajulus, & ſerviens hujus Curiæ Terræ T. cum
20 juramento retulit mihi infraſcripto Ordinario Actuario Baronalis Curiæ Terræ T. ſe in die 23. dicti menſis Auguſti & anni 1738. intimaſſe, & notificaſſe retroſcriptos Articulos magnifico T. de T. perſonaliter, eidemque dediſſe copiam integram, præſentibus pro Teſtibus T. de T. & T. de T. & ad fidem &c. T. de T. A. M. Deleg.

Formula depoſitionis Teſtium.

Die 24. menſis Auguſti 1738. in Curia T. Delegata per S. R. C., & coram U. J. D. D. T. de T. Gubernatore præfatæ Terræ T.

MAgnifico T. de T. della Terra T. al preſente in queſta Terra T. pubblico Notaro di ſua età d' anni 37. in circa ut dixit teſtis ci-
21 tatus, relatus; & medio ejus juramento interrogatus, & interrogatus ſuper articulis repulſoriis in hac Curia præſentatis per T. de T. commorantem in dicto Caſale T. in cauſa, quam habet cum heredibus qu. Doctoris D. de T. citato U. J. D. T. de T. ad U. J. T. T.

Interrogatus ſuper primo articulo repulſatorio, eidem lecto &c. dixit, ſo beniſſimo, che il magnifico Filippo T. della Terra T. mio conoſcente è Zio carnale delli figli, ed eredi del qu. Dottore T: de T. per cauſa, che detto qu. T. de T. ſi preſa per moglie la magnifica T. de T. ſorella carnale di detto magnifico D. T. de T. anche mia conoſcente per averla più volte veduta in detto Caſale T.

Interrogatus ſuper ſecundo articulo, eidemque lecto &c. dixit, Signore, sò beniſſimo che il Dottore T. de T. della Terra T. mio Paeſano, e conoſcente ſia parente dell' anzidetti figli, ed eredi di detto qu. T. de T. ſapendo che per tali ſi ſiano trattati, e ſi trattano.

Interrogatus ſuper tertio articulo lecto &c. Signore, lo sò che il Dottore Fiſico T. de T. di detto Caſale è familiare del Rev. T. de T. e Tutore delli figli, ed eredi di detto qu. T. de T., e sò, che l' anno paſſato fecero negozio di ſeta inſieme con il magnifico T. de T. fratello carnale di eſſo Dottor Fiſico, ed ha trattato diverſi affari di eſſo D. T. de T.

Interrogatus ſuper quarto articolo eidemque lecto &c. dixit, Signore. Io sò beniſſimo, che il magnifico T. de T. di detto Caſale mio paeſano era ſtato Avvocato del Reverendo Signor D. T. de T. ed anche era Avvocato di detto qu. T. de T. avendoli più volte veduti trattare negozj inſieme, che di preſente ſia Avvocato delli figli, ed eredi del detto qu. T. non sò.

Interrogatus ſuper 5. articulo, eidemque lecto &c. dixit, Signore, Io sò beniſſimo, che detto qu. T. di T. è ſtato negoziante, e circa reliqua dixit neſcire.

Interrogatus ſuper 6. articulo, eidemque lecto dixit &c. Signore, sò beniſſimo, che ſi erano conſegnati li conti della ſocietà tra T. de T., ed altri conſɾj in mano del detto Dottore T. de T. acciò aveſſe quelli veduti amichevolmente, ſiccome più volte mi diſſe detto T. de T., che poi detto Dottor T. de T, ſi fuſſe intromeſſo ne' conti, come Arbitratore, Io non sò, ſo bensì, che avendo il Baglivo di detto Caſale portata una cartola in forma di laudo ſenza firma a Giuſeppe T. Fratello del detto T. in mia preſenza, letta, che l' abbi, gli diſſi, che aveſſe mandato un corriere apposta da ſuo fratello, che ſi ritrovava fuori, atteſe tale coſa era imbroglia; e doppo ritiratoſi detto T. de T. mi diſſe, che non ſapeva coſa alcuna di quello eraſi operato da detto T. de T. più volte diſcorſo per tal cauſa, mi ha detto, che non ha voluto mai acconſentirvi; e sò, che detto Dottor di T. era Avvocato di T. de T. come ho depoſto di ſopra.

Interrogatus de cauſa ſcientiæ, dixit omnia prædicta ſcire loco, modo, & tempore, ut ſupra &c.

Io T. de T. ho depoſto come ſopra.

U. J. D. T. de T. Gubernator, & Deleg.

T. de T. Act. Mag.

Hoc modo deponunt alii Teſtes.

Formula decreti publicationis.

In cauſa heredum qu. T. de T. cum T. de T. die 9. menſis Septembris 1738.

PEr D. Militem U. J. D. Franciſcum Crivelli Reg. Conſiliarium, & cauſæ Commiſſ. viſis
22 actis, proviſum, & decretum eſt, quod in termino repulſæ præſentis cauſæ fuit facta publicatio,

tio, & habitum fuit pro publicato in forma, hoc ſuum, & intimetur.

Crivell. Bova A. M. Gallo Scrib.

Die 9. menſis Decembris 1738. Franceſco di Gennaro Portiere del S.C. ho notificato il Dottor T. de T. perſonaliter, e laſciatoli copia.

QUoniam D. Miles U. J. D. Franciſcus Crivelli Regius Conſiliarius, & cauſæ Commiſſ. intendit præſentem cauſam expedire juſtitia mediante, ideo intimantur partes, quatenus prima
23 die juridica cum continuatione &c. legitima compareant coram eo, in domo, & in aula S.R.C. horis ſolitis, ad dicendum quæ &c. Datum Neapoli die 13. menſis Decembris 1738.

Bova Act. Mag. Gallo Scriba.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXI.

De Repulſa Repulſæ.

1. Repulſa repulſæ ſublata eſt per ultimam Reg. Conſt.
2. Tranſcribitur capitulum Reg. Conſt.
3. Articuli non formantur per verbum pone.
4. Ricciu ſui immemor hic.
5. A Riccii formulis in hac re cavendum.

CIrca Repulſam repulſæ concluſiones adducere inutile omnino eſſet, ac infructuoſum, quia
1 ex ultima Reg. Conſt. 18. Mart. 1738. §. 1. n. xxv. omnino ſublata eſt, prout in præcedenti capite obſervatum eſt, cujus Reg. Conſt. tenor eſt. E.G.

§. I.

2 XXV. Reſtando fermo il termine della Ripulſa de' Teſtimonj, vogliamo, che ſi debba togliere il ſecondo termine, cioè quello di ripulſa della ripulſa, rimanendo alle Parti la facoltà di eſaminare nel primo termine di ripulſa i Teſtimonj, per elidere le op-
3 poſizioni, che da colui, che domanda il termine della ripulſa ſi potranno fare, in riguardo alle perſone, eſaminate nel termine; dovendo eſſere obligato quello, che domanda il termine della ripulſa far la nomina de' ſuoi teſtimonj, e notificare alla Parte contraria
4 gli articoli, che contengono le cauſe della ripulſa, affinche l' altra Parte poſſa in queſto termine eſaminare i ſuoi teſtimonj; giacchè queſto termine di ripulſa non riguarda altro, ſe non che le perſone de' teſtimonj eſaminati; E perciò non ſi debbano ammettere Articoli direttamente contrarj a ciò, che la Parte avverſa ha articolato, e provato nella Cauſa principale. Per lo di cui effetto gli Scrivani reſpettivamente delle Cauſe ſotto pena di carcerazione debbano far riconoſcere i ſuddetti Articoli da' Commeſſarj, per attendere da' medeſimi l'ordine, ſe ſi abbiano da ammettere, o ributtare.

5 Animadvertendum tantum eſt, quod Ricc. in cap. 16. præced. num. 15. ſcribit, articulos minime formandos eſſe, per verbum: pone; e vuol provare: ne in articulorum confeſſionem incidat articulans cum ejus præjudicio, prout etiam in noſtris obſervationibus nos meminimus; quomodo poſtmodum in hujus termini articulorum formulis ſub num. 9. art. 2. & 3., illos per verbum: pone, e vuol provare; format? ideo ab illis formulis in hac parte cavendum eſt, quia aut ſcribentis, aut typographi errori, aut calami nimium currentis lapſui tribuenda eſt oblivio.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXII.

De primo, & ſecundo Beneficio.

1. Secundum beneficium ſublatum eſt.
2. Primum tantum admittitur.
3. Adminiſtratorum culpa in probationibus punitur ad damnum.
4. Item in primo beneficio ad pœnam ducatorum 24.
5. Tranſcribitur capitulum Reg. Conſt.
6. Litis conſors utitur Privilegiis conſortis.
7. Beneficia non conceduntur, niſi petantur.
8. Infra decem dies non privilegiati inhærere debent beneficiis.
9. Tranſcribitur capitulum Reg. Conſt.
10. Formula decreti primi beneficii.
11. Oblationis depoſitionis.
12. Replicationis Procuratoris.
13. Relationis Porterii.
14. Decreti commiſſionis examinis.
15. Litterarum commiſſionalium.
16. His expeditis quid ſit?
17. Formula replicationis.
18. Relationis notificationis.
19. Citationis ad teſtes, & ad U. J. T.
20. Formula obſervatoriæ.
21. Relationis Algozerii.
22. Formula articulorum in termino primi beneficii.
23. Depoſitionis Teſtium.
24. Formula decreti publicationis.
25. Formula replicationis Procuratoris.
26. Relationis notificationis.
27. Admonitio.

HOdie per noviſſimam Regalem Conſtit. prædictam diei 18. Martii 1738. §. 1. num. xxvi.
1 ſublatus omnino eſt terminus ſecundi beneficii, ſed tantum primum beneficium relictum eſt; &
2 pariter proviſum eſt, quod ſi Adminiſtratoria, aut Procuratoria privilegiatarum perſonarum cul-
3 pa, nulla fieret probatio in principali cauſa, ad damnorum refectionem ipſi teneantur; & nulla
4 itidem facta probatione in termino primi beneficii, ille qui petierit in pœnam ducatorum 24. incurrat. E. G.

§. I.

5 XXVI. Rimanendo fermo il termine del primo beneficio, ſtabiliamo, che ſi debba togliere affatto il termine del ſecondo beneficio, che ſi concede alle Perſone, e Luoghi privilegiati. E ſe mai dall' Amminiſtratore, o Procuratore di dette perſone privilegiate per loro colpa non ſi faceſſe pruova nella cauſa principale, debbano eſſi eſſer tenuti alla refezione de' danni in beneficio delle medeſime, anche per eſecuzione di ciò, che ſi diſpone nella Prammatica 38. de offic. S. R. C.; anzi domandandoſi la ripulſa nel ſuddetto termine del primo beneficio, e non facendoſi prova, debba chi la domanda pagare la pena di ducati 24.

6 Litis conſors non privilegiatus uti poteſt beneficiis privilegiato conceſſis. Montan. controv. forenſ. 79. n. 1. cum Afflict. dec. 213. &c.

7 Sed beneficiis uti non poteſt, niſi petantur, & per Curiam concedantur; & ex ultima prætitata Reg. Conſt. §. 1. num. xx., ſancitum eſt, ut per-
8 ſonæ privilegiatæ; quæ gravamini privilegiatis producto inhærere vellent, nonniſi infra decem dies a die gravaminis producti decurrendos, hoc facere valeant, videlicet.

§. I.

9 XX. Le perſone non privilegiate, che nel giudizio voleſſero inerire al gravame prodotto dalla perſona privilegiata, debban farlo tra lo ſpazio di giorni dieci decorrendi dal dì, che ſarà ſtato prodotto il gravame ſuddetto, non oſtante qualſiſia ignoranza, che ſi allegaſſe da colui, vuol inerire, quali elaſſi, non poſſa più avvalerſi di tal beneficio.

Petito termino primi beneficii a perſona privilegiata, fit ſequens decretum, 13.

IN cauſa Clerici Conjugati Joſephi Balbi, Catherinæ, & Thereſiæ Groſſo cum Auguſtino,
10 & Thereſia Rommelli, ut ex actis &c. & magnifico Notario Vito Grippo Curatore Annæ Rommelli &c.

Die 20. menſis Novembris 1731. Neap.

PEr ſubſcriptum Dominum Judicem M. C. V. cauſæ Commiſſarium, viſis actis; fuit proviſum, & decretum, quod in præſenti cauſa concedatur petitum beneficium cum termino juris in for-

Digitized by Google

forma in retroſcripta ejus replicatione, hoc &c. Caroſalo. Bologninus A.M. Barberius Scriba.

Formula oblationis depoſitionis.

ACtores iterum offerunt deponere, & dicunt ha-
bere Teſtes in Terra T. inſolidum, quibus
inſtat ſuas commiſſionales dirigi, necnon commit-
11 ti examen partis adverſæ magnificis Officialibus
non ſuſpectis in primo termino enunciatis, & ci-
tari ad videnda juramenta Teſtium M. T. de
T. reſervans repulſam, & repulſam repulſæ, a-
liaq; juris remedia &c. ſalvis &c.

Formula replicationis Procuratoris Partis adverſæ.

PRocurator, ut ex actis, acceptat oblatam depo-
ſitionem recipiendam per non ſuſpectum, &
nominat habere Teſtes in Terra T., aliiſque lo-
cis convicinis, pro quorum examine petit dirigi
12 litteras commiſſionales Officialibus Curiarum
T. T., & T. T. in ſolidum, & citari magni-
ficum Curatorem ad videndum juramentum Te-
ſtium, reſervans ſibi repulſam, & repulſam re-
pulſæ, aliaque juris remedia, inſtando iterum
pro actis, ut per eorum lecturam melius articu-
los formare poſſit, aliter &c. iſto &c.

Formula relationis Porterii.

ADì 19. Novembre 1731. Napoli. Io France-
ſco T. Portiero di Vicaria ho notificato il
13 magnifico Dottore T. de T.

Formula decreti commiſſionis examinis Teſtium.

Die 17. menſis Novembris 1731. Neapoli &c.

PEr ſubſcriptum D. Judicem M. C. V. cauſæ
Commiſſarium, viſis actis, fuit proviſum, &
decretum, ac in præſenti cauſa primi beneficii
fuit facta electio Examinatoris, & fuit electus
14 Examinator S.C., qui teſtes amborum Partium
in hac Civitate ſiſtentes valeat recipere, & exa-
minare; Teſtes vero in partibus examinandi pro
parte T. de T. & T. T. de T. Curatoris T.
de T. recipiantur per magnificos Officiales Cu-
riarum T. T. & T. inſolidum, hoc ſolum, &
expediantur commiſſiones. Garoſalo: Bologninus
Act. Mag. Barberius Scriba.

Formula literarum commiſſionalium in termino primi beneficii.

D. T. de T. Princeps T., & in præſenti Regno
Mag. Magiſter Juſtitiarius, Regens, &
Judices M.C.V.

MAgnificis Officialibus Terrarum T. & T. ſi-
gnificamus, qualiter in cauſa vertente in hac
M. C. V. inter Clericum Conjugatum T. de T.
& T. de T. cum T. de T. & T. de T. Cu-
ratore T. de T. pro parte dictorum T. de T.
fuit petitus terminus primi beneficii in cauſa præ-
15 dicta fuit datus terminus ordinarius, & vobis
commiſſa Audientia Teſtium examinandorum in
veſtris partibus; Ideo vobis, ut ſupra jam dictis
dicimus, committimus &c. quatenus receptis præ-
ſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem
dictorum T. de T. ſive &c. omnes, & quoſ-
cumque Teſtes coram vobis producendos illos re-
cipere, interrogare, & examinare debeatis, &
habeatis ſuper articulis vobis præſentandis, unum
poſt alium ſemotim, & in ſecreto, interrogando
eos de cauſa ſcientiæ, loco, & tempore, in omni-
bus ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, quo exa-
mine completo, una cum præſentibus, ad nos
clauſa, & ſigillata, ut decet, tranſmittatis ad fi-
nem providendi, alias &c. Datum Neappli &c.
Die 17. menſis Decembris 1731.

Caroſalo. Bologninus Act. Mag.
Barberius Scriba.

16 His litteris expeditis, antequam in partes mit-
tantur pro examinis receptione, fit hic earum co-
pia, quæ notificanda eſt Procuratori partis ex
adverſo, ad hoc ut perſonam teſtium juramento
videndo in partibus deſtinare valeat; qui hæc re-
plicare ſolet, v3.

Formula replicationis.

PRocurator, ut ex actis, proteſtatur contra Te-
ſtes, & dicenda per eos, inſtando non recipi
affines, conſanguineos, familiares, alioſque de jure
prohibitos, & tempore receptionis illorum requiri
17 magnificum Notarium T. de T. ad videndum
eorum juramenta, alias de nullitate proteſtatur,
reſervando ſibi repulſam, & repulſam repulſæ
ſalvis &c. inſtat inſuper pro actis, ut magis con-
grue articulos formare poſſit pro defenſione prin-
cipalium, alias &c.

Notandum, repulſam repulſæ reſervatam fuiſ-
ſe, quia ante Regiam Conſtitutionem hæc age-
batur cauta.

Formula relationis notificationis.

ADì 12. Decembre 1731. Napoli. Io France-
ſco T. Portiero di Vicaria ho notificato il
18 magnifico T. de T &c.

Præſentatis literis commiſſionalibus Curiæ de-
legatæ in partibus, ab eadem in calce ipſarum
fit decretum obſervatoriæ, quod in nu. 20. tran-
ſcriptum eſt, & poſtmodum citatio ad Teſtes, &
ad videnda juramenta teſtium emanatur, v3.

Formula citationis ad teſtes.

JUratis, & ſervientibus noſtris ſive &c. ſignifi-
camus, qualiter pro parte, & ad inſtantiam ma-
gnifici T. de T. fuerunt nobis exhibitæ, & præ-
19 ſentatæ Proviſiones M.C.V tenoris ſequenti, v3.

C A R O L U S.

T. de T. Princeps &c. (hic inſeruntur litte-
ræ commiſſionales ſub nu. 15. tranſcriptæ,
quibus inſertis, ſequitur hoc
modo.

IN *calce quarum proviſionum fuit facta obſervantia
ut ſequitur*. Die octava menſis Februarii 1732.
Terra T. &c. retroſcriptæ litteræ commiſſiona-
les exhibitæ, & præſentatæ fuerunt per T. de
20 T., quæ receptæ fuerunt ſupra caput omni,
qua decet reverentia, & pro earum obſervantia,
fuit proviſum, & decretum, quod Teſtes produ-
cendi, & examinandi ad inſtantiam dicti T. de T.
producantur, & examinentur per noſtram Cu-
riam, pro cujus effecto expediatur citatio ad Te-
ſtes cum inſerta forma, citata etiam Parte ad vi-
denda juramenta Teſtium. Ita per hoc ſuum &c.
T. de T. U. J. D. Gubernator Delegatus T. de
T. A. M. &c. Ideo vobis ut ſupra jam dictis,
dicimus, committimus, & mandamus, quatenus
receptis præſentibus ad omnem inſtantiam, & re-
quiſitionem dicti T. de T. ſive &c. mandetur
ſubſcriptis Teſtibus, & unicuique ipſorum, &
ad pœnam unciarum auri viginti per quemlibet
Fiſco Regio &c. quatenus prima die poſt &c.
perſonaliter compareant, & quilibet ipſorum com-
pareat coram nobis, & in hac Baronali Curia Terræ
T. ad deponendum, & perhibendum teſtimonium ve-
ritatis ſuper articulis præſentatis in cauſa, quam
habet in M.C.V. cum T. T. de T. T., &
T. de T. Curatorem T. de T. minoris de, &
ſuper, ut in actis, cui T. de T. notificetis, qua-
liter in eodem termino, & deinde in antea cum
continuatione compareat ut ſupra ad U. J. T. in
dicta cauſa examinandorum ſi eis intereſſe pota-
verit, alias &c. quoniam &c. Datum Terræ T.
die 9. menſis Februarii 1732. T. de T. Gu-
bernator Delegatus.

Nomina Teſtium ſunt v3.

Nella Terra T.
Il magnifico T. di T.
T. di T.
Magnifico Notar T. di T.
Magnifico T. di T.
Nec non magnifico T. de T. ad U.J.T.

For-

Formula relationis Alguzerii.

DIe 13. menſis Februarii 1732. Terræ T.
&c. Dominicus Palmicri ſerviens hujus Ba-
ronalis Curiæ retulit mihi cum juramento in-
21 fraſcripto Actuario ſe heri die 12. menſis
Februarii citaſſe retroſcriptos Teſtes in Terra
T. & domi domo, & forma, ut ſunt ſigna-
ti, nec non citaſſe perſonaliter magnificum No-
tarium T. de T.; ad videndum juramentum
Teſtium examinandorum, & ei reliquiſſe co-
piam eum inſerta forma commiſſionum: præ-
ſentibus pro Teſtibus Auguſtino T. & Vito
T., & ita in fidem, &c. Joſeph T. A. M.
Deleg.

Formula articulorum in termine primi beneficii præſentatorum.

Die decima quarta menſis Februarii 1732.
in Curia Terræ T. Delegara præſenta-
ta per T. de T. Principalem.

HÆc proponuntur, ſuper quibus eaaminandi
ſunt Teſtes ad inſtantiam T. de T., &
22 T. de T. in cauſa termini primi beneficii,
quam active habent in M. C. V. eum T. de
T. ſuper relaxatione Territorii, ut ea actis,
quibus &c. omni modo meliori &c. ſalvis &c.

I. Intendono provare, come il Territorio detto il Metojo è ſtato, ed è fondo dotale dell' articolante T. de T. nè ſi poteva alienare ſenza Regio Aſſenſo, giuſta, e raggionevole cauſa, come tutti gli alrri fondi dotali, Teſtibus &c.

II. Intendono provare, come per tutto lo Stato di... e per tutt' i contorni ſi oſſervano ad unquem le leggi communi, e del Regno, cioè di non poterſi alienare un fondo dotale ſenza Regio Aſſenſo, Teſtibus &c.

III. Vogliono provare, come l' articolato Territorio ſi trova in poſſe di T. de T. da anni 20. in circa a queſta parte, ſenza giuſto titolo, a ſenza il dovuto Regio Aſſenſo, onde viene ingiuſtamente detenuto, Teſtibus &c.

IV. Intendono provare, come in tempo, cho detto Territorio del Metojo paſsò nelle mani delli riferiti T. di T. era tutto alborato di alberi fruttiferi, e vi era anche una Vigna col Territorio ſeminatorio, e di altri frutti, che in tutto rendeva annui ducati quattro franchi. perlocchè valeva, e vale preſentemente ducati ottanta franchi, e liberi, Teſtibus &c.

V. Vogliono provare, come detto prezzo di ducati ottanta s' intende franco, e libero da ogni peſo, mentre non ſolo aveva di rendite di alberi, frutti, ſeminatorj, ma anche godeva una ſervitù di ſtrada ſopra il Territorio di T. di T. che rendeva maggior commoda l' andata al Territorio detto del Metojo; quali frutri, e ſervitù ſi è ſpiantata, e disfatta per incuria delli detti T. di T. avendo laſciata la Vigna ſuddetta per loro colpa, e caggionato in detto Territorio altre notabili deteriorazioni. Teſtibus &c.

VI. Intendono provare, come detti Articolanti ſono ſtati ſempre doloſi per lo mentovato Territorio, e ſempre hanno detto, che dalla giuſtizia ſi volevano far reintegrare nel medeſimo, a caggion che quantunque dalla parte ſi vanti eſſergli ſtato venduto dall' Articolanti per ducati 22. però queſto non è vero, e quando mai così fuſſe, vi è una leſione enormiſſima, perchè valeva ducati 80. come ſopra, nè è ſtato mai apprezzato da apprezzatori eletti per conſenſo di eſſi articolanti, nè in tempo dell' iſtromento, che vanta la parte fu fatto il dovuto apprezzo. Teſtibus &c.

Item hæc, & alia &c. cum poteſtate addendi, minuendi, variandi &c. omni modo meliori &c. ſalvis &c.

Formula depoſitionis Teſtium.

9 Quodque axioma corroboratur authoritatibus noſtrorum DD.. *Præſes de Franchis*, qui in *deciſ.* 639. *in fine* dixit: *Videtur tamen concludendum, quod etiam condito teſtamento, portio Fæminarum accreſcit fratribus utrinque conjunctis ex ſupradictis, & quod intelligi de ſororibus bonis dotatis*.

Epiſcopus Riccius *ad de Franch. deciſ.* 566. cujus verba ſunt: *in hoc Author noſter deciſ.* 639. *videtur concludere, ab inteſtato omnes ſuccedere, tam maſculos quam fæminas, licet portionem fæminarum accreſcant fratri cum onere dotandi, ſed condito teſtamento per matrem, concluditur ſimiliter, fæminas ſuccedere, & earum portiones fratribus accreſcere cum onere dotandi, quod non procedit in ſororibus dotatis*.

Poſt multos Patet Molfeſ. *tom.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 22. *n.* 14. ubi ex *dec.* de Franch. *dec.* 639. ita concludit, *ex quo dum ſorores ſunt dotatæ, ac proinde dum ad fratres utrinque conjunctos non ſpectet habere portiones dictarum ſororum, dum conſuetudo reſpectum habet ad onus dotandi, ut ex ejus lectura cernitur*, ideoque idem Molfeſ. *tom.* 1. *par.* 3. *quæſt.*

Digitized by Google

quæſt. 21. *num.* 14. *&* 15., concluſive ſe habuit, quod fratre non dotante, omnes, æqualiter ſuccedere, prout latiſſime fundavimus ex ſtatutis per Napod. *loc. cit.* igitur nullum laudum ex quo declaratum eſt, medietatem hereditatis, in qua inſtitutus fuit D. Joſeph., & D. Anna, dempta legitima, & medietare decimæ, ſpectare ad eumdem D. Joſephum.

Cumque non latet, ipſam D. Annam fuiſſe dotatam a quond. D. Donato Mazza ejus Avo paterno uſque ab anno 1693.; quo tempore nedum conſtituit dotam dictæ D. Annæ, pro futuro matrimonio de bonis paternis, verum de bonis maternis *fol.* 133. *proceſſ. heredit. quond. Donati Mazza*, & indubitatum eſt penes omnes legum authores, dotem vere fuiſſe conſtitutam, ac omnibus dotium privilegiis potiri, cum ſimpliciter ſit promiſſa, & conſtituta, poſt plures Grat. *diſcep. cap.* 666. *nu.* 22. Altograd. *conſ.* 29, *num.* 37.

Quapropter tempore delatæ ſucceſſionis maternæ, jam dicta D. Anna erat dotata, & maritata, ac proinde longe ſe habent termini dictæ Conſuetudinis ex latiſſime exaratis.

QUARTA NULLITAS.

EST etiam, attenta falſa opinione dicti Arbitri qui opinatus eſt habere locum in cauſa
10 predicta Conſuetudinem, arbitrando dictæ D. Annæ competere retentionem decimæ pro medietate tantum ſuper ſua integra virili, in qua fuit inſtituta, & non pro integra decima, quaſi quod dicta D. Anna tenetur reſtituere ſuam portionem, de qua eſt in legitima poſſeſſione, & inde repetere ab eadem hereditate alteram madietatem decimæ prædictæ, denegando contra
11 omne jus, ac contra communes Doctorum ſententias, Retentionem, quæ conceditur de omni re, ſuper quam cadit obligatio ex *text. in l. pro hærede* §. *Papin. ff. de acquir. hæred.* Caval. *dec.* 504. Rota *dec.* 460. poſt plures Capyc. Latr. *dec.* 13. *a num.* 10., quam retentionem conceſſerunt tribuendam eſſe in creditis abſque hypotheca, Surd. *conſ.* 7. *nu.* a 3. *lib.* 1. Neguſant. *de pignoribus par.* 3. *membr.* 1. *num.* 17. quos allegat. Capyc. Latr. *d. dec.* 13., & ita deciſum penes eumdem *dec.* 137. in terminis. Thorus *in ſupplem. compend. dec. ver, retentio an competat legatario* quo in loco, authoritate DD. hoc ſatis fundatur, Gratianus *diſcep. forenſ. tom.* 3. *cap.* 489. *num.* 22. *&* *cap.* 542. *n.* 41. ubi ſcripſit: *Retentionem ſemper competere pro concurrenti quantitate crediti*: & præ cæteris latiſſime *Surdus dec.* 176. *a n.* 16.

Quapropter ſi omnes noſtri Anthores conſentiunt, quod inſtitutio facta a Teſtatore de bonis Conſuetudini ſubjectis; ſit verificanda in medietate, vel in decima, de qua diſponere libere poteſt teſtator, quare igitur poſſidente dicta D. Anna integram virilem titulo inſtitutionis, non debet retinere pro concurrenti quanti-
12 tate decimæ, eamdem portionem, ſi eamdem reſtringitur in decima, prout etiam junctis Aulis fuit deciſum apud de Franch. *dec.* 486. Molfeſius *par.* 2. *q.* 46. *a nu.* 2. Minad. *dec.* 26. *&* 38. Thorus *compend. dec. verb. diſpoſitio facta*, idem de Franch. *dec.* 607. 638. Urſill. *Afflict. d. dec.* 310. *Idem Thor. verb. diſpoſitio facta de dotibus*; igitur nullum ut ſupra arbitramentum prædictum, quo denegata fuit retentio decimæ ſuper virili, quam poſſidet, pro concurrenti quantitate dictæ decimæ; hoc ſi per impoſſibile locum habere poſſet Conſuetudo *Si qua mulier*, vel quævis alia conſuetudo, ut falſo opinatus eſt dictus Arbitrator.

QUINTA NULLITAS.

QUoniam ſatis ei conſtabat non habere poteſtatem arbitrandi reſpectu d. ſucceſſionis maternæ, quæ fuit conſtituta in dotem viri ejus-
13 dem D. Annæ, dum per omnia jura maritus ſua vita durante eſt dominus dotis, *l. doce ancillam. C. de rei vindicat. auth. ut nulli Judicum* §. *&* *illud collat.* 9. *aut ſi qua mulier C. ad Vellejanum*, *Soccin. ſen. conſ.* 56. *n.* 2. *&* 289. Artas Pinell. in *l.* 1. *part.* 3. *num.* 15. *C. de bonis maternis*, Petrus Onnat. *de contract. tom.* 1. *diſput.* 4. *ſect.* 12., & ſicuti non permittebatur uxori alienare, ita non permittebatur compromittere, Decius *conſ.* 135. *num.* 3. *&* *conſ.* 300. *num.* 2. *conſ.* 441. *num.* 27. Pariſ. *conſ.* 134. *num.* 1. *v.* 4. Borellus *in ſumma deciſiva tit.* 63. *n.* 64. *&* 55., & ita nec maritus ſine uxore poteſt compromittere, quia maritus, non poteſt dotem alienare, Staiban. *reſolut.* 57. *nu.* 13. *&* *ſeq.* Idcirco nullum arbitramentum prædictum fundatum ſuper chirographo privato firmato a ſola D. Anna, excluſo marito, cujus totum erat intereſſe.

14 Nec excuſatur Arbiter, forſan quia maritus de juribus plures enim informavit, quoniam ſemper maritus proteſtatus fuit de inſubſiſtentia mandati; & in cauſis, in quibus conſenſus de ſubſtantia requiritur, non ſufficit tacitus, ſed verbis expreſſis requiritur ex allegatis per Tiraquell. *de legib. connubial*, *gloſſ.* 6. *nu.* 7. Aretin. in *l. qui hæres* §. 1. *n.* 3. *ff. de acquir. hæredit.* Rota *diverſ. par.* 1. *deciſ.* 797. Card. Seraph. *deciſ.* 115. Gonzalez. *ad regul. Cancellariæ gloſſ.* 47. *reg.* 8. Surd. *conſ.* 15. *num.* 20. poſt multos Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 830. *a num.* 13.

Eſt verum, quod mandato Judicis fuit ipſi Arbitro ordinatum; ut infra decem dies laudum promulgaret, etiam ſtante conſenſu partium: Rurſus debebat ipſe animadvertere, quod compromiſſum non erat perfectum in genere proprio, & quia non erat factum a marito, cujus erat totum intereſſe, ne dum quia ipſe legitimus Adminiſtrator, verum quia bona, de quibus
15 tractandum erat, erant dotalia ipſius mariti, ſaltem in uſufructu, & propterea Procuratoria uxoris conſenſus ad nihilum poterat marito præjudicare, Præſ. de Franch. *dec.* 382. *num.* 8. ibi: *Quid uxor non poteſt paciſci ad præjudicium dotis*, *l. dedit cum ſeq. ff. de pact. dotalib.*, Napod. *in conſuet. Si conſtante in v. matrem verſ. ſed qui in ſolutione*, cum in jure tritum ſit, quod idem eſt compromittere, quam alienare; Decius *conſ.* 182. *n.* 8. *conſ.* 300. *num.* 2. *conſ.* 441. *num.* 27. Pariſ. *conſ.* 134. *num* 12. *vol.* 4. Staiban. *tom.* 1. *reſ.* 57. *nu.* 14.; quæ omnia advertere tenebatur, & non feſtinatione, cupiditati cauſa arbitramentum pronunciare ex compromiſſo invalido, & imperfecto, eo magis, quod decretum Judicis intelligebatur, quatenus compromiſſum fuiſſet validum, & perfectum.

SEXTA NULLITAS.

EST, quia pro parte d. D. Annæ, ejuſque viri formiter mediante libello coram eodem Arbitro præſentato *fol.* 11. fuit oppoſitum, ut minime procederet ad infringenda ea, quæ me-
16 diante publico inſtrumento erant deleta, & extincta; quoniam compromiſſum prædictum (omni modo imperfectum) vires ſuas extendere nequibat ad ea, quæ deciſa erant, vel ad ea, quæ a publico inſtrumento dependebant juxta *pragm.* 5. *de Arbitris*, cujus verba ſunt: *Hoc tamen locum non habet ubi adſunt inſtrumenta, &*

obli-

Digitized by Google

obligationes; ideoque nullum laudum prædictum, tamquam contra diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ, in terminis Muſcatell. *in ſua praxi gloſſ. gradum num.* 45. ibi: *Decimaſexta nullitas erat, ubi peteretur compromiſſum in cauſa, in qua adeſſent inſtrumenta publica, & liquida, aut ſententiæ, ac obligationes liquidæ ut in Pragm. Ratio eſt; quam poſuit* Alex. *conſ.* 119. *num.* 3. *lib.* 2.; *nam compromiſſum dicitur quædam tranſactio, & tranſactio non ſit ſuper re clara, & liquida, l. poſt rem ff. de tranſact. l. cauſas C. eodem.*

Nec obſtare videtur, quo coram Domino cauſæ Commiſſario, Procurator dictæ D. Annæ conſenſum præſtitit, ut dictum eſt ſupra, quod procederat præfatus Arbiter, quoniam caute Arbiter ipſe exquirere debebat conſenſum prædictum, tamquam contra Jus, & Pragmaticam, nullius erat efficaciæ, ſtante Jurium authoritate, quam Procurator in committendo, Domino non præjudicat, Bald. *in cap.* 1. *col.* 2. *ut lite pendente*, poſt multos Sardus *deciſ.* 281. *nu.* 3. 15. 16. Gratian. *diſcept. cap* 957. *nu.* 2.: *& omnis Judex cautus, & prudens longe ſe abeſt a quavis determinatione, cui cautelæ exactæ non præcedant, hæcque magis, ut non de ineptia notetur, cur ſuper ſcripturis non perfectis ſuum interpoſuit conſilium*; ac proinde Arbiter in primo loco perquirere debebat, ſi cartula compromiſſi erat legalis, in ſecundo loco, ſi ſufficiebat conſenſus Procuratoris annuentis, ut in cauſa dependente a publicis, & liquidis ſcripturis ipſe arbitramentum promulgaret, quoniam omnis Judex, qui amplissimam habet juriſdictionem, etiam inſpicienda in proceſſu ſcripturas invalidas, atque imperfectas, caute ſe agit, ut ſcripturæ prædictæ, priuſquam decretum pronunciet, validentur in forma valida; quod etiam curare debebat prædictus Dominus Arbiter, ſi non captaretur a cupiditate pronunciandi laudum.

SEPTIMA NULLITAS.

EX eadem ratione falſæ opinionis; ſuper qua innixus eſt prædictus Arbiter, etenim cum tempore expeditionis præambuli, vigore inſtitutionis factæ a matre, tam in beneficium dicti Joſephi, quam D. Annæ, fuiſſent ab eiſdem reſervatæ actiones utrique competentes vigore ejuſdem reſervationis, qua de re motus eſt manus porrigere ad infringendum publicum inſtrumentum, ac propterea quam prædictæ rationes (ſi per impoſſibile præeſſent) fuerunt extinctæ, ideoque nullum arbitramentum.

Ad corroborandam tamen hanc inſanabilem nullitatem dicimus, quod præfata reſervatio rationum ab utraque parte facta fuit, antequam expediratur præambulum, quod quidem in menſe Maii 1730. jam expeditum favore omnium quatuor hæredem, ſervata forma teſtamenti, cum conditionibus, & vinculis in eo appoſitis, poſſeſſionem ceperunt, ac inde per eoſdem quatuor hæredes, quilibet in integra ſua portione fructus perceptus fuit abſque aliquo recurſu dicti D. Joſephi vigore dictæ aſſertæ reſervationis.

In anno 1733. unanimiter inſtiterunt in S. R. C. pro diviſione facienda, prout electo Tabulario, prævia bullula, ipſemet fecit appretium omnium bonorum hæreditariorum, ipſumque diviſit in quatuor integras portiones, & rubricas; & mediante publico inſtrumento, ut ſupra dictum eſt, unicuique ex quatuor hæredibus remanſit aſſignata integra quarta pars, & Rus appellatum *la Torretta* in Terra Angri diviſum penes dictum Joſephum, & dictam Annam, pacto tamen ſpecialiter præviſo, ut intra ſpatium trium menſium apponerentur termini diviſionis, & ita tam dictus D. Joſeph, quam D. Anna fructus percæperunt, unuſquiſque a ſua portione, prout quilibet a medietate dicti Ruris abſque ulla contradictione, ſeu oppoſitione dicti D. Joſephi fructus percepit.

Si igitur ſic factum ſe habet, ubi Dominus Arbiter invenit amplius jura viva, actioneſque exiſtentes dicti Joſephi, qui conſultus recedendo a ſua prima falſa prætenſione Conſuetudinis, libenter adhæſit diviſioni, ſtipulavit, & juravit minime in futuro tempore controvenire: Igitur quomodo Arbiter ipſe ignoravit ea, quæ cæteris non latent, puta quod per diviſionem bonorum hæreditariorum inter duos hæredes cenſantur extincta omnia jura, omneſque actiones, quas quilibet eorum in bonis prædictis habere, ſeu ſpecialiter tenere prætenderet, ita communi DD. concluſione traditum eſt, quod ſi duo fratres potirentur actione reciprocæ ſubſtitutionis ſuper fundo hæreditario, cum devenerint ad diviſionem, omnes actiones fideicommiſſi cenſentur extinctæ; ea potiſſima ratione, quia alias diviſio non haberet effectum ſuum, Cravetta *conſ.* 6. 8. *num.* 13. cujus verba ſunt: *Quinto in ſpecie fideicommiſſi remiſſionem ejus, ex verbis diviſionis induci, ubicumque effectum aliquem habere, quam remiſſionis non poſſunt.* DD. *in l. qui Romæ § duo fratres ff. de verbor. obligat.* Alex. *lib.* 6. *conſ.* 102. *a num.* 6. Pariſ. *conſ.* 17. *num.* 14. *lib.* 3. Soccin. jun. *conſ.* 116. *nu.* 3. *lib.* 1. ſcripſit ex profeſſo Marta *vota* 181. *a num.* 1. poſt multos Menoch. *tom.* 1. *conſ.* 87. *num.* 110.

Quomodo tam doctus Arbiter minime conſideravit pacta conventa, contentaq; in diviſione prædicta, ubi inter omnes cohæredes fuerunt communicata jura ad invicem, ſeipſos ponendo in locum proprium, & ad invicem ſe conſtituentes Procuratores in rem propriam cum facultate, ad *tenendum, habendum, vendendum, permutandum, & alienandum*. Item ſeipſos ad invicem quietandum per Aquilianam ſtipulationem de omni re, & actione, ſuper hæreditate prædicta habenta, ut *fol.* 182.

Quales igitur erant actiones, vel prætenſiones, ſuper quibus arbitrari poterat Dominus doctus Arbiter, ſi omnes extinctæ, & renunciatæ fuerunt illo mediante publico inſtrumento? ita Card. Paul. Pariſ. *conſ.* 71. *num.* 14. ibi *Comprobantur ulterius illa, conſideratis verbis appoſitis in dicta diviſione*, ibi: *Refutaverunt omnia jura, & actiones, quæ cuilibet competerent in partem alterius, quod verbum, competerent, tractum habet in futurum, conſequenter juribus futuris renunciatum eſt, & quoniam nulla cauſa ex præterito, niſi fidei, commiſſum; conſequenter cenſetur illi renunciatum ſecundum Bart.* Alex. *conſ.* 102. *nu.* 6. Carol. Ruin. *lib* 2. *conſ.* 152. *nu.* 8. ibi; *Et primo quod dicti fratres ſibi invicem dederunt, ceſſerunt, mandaverunt, ac remiſerunt expreſſè omnia, & ſingula jura, & actiones reales, & perſonales, & omnes alias cujuſcumque generis, quas, & quæ ipſi Fratres habebant, aut quovis modo habere poterant ex dictis bonis diviſis, quibus intelligitur renunciatum* Socin. junior. *conſ.* 116. *nu.* 53., & 54. ubi ita ſcripſit: *Sed ex abundanti ulterius, & ſecundo probatur concluſio prædicta, nam in prædicto inſtrumento diviſionis, dicitur quod prædicti Fratres bona diviſa invicem conceſſerunt, ſeu diviſionem bonorum fecerunt, ad habendum, tenendum, fruendum, & poſſidendum, & quicquid ipſis Fratribus de bonis, & juribus ſibi in partem pervenitis perpetuo deinceps placuerit faciendum; per quæ verba perpetuo videtur renunciatum.* Menoch. *dict. conſ.* 87. *nu.* 20.

idem Ruinus *conſ.* 89. & 129. Roman. *conſ.*
31., & ita eſt; quoniam hæ clauſulæ poſitæ in
diſpoſitione contractus non minus, quam tran-
ſlationem dominii important, pro ut de clauſu-
20 la iſta, ad habendum, tenendum, & poſſiden-
dum ſcripſit Oſaſch. *deciſ. Pedemont.* 164. in prin-
cipio, Roland. a Valle *conſ.* 54. *nu.* 42. *lib.* 3.
Soccin. *conſ.* 9. *nu.* 33. *verſ.* 9. Grat. *conſ.* 7.
num. 20. Surd. *conſ.* 450. *nu.* 27. Fontanel-
la *de pactis nupt. tom.* 1. *gloſ.* 21. *part.* 2. *nu.* 76.
& ſic ſimiliter per clauſulam, ad vendendum,
alienandum &c. prò ut poſt multos ſcripſit Bar-
boſ. *clauſula* 4. *num.* 14. & 17.

Quæ quidem clauſulæ in terminis cauſæ de
qua agitur, ſi apponantur in diviſionem bono-
rum hæreditariorum inter Fratres, ſitque actio,
ſeù ratio favore unius, illa cenſetur extincta,
& deleta, Roland. a Vallo *lib.* 3. *conſ.* 55. *nu.*
42. ubi aſſerit, Crot. *in leg. qui Romæ* §. *duo
Fratres num.* 133. *ff. de verb. obligat. conſuluiſſe in
una ardua cauſa, quod quando in inſtrumento divi-
ſionis, dicitur ad habendum, tenendum, poſſidendum,
quod per dicta verba cenſetur remiſſum fideicommiſ-
ſum inter Fratres, quia dicta verba æquipollent
illis verbis, quibus prædicta bona concedere voluerit;*
Bald. Crot. Zuard. Brun. *aliiq. quos adducit, &
alleg.* idem Barboſ. *dict. clauſula* 4. *num.* 17.
fol. 327.

Ecce igitur nullitas inſanabilis, ea de cauſa,
quia non obſtante jurata renunciatione, & ex-
tinctione jurium dicti D. Joſephi, auſus eſt Ar-
biter eumdem admittere ad bona renuncieta, &
extincta contra diſpoſita per Pragmaticam 4. *de
dilat.*

ULTIMA NULLITAS

QUia, ut dictum eſt, fortiter inſtetit Procu-
rator D. Annæ, ut minime Arbiter manus
apponeret in eis, quæ jam determinata erant
vigore publici inſtrumenti, quam nullitatem fun-
davit in conſimili cauſa rei judicatæ per S. C.
Doctiſſimus Regius Conſil. Staiban. *reſol.* 57.
in fine, cujus verba ſunt. *Et ſecundo quia, &
21 ſi in ſpecie per ipſas partes fuiſſent compromiſſa
ſopita, jam determinata per S. C. (quod expreſsè
negatur) non tamen poſſet compromiſſum, & ſuc-
ceſſive Laudum. deinde prolatum ſubſiſtere, cum de
jure habemus, de rebus judicatis compromittere non
licet.* Blanc. *de compromiſ. quæſt.* 4. *num.* 3 &
4. Lanront. *de judic. ſuſpect. dict. cap.* 7. *num.*
44. ubi prope finem tradidit; *ut lis de omni eo
quod laudatum fuerit, eſſe intelligendum de omni re
non judicata,* neque convento in publico inſtru-
mento, ut ex Docio *conſ.* 39. *n.* 3 qui tradidit,
requiri etiam, ut in compromiſſo dicatur, tali
ſententia, vel decreto non obſtante. *In altro ca-
ſo non mai puol comprenderſi qualſiſia compromeſſo.*

Die 24. *maii* 1631. *decreto S. C. ad Relatio-
nem Regii Conſiliari doctiſſimi Dom. D. Didaci Sa-
ſia nunc Regentis meritiſſimi, & omnibus nume-
ris abſoluti. Fuit declaratum nullitatos dicti laudi
obſtare, quod fuit per aliud decretum in S. C. in
gradu reclamationis confirmatum ſub die* 31. *Janua-
rii* 1632. *in Banca Verruſii.*

Cur autem non dici debet laudum prædictum
nulliſſimum, ſi per Regiam Pragmaticam æquo
modo vetitum fuit fieri compromiſſa de re judi-
cata, ac de inſtrumentis juratis, imò ſi in ſu-
prædicta cauſa Staibani, fuerant deducta capi-
ta ſub re judicata comprehenſa, in caſu noſtro
ſpecifice ſunt excepta capita in inſtrumento con-
tenta.

Audiant quæſo omnes, qui legibus ſunt præ-
diti; Dicebat Arbiter, quod non obſtante præ-
fato inſtrumento, adhuc in ſui perſonam fuit
cauſa compromiſſa.

Sic dicebatur, ſed incautè: quoniam compro-
miſſum, nè dum fuit imperfectum, & a ſola
D. Anna ſubſcriptum, pro ut ſatis dictum eſt,
ſed ſpeciali libello ab ea fuit exceptum totum
id, quod in Inſtrumento continebatur, & præ-
vio juramento firmatum. Unde opus erat, ut
in compromiſſo expreſsè fuiſſet renunciatum, ad
ea quæ in præfato inſtrumento continebantur, ad
hoc præfatus Arbiter manus porrigeret circa ea
judicare, ſecus autem cum de illo nihil fuit ex-
preſſum, & ita ſcripſit doctiſſimus Philip. De-
cius *dicto conſ.* 39. *num.* 3. cujus verba ſunt:
*Secundo efficaciter nullitas hujus Laudi colligitur ex
eo quod ſupra narratur, quod fuit factum compro-
22 miſſum per Actorem ſuper liquidis, & judicatis,
& ita etiam fuit laudatum Clarum eſt enim quod
de rebus liquidis compromitti non poteſt, ſicut non
poteſt tranſigi l. ſi causa cognita, ubi* Bart. *C. de
tranſactionib. hinc devenjendo,* quando in compro-
miſſo ſit renunciatum ad rem judicatam, ſeu ad
inſtrumenta ſubjungit; *Quæ talis renunciatio de-
bet fieri ſpecialiter ſententiæ, & ut dicatur, non
obſtante tali ſententia, nec ſufficit ut dicatur renun-
ciatum fuit ſententiæ, & quod in compromiſſo ſit
illa clauſula, ut intelligatur de omni eo quod fuerit
23 laudatum.* Rotæ *par.* 5. *Recent. deciſ.* 41. 3.
num. 97.

24 Dominus Joſeph fuit ille, qui ſtipulavit, ip-
ſeque juravit, hinc omiſſa diſceptatione, ſi he-
redes perſonæ jurantis cadant in perjurium, con-
ventiones non obſervantes? Quis unquam du-
bitavit, quod oppugnato contractu jurato per
eundem contrahentem, quod ipſe fiat perjurus?
26 & haud audiri poteſt, imo quod notetur in-
famia, abſolutione non obtenta *per text. in l. ſiquis
major* 41. *Cod. de tranſact.* Alex. *conſ.* 17. *num* 8.
lib. 2. Magon *deciſ. Florent.* 22. *num.* 4. & *deciſ.*
25. *num.* 9 *Cavaler. dec.* 144. *num.* 1. Sperel. *dec.*
25. *n.* 21. Ridolph. *in praxi par.* 1. *cap.* 8. *num.* 54.
& *ſeq.*

Quare autem Ipſe Arbiter tot DD. auctori-
tates parvi pependit, & diſpoſitiones jurium,
tam relevantium, quaſi quod contractus præ-
dictus, inſtrumentumque abeſſent a mundo?

Inſpiciantur tamen congruentiæ facti, & ju-
ris, quibus nixum, & fundatum fuit inſtrumen-
tum prædictum.

Dictum eſt in antecedentibus, quod totalis
ratio qua nitebatur D. Joſeph erat circa diſpo-
ſitionem conſuetudinis *ſi qua mulier*, pro qua
ſat fundatum eſt, minime habere locum reſpe-
ctu D. Annæ, quæ tempore ſucceſſionis mater-
næ erat jam nupta, & dotata uſque ab anno
1693. a ſuo Avo Paterno pro futuro matri-
monio. Dictum eſt, quod eadem D. Anna tem-
pore quo contraxit matrimonium, ipſamet ſe do-
tando de bonis maternis, ampliſſimis clauſulis
ſibi reſervavit omne id quod a matre relinque-
27 retur, ſivè fuiſſet paragium, ſivè congrua,
ſivè portio, ſivè pars ſuæ hæreditatis, & om-
ne totum, quod ei magis eſſet proficuum &
utile; quæ clauſulæ omninò ad ſuum affectum,
& pleniſſimum perducere debent, tamquam fa-
vore dotis ex *text. in l. in ambiguis ff. de jure
dotis* Rota *coram Card. Celſ. deciſ.* 41. *n.* 11. Rota
Romana Recent. *part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 331.
in fine, & *part.* 16. *deciſ.* 266. *n.* 7., quæ
verba jocosè non fuerant appoſita, ſed ut pro-
prium effectum producerent, ita ut reſervatio
prædicta exequeretur in omni parte & portione
quæ ei magis proficua, & utilior a matre re-
linqueretur, ac proinde ea dum quia, verba illa
poſita fuerant in contractu dotali ab eodem

D. Jo-

Digitized by Google

D. Joſepho ſtipulato; verum etiam quie omnia
verba in contractu poſita efficacem effectum pro-
28 ducere debent, ne fruſtatorie efficerentur,
Bald. in rubric. C. de contrahen. num. 8. De-
cius conſ. 500. num. 14. ubi verba ſemper debent
intelligi, ut aliquid operentur, Caſtreſ. conſ. 175.
num. 4. verſ. 1. Soccin. conſ. 2. cum. 8. verſ. 4.
Tiraquel. de retract. convent. §. 1. gloſ. e. nu.
ee., Menoch. conſ. 10. n. 8. Roland. valle
conſ. 61. n. 14. poſt plurimos Surd. deciſ. 64.
num. 29.

29 Quibus ſic ſtantibus congruentiis non inconſul-
to, non oſcitanter, ſed neceſſitate juris conſen-
ſit D. Joſeph, præfatum publicum inſtrumentum
diviſionis ſtipulare, illudque perducere ad per-
fectam executionem poſſeſſionis, qua gaviſe fu-
it, & gaudet D. Anna & merito, quoniam
omne inſtrumentum facit probationem probatam,
ec autoritate jurium exclamat: Noli tangere,
prout ſcripſit Bald. lib. 1. conſ. 245. in fine Ja-
ſon. in l. 1 n. 10. ff. novi operis nunciatione Soc-
cin. juni. conſ. 172. verſ. 1. poſt plurimos, Card.
Tuſch. verſ. inſtrumentum concluſ. 237., & tamen
his, ſimilibuſque minimè refragantibus, dictus
Arbiter (ſi ita appellari licet) ne dum auſus
fuit ea omnia, crudeli enſe vulnerare, & lace-
rare, ſed illa omnia ſpernendo, quaſi Res joco-
ſas, & nullius ſubſiſtentiæ in profundum ob i-
vionis projecit: Quapropter juſtum erit, ut nul-
lum præfatum laudum declaretur, prò ut in
ſimili caſu, nullum fuit declaratum penes do-
ctiſſimum Regium Conſiliarium Paulum Stai-
banum dicta reſolut. 17. lib. 1., & quatenus per
præfatum D. Joſephum conſtanter prætendere-
tur ſua jura ad ulteriora protrahere contra præ-
fatum teſtamentum maternum, contra tot, tan-
toſque actus ſua plena voluntate peractos, &
contra propoſitum publicum, & juratum iſtru-
mentum, recurrat prius ad Judicem competen-
tem pro abſolutione juramenti, ut inde comple-
to termino ordinario, ſententia, vel pro, vel
contra pronuncietur.

30. Quamvis Laudi executionem appellatio in-
terpoſita non impediat ex diſpoſitione d. rep. prag.,
attamen impediretur, ſi fuerit dictum de nul-
litate, modo juſtitiam, & non ordinem reſpi-
ciant nullitates oppoſitæ; nempe ſi fuerit la-
tum ex falſa cauſa, vel terminus a partibus in
compromiſſo appoſitus expiraverit, ſi pupillus
minor, aut furioſus abſque tutoris, vel cura-
toris authoritate compromiſerit, procurator abſ-
que ſpeciali mandato, ſi dolo malo, aut per
ſordes, aut evidenti vel gratia, vel inimicitia
prolatum fuerit, vel contra publicum inſtrumen-
tum, aut rem alias judicatam, ſi ſuper feuda-
libus fuerit latum abſque regio aſſenſu, vel ul-
tra poteſtatem in compromiſſo tributam, aut
poſt mortem unius arbitrorum, vel compromit-
tentium, ſi incertam contineat ſententiam, aut
non omnes controverſias inſimul compromiſſas
finiverit, ſed ex parte ſolum, tandem ſi ex-
preſſæ legis, vel ſtatuti diſpoſitioni adverſetur.
Videſis de Roſa p. 2. cap. 4.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XLV.

De praxi cogendi partes ad compromittendum, & de actis, quæ fiunt per Arbitros.

1 *Formula inſtantia petitionis compromiſſi.*
2. *Formula monitionis.*
3 *Replicationis Rei.*
4 *Formula decreti.*
5 *Replicationis.*
6 *Formula inſtantiæ pro electione arbitri.*
7 *Replicationis.*
8 *Relationis notificationis.*
9 *Formula decreti.*
10 *Oppoſitiones Rei.*
11 *Decretum per S. R. C. facto verbo.*
12 *Formula relationis notificationis.*

Formula inſtantiæ petitionis Compromiſſi

NEl S. R. C., o preſſo gli atti compariſce T.
di T., e dice come ritrovandoſi in eſſo S.
C. molte pendenze con T. di T. ſuo Fratello,
e ſignanter per le manutenzione ne' beni del quond.
T. di T. altro loro Fratello ſenza averſi rag-
gione alcuna del Teſtamento del quond. T. di
1 T. commun Padre con altre pretenzioni de-
dotte nelle ſuppliche fol. 106. e 191. ed in tut-
to il Proceſſo, ſi andò a provvedere avanti il
Regio Conſigliere Bruni Commiſſario, e perche
trattavaſi di lite tra ſtretti congiunti, inſinuò
alle Parti, che aveſſero le medeſime amichevol-
mente trattate, e perche ſi ſon fatte molte ſeſ-
ſioni, e non ſi è potuto venire a capo di qual-
che compoſizione, e non avendo l' autorità, che
ſi richiede, gli arbitri, arbitratori, ed amica-
bili compoſitori; perciò ricorre in eſſo S. C. e
fa iſtanza ordinarſi di comprometterſi tutte le
differenze *hinc inde* dedotte così per le connate
Cauſe, come per trattarſi frà congiunti a due
arbitri ed arbitratori, ed amicabili compoſitori,
con darſi alli medeſimi tutta la facoltà baſtan-
te ut de jure; e per lo quale effetto or-
dinarſi, che le Parti fra brieve tempo elig-
gano li medeſimi arbitri, altrimente eliggerſi
da aſſo S. R. C. così dice, e fa iſtanza, ſiſer-
bandoſi, &c. colla proteſta di tutti i danni,
ſpeſe, ed intereſſi; &c. omni modo meliori, &c.

Formula monitionis.

*Quoniam D. Miles U. J. D. D. Dominicus
Bruni Regius Conſiliarius, & Cauſæ Commiſſa-
2 rius intendit providere ſuper deductis, & contentis
in ſupradicta Comparitione, juſtitia mediante, ideò
moneatur Partes, quatenus prima die juridica
cum ſequentibus legitime compareant coram eo in ejus
domo hora audientiæ ad dicendum quæ voluerins,
alias, &c.*

Datum Neap. die 14. Menſis Januarij, 1740.

Jacominus Scriba.

Formula Replicationis Rei.

Doct. T. dicit non eſſe locum petito compro-
miſſo, ex quo agitur de Cauſis executivis, prout
omnes illæ vertentes in S. R. C., inter T. de
3 T. ejus Principalem cum T. de T. ſed ante
omnia in hæreditate quond. T. de T. & T. de
T. communia Patris & Fratris reſpectivè, &
poſtea dividenda ſervata forma juris Teſtamen-
ti, & Codicillorum, pro quo effectu inſiſt au-
diri coram D. Cauſæ Commiſſario, ſtatuta die
& hora ſalvis, &c. alias. &c.

Die decima quinta Menſis Januarii 1740.

*Nicola Radice Portiero del S. C. ho notificato il mag.
T. di perſonaliter.*

Formula Decreti.

4 *Die 30. Menſis Martij 1740 Neapoli per D.
Militem U. J. D. D. Carolum Gaeta Reg. Conſi-
liarium, Cauſæ Commiſſarium, &c. viſis Actis,
Comparitione præſentata pro parte retroſcripti ma-
gnifici ſupplicantis fol. 2. retroſcripto memoriali,*

Partibuſque auditis, proviſum, & decretum eſt, quod præſentes Cauſæ compromittantur, & Partes infra dies quatuor eligant Arbitros, Arbitratores, & amicabiles Compoſitores, alias providebitur, quod eligantur per D. Cauſæ Commiſſarium &c. hoc ſuum, & intimetur; Gaeta: Gerace.

Jacominus Scriba

5 *Formula Replicationis.*

Procurator T. de T. inſtat, quod Pars ex adverſo prius eligat ſuum Arbitrum ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, & facta electione prædicta, inſtat ſibi illam intimari, ut valeat ſuum eligere Arbitrum, interim terminum non curre, aliàs &c., ſalvis &c. Notificatus die 4. Menſis Aprilis 1740.

Formula inſtantiæ pro electione Arbitri.

Nel S. R. C. compariſce T. de T., e dice come per le cauſe vertenti tra il Comparente, a T. de T. con decreto del Sig. Comm. ſi è ordinato, che le medeſime ſi compromettessero,
6 e che fra giorni quattro aveſſero eletto l' Arbitratore, ed Amicabile compoſitore; e notificato il Decreto ſudetto alla Parte, la medeſima l' ave accettato; e perche incombe al medeſimo comparente vedere il fine del ſudetto compromeſſo, e laudo; perciò eſſo comparente citra præjudicium dell' elezione del terzo arbitro, cha ſi deve eliggere dal Signor Commeſſario, ricorre in eſſo S. R. C., da, e nomina per ſuo Arbitro, Arbitratore, & amicabile compoſitore il Dott. T. di T., e ſtante detta alezione, fa iſtanza ordinarſi alla Parte avverſa, che con effetto in altro breve termine eligga il ſuo Arbitro, Arbitratore, ed Amicabile Compoſitore, altrimenta eliggerſi per eſſo Signor Commeſſario, & *ita inſtat*, &c. *ſalvis*, &c.

Facta monitione in calce inſtantiæ; & notificata Procuratori Partis Adverſæ, ſic replicavit.

Formula Replicationis.

Procuritor T. de T. dicit quod Compromiſſum ordinari, & fieri debet tantum ſervata forma
7 Reg. Pragmaticæ, quia non eſt voluntarium, ſed neceſſarium, ac proinde Arbitria ſolum facultas concedi poteſt procedendi de *jure*, & non de facto ad promulgationem laudi, forſan ab eis proferendi, non verò uti Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores illud promulgare poſſunt, ex quò talem facultatem nequit judex eiſdem dare, ſed tantum principales illam concedere poſſunt, qua de ra inſtat audiri coram D. cauſæ Commiſſario, & facta proviſione prædicta, reſervat ſibi facultatem eligendi Arbitrum pro parte dicti ſui magnifici Principalis alias, &c. Salvis, &c.

8 Die ſeptima menſis Aprilis 1740. T. de T. Portiero del S. R. C. hò notificato il Signor D. T. de T., &c.

Non obſtantibus oppoſitionibus factis per Reum, ad inſtantiam actoris fuit confirmatum decretum E. G.

Die 2. menſis Maij 1740. Neapoli. Per Dominum Militem U. J. D. D. Carolum Gaeta Reg. Conſ. & cauſæ Commiſſarium, viſis actis, retro-
9 *ſcripto memoriali, Partibuſque auditis, fuit proviſum, & decretum, quod ſervata forma alterius decreti interpoſiti per præfatum Dominum cauſæ Commiſſarium ſub die 30. Menſis Martij currentis anni, cum effectu pro executione citati decreti partes infra alios dies ſex præciſe, & peremptoriè, eligant eorum Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores, alias dicto termino elapſo eligatur per præfatum Dominum Cauſæ Commiſſarium, & intimetur; Gaeta: Gerace. Jacominus Scriba.*

A parte adverſa producta fuit nominatio Arbitri, non Arbitratoris, cum proteſtatione, quod ſi aliter decernere vellet Dominus Cauſæ Commiſſarius, contrario imperio inſtabat revocari de-
10 cretum; ſuper qua inſtantia auditis partibus, fuit ordinata monitio ad audiendam proviſionem faciendam per S. C., in quo propoſita cauſa, editum fuit ſequens decretum E. G.

In cauſa magnifici U. J. D. D. Dominici Broja, ejuſque filiorum cum magn. Doctore Phiſico D. Gregorio Broja, nominibus, ut ex actis &c.

Die 20. Menſis Maij 1740. Neap.

Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Dominum Militem U. J. D. D. Carolum Gaeta
11 Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, &c.

Explicando proviſionem reſervatam per Dominum cauſæ Commiſſarium ſub die 9. currentis menſis fol. 21. at.

Per S.R.C. declaratum eſt, benè fuiſſe proviſum per eundem Dominum cauſæ Commiſſarium ſub die 2. ejuſdem Menſis Maji fol. 19. at.; Verum electio Arbitri facta per Doctorem Phiſicum Gregorium . . . firma remaneat; hoc ſuum; Porcell. Secretarius. Gerace Actor. M.

12 Die 20. Menſis Maij 1740. Gio: Battiſta Marino Portiero del S. C. ho notificato il magn. Dott. T. de T., e laſciatali copia, &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XLVI.

De Formulis petendi Compromiſſum per actorem cum actis, & advertimentis.

1 *Formula decreti acceptationis compromiſſi, & electionis Actuarij.*
2 *Acta coram arbitris recenſentur.*
3 *Formula appuramenti factorum.*
4 *Formula laudi.*
5 *Formula ſubſcriptionis Arbitrorum.*
6 *Autenticæ factæ ab Actuario.*

PRæſentatis nominationibus Arbitrorum per ambas Partes, acceptatur compromiſſum, & fit electio Actuarii hoc modo v3.

In cauſa Mag. U. J. D. D. Dominici Broja, ejuſque filiorum cum Mag. Doctore Phiſico D. Gregorio .... nominibus, ut actis, &c.

Die 27. Menſis Maij 1740. Neap.

Viſis decreto interpoſito per Dominum Reg. Conſ. D. Carolum Geata cauſæ Commiſſarium de die 30. Menſis Martii proximè præteriti, quo fuit ordinatum, cauſas vertentes inter T. de T. ex una, & T. de T. ex altera, compromitti fol. 15., electione magn. Arbitri facta per T. de T. in perſonam Mag. U. J. D. D. T. fol. 17. decreto interpoſito per eundem Dominum Regium Conſ. Gaeta fol. 19. at., comparitione præſentata per T. de T. fol. 20. decreto S. C. lato ad relationem præfati Domini Regij Conſiliarii Gaeta de die 20. currentis Menſis fol. 22. Per ſubſcriptos Magn. Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles compoſitores fuit præſens compromiſſum acceptatum, & fuit electus in præſenti cauſa pro Actuario aſſumpto Lucas Antonius Jacomino Scriba S.R.C., hoc ſuum, &c.

U. J. D. T. de T.

U. J. D. T. de T.

Jacominus Scriba S. C., & Act. aſſumptus.

Præſentantur poſtmodum a partibus eorum inſtantiæ per capita, in quibus eorum ſingulæ reſpectivæ pretenſiones deducuntur, cum documentis, & ſcripturis ad eaſdem firmandas.

Solet ut plurimum fieri appuramentum factorum cora Arbitris in una, vel pluribus diebus, niſi una ſufficiat, hoc modo G.G.

Appuramento de' fatti formato avanti li Signori
3 D. *T. de T., e T. de T. Arbitri, Arbitratori, ed Amicabili compoſitori, eletti nelle cauſe vertenti tra T. de T. e T. de T., coll' intervento de' mag.*

D.T.

D. T. de T. e T. de T., e Avvocati, e Procuratori delle Parti

A di 6. Giugno 1740.

Per primo ſi è appurato tra eſſe parti nel nome, come di ſopra, che &c.

Secondo ſi è appurato, che &c.

A 11. Giugno 1740.

Sì è appurato di più, che &c.

Finito hoc appuramento factorum, ſubſcribitur ab utraque Parte.

Auditis pluries Partibus in eorum juribus, conſideratiſque ſcripturis; & probationibus ab utraque Parte exhibitis, & factis, proferitur laudum,

Formula laudi;

In Dei nomine. Amen

Die 29. *Menſis Iulij* 1740. *Neap.*

U.J.D.D. T. de T., ed T. de T. Arbitri, Arbitratores, & Amicabiles compoſitores.

VIſia Comparitione præſentata pro parte magn. Doctoris D. Dominici Broja petentis com-
4 promitti cauſas in actis deductas inter eundem tam nomine proprio, quam ut heredem ex Teſtamento qu. D. Silviæ Broja eius Sororis *f.* 60. *proc. prim. vol.* ac prò nomine, & parte ejus filiorum Donatariorum quond. Domini D. Sabbati Antonii ... eorum Patrui, & fratris reſpectivè *fol.* 10. *& ſeq. eodem proc.* & Doctor. Phyſicum D. Gregorium Broja ejuſque filios, Nepotes, & ejus Fratrem utrinque conjunctum reſpective *fol.* 2. *proc.* 2., *vol.* decreto Domini Regii Conſiliarii D. Caroli Gaeta Cauſæ Commiſſarii ſub die 30. Menſis Martii currentis anni 1740 *fol.* 15. *eod. proc.* quò mediante fuit ordinatum, quod præſentes cauſæ compromittantur, & Partes eligant Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores; alioque decreto ejuſdem anni, quo mediante fuit ordinatum, quod pro exequutione alterius decreti; cum effectù Partes ipſæ eligant Arbitros, Arbitratores, & amicabiles Compoſitores, alias &c. *fol.* 19. *a t. eodem proc.* aliaque comparitione præſentata prò parte dicti Magnifici D. Gregorii gravaminis adverſus decretum prædictum *fol.* 20. *eodem proc.*, decreto ordinato per eundem Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, quod moneantur partes ad audiendam proviſionem per S. R. C., &c. *fol.* 21. *a t.* eodem proc. ac denique decreto ejuſdem S. R. C. lato ad relationem præfati Domini Regii Conſil. ſub die 10. ejuſdem menſis Maij *fol.* 23. *eod. proc.* quo mediante fuit confirmatum ſupradictum decretum, quod Partes cum effectu eligant Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores, verum electio Arbitri facta prò parte dicti magnifici D. Gregorii firma remaneat; acceptatione facta compromiſſi prædicti per ſupra dictos magnificos Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores ſub die 27. Menſis Maij proximi præteriti *fol.* 2. in actis compromiſſi, præcedente electione facta per dictum magn. D. Dominicum in perſonam ſupradicti U. J. D. D. Joſephi .. *fol.* 27. *proc.* 2. *vol.*, comparitione ipſius coram eodem præſentata *fol.* 3. *ad* 17. *proc. compromiſſi*; factis appuratis coram præfatis magn. Dominis Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus Compoſitoribus *fol.* 37. *ad* 45. *proc. compromiſ.* aliaque compoſitione præſentata pro parte dicti mag. D. Gregorii *fol.* 56. ad 62. *eod. proc.* ac omnibus actis, & ſignanter appuramento de capitibus deciſis originali manu magnifici Lucæ Jacomino Actuarij aſſumpti præſentis compromiſſi per Nos ordinato de conſenſu ambarum Partium in contradictorio judicio, ipſis pluries auditis *fol.* 89. *ad* 69. *eod. proc.*, ac monitis & conſideratis omnibus tam de facto, quam de jure conſiderandis.

Per hoc Noſtrum præſens diffinitivum, & individuum laudum, & arbitramentum, utentes Nos facultate nobis tributa per ipſum S. R. C. laudandi, & arbitrandi tam de jure, quam de facto, & poteſtate uni dandi, & alteri tollendi, & proinde quoad primum Caput comparitionis præſentatæ per dictum magn. D. Dominicum, dicimus, decernimus, laudamus, arbitramur, & declaramus, hereditatem quond. Veſpaſiani Broja deberi ex Cauſa dotium quond. Joannæ Carriello olim ejus uxoris, ut ex inſtrumento rogato manu Notarii quond. Joannis Andreæ Scafati de anno 1656. 35. *proc. compromiſ.* ducatos ſexcentum, & proinde mandamus, illos dividendos eſſe inter filios maſculos ipſius æquis portionibus cum onere paragii in beneficium quond. D. Silviæ Broja filiæ dictæ quond. Joannæ, & pro eadem Silvia in beneficium dicti magn. D. Dominici heredis ex teſtamento prædictæ quond. Silviæ *dicto fol.* 60. *proc.* 1. *vol.*, nempe ducatos centum quinquaginta in beneficium dicti quond. Doct. D. Sabati Antonii & pro eo in beneficium filiorum dicti mag. Doct. D. Dominici uti donatarium ejuſdem quond. D. Sabati vigore inſtrumenti donationis in eorum beneficium *fol.* 10. *ad* 28. *proc.* 1. *vol.* ducatos centum quinquanginta in beneficium dicti magn. D. Gregorii, ducatos centum quinquaginta in beneficium ejuſdem magnifici D. Dominici, & reliquos ducatos centum quinquaginta in beneficium quond. Doctoris Phiſici D. Anelli Broja dividendos prædictos ducatos centumquinquaginta æquis portionibus inter prædictos quond. D. Sabatum Antonium, & prò eo in beneficium prædictorum donatariorum D. Gregorium, D. Dominicum, dictam quod. Silviam, & pro ea in beneficium ejuſdem magnifici D. Dominici, & dictum Veſpaſianum communem Patrem, & prò eo in beneficium filiorum ipſius ſervata forma teſtamenti, & codicilli ejuſdem.

Reſpectu ſecundi capitis, viſa, &c.

Quoad tertium caput, viſis, & conſideratis &c.

Et ſic deinceps, &c.

Quoad verò comparitionem præſentatam pro parte T. de T. fuit proviſum, & decretum, ut infrà, nempè quod, &c.

Quoad ſecundum, & tertium caput, proviſum eſt prout ſupra in quinto capite, &c.

U. J. D. T. de T. Arbiter Amicabilis Compoſitor Electus U.J.D. T. de T., &c.

Atteſto io ſottoſcritto Scrivano del S. R. C., ed Attuario aſſunto, qualmente il preſente laudo ſi è ſottoſcritto dalli magnifici DD. &c. in
6 mia preſenza; oggi li 20. Luglio 1740. Jacominus S. R. C. Scriba, & Act. Aſſumptus.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XLVII.

De formula nullitatum in Foro Eccleſiaſtico.

1 *Res opponendæ loco opportuno.*
2 *Clerici non poſſunt cogi ad compromittendum in foro laicali.*
3. *Ratio adducitur.*
4 *Laudum latum ab eo, qui arbiter eſſe non poteſt. eſt nullum.*
5 *Idem, ſi non conſtet de arbitrorum poteſtate.*

UT quid praxim Eccleſiaſtici fori huic loci apponere *Ric.* placuit, ubi laicalas materiæ laicorum Tribunalium peraguntur, niſi ea forſan ratione, quam adducit de Pictore in ejus *Poet. Horat.*

Sed nunc non erat his locus: Et fortaſſe cupreſſum

1 *Scis,*

9 *Scis ſimulare, quid hoc, ſi fractis enatat ex-*
pes.
Navibus, ære data, qui pingitur?
Optimæ quidem fortaſſis erunt nullitatum for-
mulæ in foro Eccleſiaſtico adverſus laudum pro-
ponendarum, ſed quid!
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.
Nos tamen, ne illibatum caput hoc penitus
reliquamus nonulla adnotabimus, in Eccleſiaſti-
co foro non minùs, quam in laicali digna ſcitu,
& in praxi admiſſa
2 Si clericus in foro laicali cogatur ad com-
promittendum, nullitas erit; clerici enim non
tenentur compromittere, quia n *Reg. Pragm.*
Odia, &c. non ligantur; quæ opinio communis
eſt ex unanimi Doctorum ſententia contra Ca-
pyc. *dec.* 66. *Bold. conſ.* 7. *vol.* 6. Hyppolit. de
Marſil. *in rubr. ff. ad fideicom. n.* 119. Arnon.
dialog 26. Marant. *in prax. par.* 26. *par. princip.*
3. *act.* 2. n. 26. *& diſp* 8. *n.* 6. *&* 14. Troyſius
in d. Pragm. odia litium n. 104. Borell. *in eod.*
Pragm. §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 225. penes de Roſa *con-*
ſult. 58. *num.* 12.
Laudum latum ab eo, qui arbiter eſſe non po-
teſt, ut ſi fuerit Religioſus, non tenet, licet
electus fuerit arbitrator, & amicablis compo-
4 ſitor, & ita dixerit, ſe pronunciare laudum Staib.
jun. reſol. 57. nu. 44. *&* 49. *reſol.* 37. *num.* 4.
Item nullum eſt, niſi de poteſtate arbitrorum,
5 & compromiſſo appareat, & contrà dictam po-
teſtatem latum, nullum eſt, idem Staib. *reſol.*
57. *nu.* 1. *&* 8. *&* 60.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XLVIII.

De praxi procendi quando animal fuit repertum,
& neſcitur Dominus.

1 *Expenſæ pro alendo animali, & cuſtodia, antè omnia*
ſunt reficiendæ.
2 *Præferuntur aliis creditis.*
3 *Animal deperditum damnificans an ſit immune a*
pœna?
4 7. & 8 *Conſuetudo impunè animalia occidendi*
5 *Damnum ſolvit, non pœnam.*
6 *Ratio adducitur.*

Circa hanc materiam quæ ſcripſi in *c.* 1. 2. 3. 4.
& 5. *ſpec.* 3. *tom.* 2. haud inutiliter videre
poteris, ubi de bajulis, fida, & diffida, & pœ-
nis damni dati fuit ſermo.
Quando animalis prædicti reperitur Dominus,
reficere debet expenſas pro eo alendo factas, &
1 expenſas pro cuſtodia, pro quibus adeo obliga-
tum animal eſt, ut expenſarum creditor quibuſ-
cumque etiam anterioribus præferatur, Surd.
de aliment. qu. 70. *tit.* 1. *nu.* 7. Cavalc. *dec.* 23.
n. 31 *& dec.* 44 n. 47 Amat. Rodriq. *de pri-*
vil. credit. &c.
Sed ſi animal prædictum repertum fuerit in
territorio aliquo banito, vel utcumque dam-
2 num alienis paſcuis, aut fructibus inferens, cer-
te quidem a pœna, quæ vigore ſtatuti aut con-
ſuetudinis ceteris animalibus damnificantibus
eſt comminata, immune non erit; In aliquibus
enim locis adeſt conſuetudo non ſolum capiendi,
ſed etiam interficiendi animalia damnificantia
reperta in alienis prædiis invito Domino, nec
3 occidens ad animalis occiſi reſtitutionem tenetur.
Reg. Rov. *in Pragm.* 1. *ſub tit. de offic. bajul.*
num. 30. ea Scilicet. *in L. Graccus v. ex prædi-*
ctis. C. *de ad tit.* Dec. *conſ.* 198. Novar. *tract.*
de gravamin. vaſſall. 368. n. 8.
In variis locis diverſa ſtatuta vigent, quæ
ſervantur, & a quibus animal prædictum nulla
ratione exemptum eſt, quin ſolvere debeat da-
4 mnum, ſed tantum exiſtimarem, eximi debere
a pœna culpæ, quæ eſt ultra damnum, niſi ex
vera juſtitia, ſaltim ex æquitate quia nulla cul-
pa conſiderari poteſt in bruto rationis experte,
5 & abſque rectore, & domino vagante, & de-
perdito.
Conſuetudo occidendi animalia prædicta in
multis viget Provinciis, & Regnis. Nicol. Boer.
in *conſuetud. Bituri. des coſtitues prædial.* §. 5. In
Longob. adeſt text. *in L. de prociſ. tit. de eo qui*
pecud. in damn. inven. his verbis: *De porcis ſi*
in eſca alterius paverint, & inventi fuerint, ſi
6 *minus ſunt decem, non occidatur nec unus de ip-*
ſis, ſi ſuper decem unus mediocris occidatur.
In *L. ſeq. eod. tit.* habetur, quod invenienti
7 porcum, aut porcos foſſas facientes in ſuo pra-
to, liceat unum occidere. Bartolom. de Capua
in conſt. Regni. Animalia, &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. IL.

De praxi damni infecti.

1. *Damna ſunt reficienda, ſed probandum, culpam*
fuiſſe cauſam immediatam.
2. *Vicinus an damnum reficiat?*
3. *Damni definitio.*
4. *De damno illato cum injuria, & violentia quis*
cognoſcat?
5. *Vel ſi eſſet adhuc pœna civilis ſtatuta, an utraque*
pœna exigenda ſit?
6. *Quid in minimis?*
7. *Baro pœnas alterare an poſſit.*
8. *Bona damnificantis ſunt hypothecata damnum paſſo.*
9. *Damnificans ſegetes ſortitur forum rei damnificatæ*

Riccio pro domo ſua ſcribenti quid ſuperadde-
re poſſum pro ſuis juribus muniendis, ſi
ejus cauſæ patrocinium non ſuſtinemus? Sed
ne a noſtro inſtituto aberremus, nihil intactum
videlicet, nihil illibatum relinquendi, nonnul-
las, & ſi generales, haud inutiles concluſiones
apponemus.
Damna licet reficienda ſint per culpoſum er-
1 ga damnificatum, actio tamen a damno ob cul-
pam non datur, niſi conſtet, eam fuiſſe cauſam
immediatam Card. de Luca *de dot. diſc.* 198.
num 10. *in fin. E de locat. diſc.* 16. *num.* 11.
Vicinus agens in ſuo prædio opus, per quod
2 damnum vicino inferatur, cautionem præbens
de damno infecto, illud eventum reficere tene-
tur. Card. de Luca *de ſervit. diſc.* 45. *per t.*
omnina viden.
3 Damnum definiri etiam poteſt, quod ſit pa-
trimonii diminutio cum rei corruptione. *L. ſi*
ſervus ſervum §. *ſi alium ff. ad L. Aquil.* Plat.
de in lit. jur. § 49. n. 42.
Si damnum cum violentia, vel cum injoria
4 illatum eſſet, tunc Officialis loci, ſeu Guber-
nator cognoſcet de criminali, & in conſequen-
tiam de civili actione, ſi vero culpa, non do-
lus inter fuerit, tunc Legis Aquiliæ actio da-
retur. *DD. in L. data, C. qui accuſare non poſſ.*
& in *L. ſi quis non dicam, C. de Epiſc. & Cler.*
Marant. *in ſpecul. ver. judicium civilium, &c. num.*
39. Urſill. *ad Affl. dec.* 57. Cravett. *conſ.* 66.
5 Sed ſi pro damno doloſe illato, vel cui cer-
ta pœna in Capitulis Bajulationis inter inter
Baronem, & univerſitatem ſtatuta eſſet, non
per hoc criminalis actio ſublata videtur, quia
6 Barones juris poſitivi pœnas nec minuere, nec
alterare poſſunt. Bartol. *in L.* 1. *ff. de vi bonor.*
rapt. Affl. *in conſt. intentionis.* Gramm. *conſ.* 35. Go-
mez. *var. reſol. tit. de delictis, num.* 38. quare in
hoc caſu utraque pœna exigi poteſt, niſi ſimus
7 in minimis, in quibus ſolitam pœnam tantum
attendendam eſſe exiſtimo. Marant. *diſput.* 3. *in*
fin. De Franch. *deciſ.* 340. *num.* 9.
8 Bona damnum dantis ſunt tacite hypotheca-
ta damnum paſſo. Viv. *dec.* 454 penes Ricc.
collect. dec. 103.

9 Da-

9 Da maificans ſeminata, ſeu ſegetes, ſortitur forum illius loci, in cujus Territoriu damnum factum eſt. Anna in ſingul. 137. penes Ricc. coll. dec. 103. in fin.

NOVA APPENDIX GRATIANI.

§. I.

De Appellationibus, & reclamationibus.

1. *Appellationis uſus, & definitio.*
2. *An poſſit a Judice admitti, ſi fuerit ſine juſta cauſa interpoſita?*
3. *Ejus diviſio in judicialem, & extrajudicialem.*
4. *Differentia unius ab altera.*
5. *Qualis ſit appellatio devolutiva, & qualis ſuſpenſiva?*
6. *Appellatio a definitiva ſit poſt ſententiam; ab interlocutorio vero cum expreſſione gravaminis.*
7. *Quinam poſſint appellare?*
8. *Appellatio unius an proſit aliis?*
9. *An liceat appellare omiſſo medio?*
10. *Coram quo Judice interponenda ſit appellatio?*
11. *Cauſæ, in quibus appellari non poteſt, enucleantur.*
12. *Quot modis appellationi renunciari poſſit?*
13. *Effectus appellationis recenſentur?*
14. *Tempus ad appellandum quale ſit?*
15. *Sententia, a qua non appellatur intra 10. dies, tranſit in rem judicatam.*
16. *Formula decreti.*
17. *Actis non tranſmiſſis ad Judicem ad quem, fiunt bina præcepta pro illorum tranſmiſſione.*
18. *Interpoſita appellatio, & non introducta deſerta declaratur.*
19. *A quo Judice debeat declarari deſerta?*
20. *Tempus proſequendæ & terminandæ appellationis quodnam ſit?*
21. *Fatalia quænam ſint?*
22. *Tempus ad appellandum quando eſt utile, & quando continuum?*
23. *Formula decreti quando adeſt gravamen, & quando non.*
24. *Gravamine reperto inhibitio remanet perpetua.*
25. *Appellatio ab interlocutoria requirit poſt ſe proviſiones cum clauſula acta & per dies.*
26. *Appellationis cauſæ in S. R. C poſt lapſum temporis ex iiſdem actis revidetur.*
27. *A futuro gravamine num liceat appellare?*
28. *Appellationis formula a ſententia definitiva.*
29. *Altera formula ab interlocutoria.*
30. *Reclamationis definitio.*
31. *Tempus eam interponendi quodnam ſit?*
32. *Reclamatio non conceditur, niſi prius in totum fuerit executa ſententia.*
33. *At ſi ejuſdem executio foret irretractabilis, pendente reclamatione non conceditur.*
34. *Caſus recenſentur, in quibus reclamatio non admittitur.*

1 APpellandi uſus, ait Ulpian. in l. 1. ff. de appellat. *quam ſit frequens, quamque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat, quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam corrigat, licet aliquando bene latas ſententias in pejus reformet*; quapropter operæ pretium duxi, pauca ad praxim tantum congruentia hic breviter adnotare. Eſt ergo appellatio a minori Judice ad majorem facta provocatio, *l. 1. §. ſi quis ff. de appellat.*, vel prætenſæ iniquæ ſententiæ a Judice inferiore prolatæ ad Superiorem Judicem legitima provocatio, quaſi querelam continens, Doct. communiter h. loc.

2 Quanquam appellatio ſit grande & generale remedium cunctis mortalibus, & toti mundo neceſſarium, quod veluti ſol diſcutit opera tenebrorum, ait D. Bernardus in l. *de conſid. ad Eugenium*; nequit tamen æquus prudenſque Judex eam ſine juſta cauſa interpoſitam admittere, *ipſa appellationum lex, ut illicite uſurpata appellatio nec prodeſt appellanti, nec appellatio obeſt; appellaſſe inique; iniquum eſt; iniqua autem omnis appellatio, ad quam juſtitiæ inopia non coegit appellare, non ut graves, ſed ſi graveris, licet; Appellandum a ſententia; ante ſententiam improba omnino, niſi ob manifeſtum gravamen, præſumitur appellatio. Qui igitur non gravatus appellat, aut gravare intendit, aut tempus redimere. Non eſt autem ſuffugium appellatio, ſed refugium. Quantos novimus appellaſſe pulſatos, quo interim liceret, quod nunquam licet? Nonnullis etiam, quoad vixerunt, licuiſſe appellationis ſuffragio nefaria ſcimus, v. g. inceſtum, adulterium. Quale eſt hoc turpitudini patrocinari, quod vel maxime formidari a turpibus oportebat. Præter jus, & fas, præter morem & ordinem fiunt. Non locus, non modus, non tempus, non cauſa diſcernitur aut perſona. Præſumitur leviter, paſſim, plerumque & nequiter. Antidotum verſum in venenum. Uſurpatoriæ ſunt hujuſmodi omnes, non ſubvenientes in neceſſitatibus, ſed opitulantes iniquitati.* idem D. Bernard. *lib. 3. de conſ.*

3 Appellationis varia ſunt genera; alia eſt enim judicialis, & alia extrajudicialis; illa eſt provocatio iniquæ ſententiæ querelam continens, *l. 1. ff. de minor.*, hæc vero provocatio extra judicium, quæ ſit ad Superiorem, vel a præſenti, vel a veriſimiliter futuro gravamine, *l. 1. ſolet ff. quando appellat.*

4 Differunt inter ſe; judic. enim propriè eſt appellatio; extra jud. vero proprie provocatio dicitur, *cap. cum ſit romana de appellat.*, ibi: *nec ſolent hujuſmodi dici appellationes, ſed provocationes ad cauſam*; illa requirit cauſam veram, & debet eſſe ſpecialis, & a gravamine præſenti; huic ſufficit cauſa veriſimilis, & poteſt eſſe generalis, & a futuro gravamine, *cap. ut debitus de appellat.*, tandem judicialis in totum ſuſpendit juriſdictionem judicis in cauſa, de qua agitur; extrajudicialis vero non ſuſpendit actum præteritum, nec eum, qui eſt conſequentivus ad actum de præterito, *cap. conſtitutus de appell.* Sanchez *dub.* 32. *num.* 14 Gonzalez *ad reg.* 8. *cancell.* Panorm. in *cap. bonæ memoriæ* 5 ...

5 Secundo alia eſt devolutiva, & alia ſuſpenſiva; illa licet interpoſita, & recepta, ſententiæ executionem non impedit, ſed duntaxat cauſa devolvitur a Judice a quo ad Judicem ad quem; hæc vero cauſam devolvit ad Judicem ad quem, executionemque ſententiæ latæ per Judicem a quo ſuſpendit; diciturque appellatio quoad actum devolutivum ſimul & ſuſpenſivum.

6 Tertio alia eſt a ſententia definitiva, & alia a decreto interlocutorio; illa ſit poſtquam Judex ſententiam protulerit, non antequam proferat, nec requirit cauſæ expreſſionem, *l. ante ſent. l. quor. appellat. non recip.* Baldus *lib.* 1. *conſ.* 431., hæc vero a quocumque interlocutorio, ſive ſit ſimplex, quod litem principalem non decidit, ſed quæſtiones emergentes, ſive incidentes terminet, ſive tale contineat gravamen, quod per appellationem a definitiva tolli, aut reparari non poſſit, vel vim habeat definitivæ. Noviſſime Rex Carolus ſua regali *conſtitut. anni* 1738. juſſit appellationem a quocumque interlocutorio cum expreſſione gravaminis fieri debere; *Inoltre ordiniamo che dette Regie Udienze nel caſo di gravame de' decreti interlocutorj, o che han forza di diffinitivo interpoſto dalle Corti inferiori, non poſſano inibire le medeſime pro recognitione gravaminum, ſenza che ſi ſpieghino diſtintamente quali ſiano i gravami.*

7 Ei duntaxat utroque jure conceſſam eſſe facultatem appellandi, qui eſt perſona legitima, potens agere in judicio, pro comperto eſt; hinc nec ſervus, nec filius familias, nec ſtultus, nec monachus, nec ille, cui negata eſt audientia tam in agendo, quam in excipiendo, & ſe defendendo

Digitized by Google

do, poſſunt appellare. Perſona vero legitima nedum eſt principalis, de cujus intereſſe agitur, ſed etiam ejus procurator, qui licet non habeat ad hoc mandatum ſpeciale, ſed generale ad lites, poteſt legitimo appellare: Sunt itidem perſonæ legitimæ fidejuſſor, condemnato ſuo principali, *l. a ſentent. ſupra ff. de appellat.*, tertius non condemnatus intereſſe habens, *l. ab executore ſupra §. alio condemnato ff. de appell.*, mater, pater pro filiis, & filius pro patre, & matre, etiam ſine mandato tam in civilibus, quam criminalibus, *l. conſenſu* 23. *§. filium ff. de appellat.*, creditur a ſententia lata contra ſuum debitorem in re ſibi hypothecata, mulier a ſententia contra ſuum virum ob intereſſe dotis, tertius intereſſe habens, adhærens appellationi partis poſtea renunciantis, vel ſe concordantis in ſui præjudicium, *l. ampliorem* 37. *C. de appellat.*, legatarius a ſententia inofficioſi teſtamenti, *l. a ſententia* 5. *ff. de appellat.*, tutor, curator, cohores, aliique expreſſo appellationi factæ ab alio adhærentes, *l. ampliorem C. de appellat.*, Theſaurus *dec.* 307. Petra *ritu* 258.

8 Accidit aliquando, ut appellatio unius proſit aliis non appellantibus, etiamſi appellationi non adhæſerint, modo idem negotium omnes æque afficiat; ſecus vero ſi ex diverſo titulo eorum alteri jus defenſionis competat, ſi unus, puta, ſit privilegiatus, alter non, vel non idem ſit jus commune, *l. ſi quis C. de appellat.*, *l. ſi in una*, *C. ſi unus ex pluribus appellav.*, intelligas, niſi res ſit individua, quia tunc prodeſt omnibus appellatio a privilegiato interpoſita, *l. ſi communem* 10. *ff. quemadmodum ſervitus amittatur*. Si tamen ſinguli appellaverint, tunc unus non juvatur appellatione alterius, quia proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis volentis appellationem communem, *l. ampliorem* 37. *C. de appellat.*

9 Hoc olim in Regno licebat a Curiis baronalibus ad M. C. V. appellationem interponere, omiſſis Judicibus ſecundarum, & tertiarum cauſarum, ſi quas habeat Baro, nec non Regiis Audientiis; id quod poſtea vetuit Rex Carolus ſua *conſtitut.*, quam pagina 163. hujus tomi integre tranſcripſimus.

10 Appellatio coram Judice, a quo fertur ſententia, primo erit interponenda, ne ſub ignorantiæ prætextu ad ulteriora procedat, *cap. ut debitus de appellat.*, quod ſi ejus copia haberi nequeat, coram Judicem ad quem; tandem ſi nec iſte adiri poſſit, coram honeſtis viris appellatus, *cap. ſi juſtus* 73. *de appellat.*, *l.* 2. *C. de his, qui propter metum Judicis*; hujuſmodi appellatio ſubſidiaria dicitur, & tunc ei datur locus, quum juſta cauſa interceſſit; quoniam coram Judice appellare quis potuit, quia, ſcilic., eſt ſibi infenſus, vel indignari ſoleat adverſus illos, qui a ſuis decretis appellant, ſi appellationem recipi prohibuerit, vel copiam ſui non fecerit ſe occultando, vel abſentando. Intra tempus legitimum de jure conceſſum eſt interponenda, & Judici, ac parti notificanda. Sat erit ſi coram uno viro fiat, modo per duos teſtes fide dignos probetur, *l. ubi numerus ff. de teſtibus*; numerus enim ſingularis in dicto *cap.* requiſitus reſolvitur in ſingularem, eodem fermo modo, quo conditio ſi ſine liberis deceſſerit verificatur in uno, *l. non eſt ſine.* 128. *ff. de v. s.* Gonzal. *in cap. fin. de appellat.*

11 Ex hucuſque dictis ſatis conſtat, appellationi legitimæ duplicem ineſſe vim: vel devolvendi judicium ad Tribunal ſuperius, vel ſuſpendendi executionem prolatæ ſententiæ, aut interlocutorii decreti vim definitivæ habentis; verum in multis caſibus, aut prorſus non recipitur, vel ſi recipiatur, devolutive tantum; ſic negatur appellatio adverſus ſententiam a Principe prolatam alium ſuperiorem non recognoſcente, *l.* 1. *ff. a quibus appell. appell. non licet*, 2. adverſus duas ſententias conformes, *pragm.* 5. *de offic. S. R.C.*, 3. ſponte, & plene confeſſus, & verus contumax per citationem perſonalem non appellant, *cap. romana* 3. *de appell.*, *dict. l.* 1., 4. a ſententia nulla, vel lata ſuper notorio, & manifeſto, aut ſuper re, quæ dilationem non admittit, v. g., ne teſtamentum aperiatur, vel ne heres in poſſeſſionem mittatur, appellatio non admittitur, *l. fin. ff. de appellat. recip. vel non*; 5. ſi expreſſe, vel tacite fuiſſet appellationi renunciatum, vel agatur de momentanea poſſeſſione, *l. fin. C. de temp. appellat.*, *l.* 1. *C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell.*, tandem ſi cauſa fuerit finita per juramentum delatum, vel relatum, *l. generaliter §. ſed juram. C. de reb. credit.*, vel appelletur ab eo, qui appellare prohibitus eſt. Videſis Marant., Maſcatell., & Scacc. *de appell.*, qui innumeros pene alios caſus hujuſmodi latiſſime referunt.

Devolutive duntaxat appellatur a ſententia lata per M. C. V. infra ſummam ducatorum 150., & in curiis Regni infra ſummam ducatorum 12., pro ſolutione funeralium, & expenſis ultimæ infirmitatis, pro alimentis præſtandis, pro demoliendo ædificatum poſt denunciationem, pro aſſecuratione dotis ob vergentiam mariti ad inopiam, pro mercede famuli jam conventa, pro ſolutione penſionis, vel apocæ banci recognitæ, a ſententia ſuſpicionis Officialium, vel declarante haberi pro confeſſo Principalem deponere recuſantem ſuper articulis, ſeu poſitionibus. Similiter a ſignificatoriis per Rationales Regiæ Cam. Summ. latis, vel Univerſitatum, a ſententia liquidationis inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ liquidæ, Afflict. *dec.* 154., ſolutionis decimarum, quæ ſunt loco alimentorum, *cap. ſua nobis de decimis* Marant. *part.* 6. *n.* 324., ſi lata foret ex Salviano interdicto, *l. certi juris*, *C. de locat.*, aut vigore *cap. reintegrandæ* 3. q. 1., vel *l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.*, poſtremo ab executione exceſſiva, *l. ab executor. S. C. quor. appellat.*, puta ſi executor injurioſe, vel doloſe aliquid agat, executionem faciat in alia re, quam in expreſſa in mandato executionis, vel tempore, & loco indebito, ſi abſque mandato Judicis exequatur, aut nolit admittere compenſationem. Riccius ad Roſam in *pr. civ. p.* 2. *inſt.* 2. *de appellat.* In Curiis vero eccleſiaſticis, quando recipiatur, vel ne, & in quibus cauſis, latiſſime tradit D. Carolus Gagliardus *inſtit. canonic. tom.* 3. *tit.* 17. *num.* 14.

12 Pluribus modis appellationi renunciari valet, ſed præcipue duobus, expreſſe, vel tacite. *Expreſſe* renunciatur verbis, puta ſi quis declaret ſe nolle uti appellatione interpoſita, vel interponenda, *l. ſi quis* 28. *C. de appellat.*, vel pacto, ſi utraque pars conſentiat, ut cauſa committatur, appellatione remota, *l. ex conſenſu*, *ff. de appellat.* *Tacite*, ſi non appellet, *cap. ſollecitudinem* 54. *de appell.*, vel fiat aliqua actio incompoſſibilis cum voluntate appellandi, puta ſi appellatione interpoſita ad Judicem ad quem, petat a Judice a quo, aliquid fieri in cauſa, a qua appellavit. Procurator nequit expreſſe appellationi renunciare ſine mandato ſpeciali, *cap. cum ſpeciali* 51. *de appell.*, bene vero tacite; tunc enim non ageret, ſed negative ſe haberet. In cauſis vero matrimonialibus, num poſſit appellationi renunciari, vel ne? videſis noviſſime tradita per dict. Gagliardum *inſtit. canonic. tom.* 2. *in fine* ...

13 Ex appellatione juſte, & legitime interpoſita plures oriuntur effectus. Primo etenim ſuſpenditur

litur juriſdictio judicis a quo, & cauſa devol-
vitur ad Judicem ad quem, *l. a ſententia C. de
appell.* 2. cauſa principalis reducitur ad termi-
nos litis conteſtatæ, *l. ita demum, C. de probat.*,
3 executio ſententiæ ſtatim ſuſpenditur, *l.
ſciendum, ff. de appell. recip. vel non* At ſi ab
interlocutorio fuerit appellatum, nentiquam Ju-
dicis a quo, impedit exercitium, donec ei n n
fuerit inhibitum per Judicem ad quem; *Ed allin-
contro le Corti inferiori* (ſunt verba regalis conſtit.
anni 1738.) *non oſtante che ſiaſi interpoſta l' ap-
pellazione da decreti interlocutorj, e che han forza
di diffinitivo, poſſano continuare a procedere fino a
tanto che non ſarà loro notificata l' inibitoria delle*
Regie Udienze. *Eccettuandoſi però in detti caſi quel-
le cauſe, nelle quali vi ſia intereſſe di perſone pri-
vilegiate, e di cui privilegj s' intendano rimanere
fermi, intatti, ed illeſi.*
14 Antiquitus de jure digeſtorum, & codicis tem-
pus ad appellandum erat breviſſimum; nam in
cauſa propria dabatur biduum, & aliena tri-
duum, *l. 1. §. biduum, ff. quando appell. sit, l. eos,
§. ſin autem C. de appellat.*, hodie vero jure no-
viſſimo & regni conceditur tempus decem die-
rum cuilibet appellari volenti, tam a definitiva,
quam ab interlocutoriis, Afflict. *in conſtit. ap-
pellationum tempora*; unde qui ſtatim non appellat
poſt ſententiam, vel quando gravamen infertur,
appellare valet intra decem dies a die ſcientiæ
ſententiæ habitæ per actum intimationis decur-
rendos de momento ad momentum; quo tempo-
re elapſo tam definitiva, quam interlocutorium
15 tranſitum faciunt in rem judicatam, & parte
non citata, dummodo ſit vivens, executioni de-
mandantur, hoc modo, videlicet: *vi a comparitione &c.
fuit proviſum, & decretum, ſententiam ſub die &c.
prolatam, feciſſe tranſitum in rem judicatam, ac proin-
16 de exequendam, & expediantur literæ executoria-
le &c.*
17 Quod ſi fuerit interpoſita, & intra 50. dies,
qui etiam currunt de momento ad momentum a
die appellationis, coram Judice ad quem, acta
præſentare non curaverit appellator, tunc parte
appellata petente, & appellante citato decerni-
tur, *quod N. N. appellator intra tot dies procuret
tranſmiſſionem actorum, alias providebitur ſuper de-
ſertione appellationis*; quo citato, poſt elapſum tem-
pus aliud cum clauſula *præciſe, & peremtorie*
18 expeditur; tandem actis intra ſtatuta tempora
non tranſmiſſis, ſequens interponitur decretum:
*Die &c. viſa comparitione fol., citat fol., per M. C.
V. fuit proviſum, & decretum appellationem ſub
die &c. interpoſitam pro parte N. N. fuiſſe, & eſſe
deſertam ob non præſentationem proceſſus intra legi-
tima tempora, ac proinde reſcribatur Curiæ N., quod
ſuum exequatur decretum juxta ſui ſeriem, continen-
tiam, & tenorem, appellatione prædicta non ob-
ſtante.*
19 Hinc ſequitur, quod ſi pars ex adverſo poſt
interpoſitam appellationem, literaſq; inhibitoria-
les Judicis a quo intra tempus legitimum præſen-
tatas appellationem proſequi non curaverit, tunc
Judex ad quem eam declarabit deſertam, ſecus ve-
ro ſi fuiſſet ſimpliciter appellatum, Rovit. *pragm.
1. de appellat.* Evenit plerunque, ut a deſerta
appellatione juſtis de cauſis appellans excuſetur,
v. g. gravi infirmate, longitudine itineris, pro-
lixitate actorum, tempeſtate, negligentia ſcri-
bæ, cui pro actorum exemplatione directus jam
ſolvit, paupertate, ſi vocetur a Principe ob pro-
pria negotia peragenda, ſi tempore proſequendæ
appellationis Partes de communi conſenſu cau-
ſam Arbitro commiſerint, ſi teſtes examinandi
in cauſa appellationis fuerint impediti, vel ſi
abſque appellantis culpa non poſſint haberi in-

ſtrumenta, & aliæ ſcripturæ ad proſequendam
appellationem neceſſariæ, ſi dolo fuerit circum-
ventus &c. Affl. in *d. conſt. appell. tempora*, & Ca-
ravita in *rit. M. C. V.* 6., quapropter optima
cautela eſt, tradit Maranta, ad evitandos circui-
tus, citari appellantem ad dicendam cauſam qua-
re ſententia contra ipſum lata exequi non debeat.
20 Ordinis ratio poſtulat, ut de tempore proſe-
quendæ, & terminandæ appellationis ſermo in-
ſtituatur. Et quidem jure civili unus conceditur
annus, qui a die aperturæ proceſſus currere in-
cipit; & juſto intercedente impedimento, alius
indulgetur: *ei, qui appellat, impertitur an-
nus, intra quem ſecundum ſe communiterque cum
adverſario litem exequatur, aut ſi juſta cauſa inter-
ceſſerit*, alius annus *indulgeatur; quo tranſacto, & lite
non completa, rata manet ſententia*; *auth. ei qui
C. de temp. appell.*, ſecus de jure canonico, *cap.
ex ratione* 8. *de appell.* Tempora iſta appellatio-
21 nis *fatalia* dicuntur, propterea quod iiſdem elap-
ſis appellatio deſerta fato quidem ſuo perit. At
in S. R. C. praxis obtinuit, ut non obſtante la-
pſu fatalium, & appellationis deſertione, cauſa
appellata ex iiſdem actis revideatur, prout la-
tiſſime comprobat claria. Sorge *enucl. forenſ. tom.*
8. *cap.* 96.
22 Tempus ad appellandum de jure conceſſum, eſt
utile quoad initium, continuum quoad progreſ-
ſum; quare ſi primus, vel ultimus dies non
fuerint utiles, ſed feſtivi, non computantur in
termino; ſecus ſi a principio fuerit utilis, &
poſtea ſequantur dies feſtivi. Tempus continuum
illud dicitur, quod continue currit de momen-
to ad momentum, tam quoad initium, quam
quoad finem, utile vero quo utiliter currit;
Marant. *in ſpec. d.* 3. *p.* 6.
23 Tranſmiſſis actis, iiſque conſideratis per Ju-
dicem ad quem, poſt ſolemnem eorum aperturam,
ſequens interponitur decretum, *quod ſtantibus gra-
vaminibus, cauſa remaneat, & expediantur provi-
ſiones Judici N., ut in cauſa prædicta amplius non
procedat*; at ſi nullum appareat gravamen decer-
nitur, *quod reſcribatur Judici a quo, ut ſuum exe-
quatur decretum, in cauſa procedat, & juſtitiam
faciat, literis inhibitorialibus per nos expeditis non
obſtantibus*; *vel quod cauſa remittatur ad Judicem
a quo, qui provideat, quod &c.*
24 Exinde ſequitur, in appellatione ab interlo-
cutorio duas conſiderari *inhibitiones*, perpetuam
unam gravamine reperto, temporaneam alteram,
25 quæ decreto perficitur, quod *pro recognitione
gravaminum in libello expoſitorum Judex a quo tran-
ſmittat acta, & per dies v. g.* 10., *vel* 20. *non
procedat.*
26 Obiter hic animadvertendum eſt in S. R. C.
praxim jam obtinuiſſe, ut appellationis cauſa ex
iiſdem actis, novo non impertito termino, nec
novis factis probationibus revideatur, ſi appel-
lans poſt elapſum tempus a jure præſcriptum
coram D. cauſæ Commiſſario acta præſentaverit
Afflict. *dec.* 78. Petra in *ritu* 260. aliique.
27 Solent aliquando ambæ partes ad finem con-
firmandi decreti, cauſa evitandi dilationes Partis
adverſæ, vel ſi forſan de bono exitu cauſæ du-
bitent, inſtare apud Judicem ad quem expediri
proviſiones Judici a quo, quod *ſi fuerit in vo-
to, vel decreverit nullitates propoſitas non obſtare,
acta tranſmittat, & non procedat &c.*; quo caſu
ſi contra petita decreverit, eidem decreto addet:
*verum pro executione proviſionum N. N. tran-
ſmittantur acta, ad finem &c.* de Roſa *p.* 2. *inſt.*
2. *cap.* 1. *diſt.* 2. *num.* 18.

Appellationis formula a ſententia definitiva.

28 In Curia N., & coram ejus Domino N. com-
paret Nicolaus Boccuto dicens ſe habuiſſe noti-

tiam cujuſdam aſſertæ definitivæ ſententiæ per N. N. latæ, ut dicitur, ad aſſertum favorem N. N. contra ipſum comparentem, de & ſuper ſolutione ducatorum centum ex prætenſa cauſa mutui, (*vel fuit condemnatus ad relaxandam domum N., aliamve rem controverſam juxta facti contingentiam*); a qua quidem ſententia ſentiens ſe nimis læſum, & gravatum (*c. v.*), & in futurum magis lædi, & gravari timens, a prædicta ſententia ſibi adverſa provocat, appellat, & æque principaliter de nullitate dicit, ut ejus indemnitati provideri valeat; intereaque nihil appellatione pendente innovari, neque ad eam exequendam ullatenus procedi; alias de nullitate, & attentatis dicit, & proteſtatur, ac de omnibus aliis & licite proteſtandis &c. non ſolum &c., ſed omni alio meliori modo &c.

Formula appellationis a decreto interlocutorio.

29 In Curia N., & coram &c. dicens in cauſa, quam habet cum N. N. de, & ſuper &c. fuiſſe per ipſum comparentem pluries oppoſitas exceptiones tranſactionis, litis finitæ &c. contra dictum N. adverſarium; & quamvis non potuiſſet ad ulteriora procedi, nihilominus quia ad ulteriora procedi mandavit, illis, & quibuſcumque aliis non obſtantibus; idcirco ſentiens ſe enormiter læſum, & gravatum rejectione dictarum exceptionum, quæ uti relevantes proceſſum impediunt, & omnino diſcuti debent; ideo timens magis lædi inpoſterum, appellat &c.

30 Reclamatio eſt ſententiæ a Præfecto Prætorio prolatæ ad eundem in integrum reſtitutio, qua erroris proprii venia poſtulatur, vel adverſarii circumventio adducitur, de Ro's *hic*; quare in Regno a ſententiis S. R. C. ob Senatus prærogativam, & dignitatem non appellatur, ſed duntaxat reclamatur.

31 Tempus eam interponendi eſt biennium, quo elapſo, in rem judicatam tranſit ſententia; tempus vero ad illam proſequendam eſt unius anni, qui a die ſupplicationis currere incipit; licet in prima die biennii ſupplicatum eſſet, Afflict. *dec.* 78. & Rovit. *deciſ.* 21.

32 Ex pluribus Regni pragmaticis expreſſe præſcriptum fuit, ſupplicationes reclamationum a ſententiis definitivis Sacri Regii Conſilii ante earum executionem, nullo modo alii Commiſſario poſſe committi, neque cum clauſula *citra præjudicium executionis*; qua de re in dictis reclamationum ſupplicationibus hoc modo per Spectabilem Præſidem S. C. decernitur: *Noctur dies, & facta executione providebitur*. Praxis tamen obtinuit, quod ſi intra decem dies reclametur a die notificati mandati de parendo, executioni demandetur ſententia, præſtita tamen per victorem cautione reſtituendi rem, quam vigore ſententiæ recipit, in omni caſu retractationis; at ſi poſt decem dies fuerit reclamatum, ſed intra biennium, conceditur executio ſine dicta ſatiſdatione, *pragm.* 5. *de offic. S. R. C.*; *& pragm.* 37. *de offic. procurat. Cæſaris*.

Verum ſi ſententiæ executio foret irretracta-
33 bilis, pendente reclamatione; non exequitur, puta ſi agatur de condemnatione ad mortem, vel ad remigandum, & in cauſa civili, ſi damnum eſſet irreparabile, Tappia *l.* 1. *juris regni in adnot. ad pragm.* 5. *de offic. S. R. C.* Affl. *contr.* 1.

34 A duabus ſententiis conformibus non poſſe victum amplius reclamare, indubitati juris eſt, per text. *in l. ſi quis adverſus, C. de prec. Imperat. offerend.*, *& prag.* 5. *de offic. S. R. C.*, quod etiam procedit etiamſi intermedia earum fuerit difformis, & perpetuum ſilentium, ut mortis eſt, in tertia primæ conformi non fuerit impoſitum, de Luca ad *dec.* 135. de Franchis. Noviſſime Rex Carolus ſua *conſtit.* 1738. juſſit: *Dalli decreti interlocutorj, che ſi fanno in caſa de' Commeſſarj per gli atti ordinatorj, non ſe ne poſſa produrre che un ſolo gravame nel Tribunale; di maniera chè o ſi confermi, o ſi rivochi il decreto fatto in caſa del Commeſſario, non ſia lecito alle parti nedi reclamare, ne di dire di nullità* §. 1. *n.* 27. ſimiliter: *Occorrendo, che vi ſia queſtione tra il S. R. C. e la G. C. della V. chi debba procedere in qualche cauſa; ordiniamo che dalle parti non ſi poſſa produrre verun gravame dal decreto, che per tal' effetto dal S. C. s' interporrà in aula, tanto di reclamazione, reſtituzione in integrum, che di nullità.*

§. II.

De nullitatibus.

1. *Nullitatis definitio.*
2. *Prohibita appellatione, non cenſetur prohibitum de nullitate dicere.*
3. *Nullitates vel per viam exceptionis, vel per viam actionis obiici poſſunt.*
4. *Onus probandi nullitates objectas, cui incumbat?*
5. *Nullitates ex eiſdem actis apparentes, ex eiſdem actis revidentur.*
6. *Quando nullitas eſt notoria, poteſt Judex ex officio poſt decennium ſuper ea pronunciare.*
7. *Nullitas, a quo obiici poſſit?*
8. *Coram quo Judice proponi debeat?*
9. *Intra quod tempus diſcutienda?*
10. *Effectus nullitatis.*
11. *Recenſentur noviſſime præſcripta per Cardinalem de Althan.*
12. *Quando ſententiæ executionem impediunt?*
13. *Quantum debeat eſſe depoſitum?*
14. *Quomodo ſententia dicatur nulla, & injuſta?*
15. *An defectus citationis nullitatem inducat?*
16. *Lata ſententia definitiva, an poſſit dici de nullitate actorum?*
17. *Formula decreti in appellatione cum nullitatibus.*

SOlent plerunque cauti Advocati ad impediendum ſententiæ executionem non ſolum appel-
1 lare, ſed inſimul de nullitate dicere hoc modo: *provocat, & appellat & æque principaliter de nullitate dicit*. Videndum ergo quid ſit nullitas, quot modis, intra quod tempus, coram quo Judice, et a quo obiici poſſit. Nullitas, ait Sanctius *hoc loc.*, eſt jus, ſeu commune auxilium ad irritandum actum, de quo quis jure queritur: *equidem condemnatum accipere debemus eum, qui vere condemnatus eſt, ut ſententia valeat; ceterum ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt, condemnationis verbum non tenere, l.* 4. *§. condemnatum ff. de re judic.* Adeo eſt favora-
2 bile hoc nullitatum remedium, ut prohibita appellatione, non cenſeatur prohibitum de nullitate dicere. Caucer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 18. Altim. *de nullitat. rubr.* 5. *qu.* 1.

Nullitates, vel per viam exceptionis, vel per
3 viam actionis obiici poſſunt; ſi primo modo opponantur ſententiæ executionem impediunt; *per viam exceptionis proponitur*, ait Altim. *de nullitat. ſent. rub.* 1. *qu.* 3., *cum nullitas obiicitur ſententiæ poſt cæptam executionem ad impediendum ejus curſum; vel illa obiicitur eo tempore, quo eſt expeditum mandatum de parendo virtute ſententiæ ad impediendam ipſam executionem ſententiæ, ſi illa conſtet ex actis, vel poſſit in continenti probari; nam quod nullum eſt, nullum poteſt habere effectum*; ex quo ſequitur, quod ſi altiorem indaginem, et extrinſecam probationem requireret, non impediet utique ſententiæ executionem, modo non agatur de executione irretractabili, *pragm.* 5. *de offic. S. R. C.*; Quod ſi per modum actionis principaliter fuerint oppoſitæ, ſententiæ executionem non ſuſpendent, nec depoſitum requiritur, Rovit.

pragm.

Digitized by Google

pragm. 5. *de offic. S.* R. C. *num.* 23.

4 Objectas nullitates probandi onus, alleganti incumbere, palam eſt; quæ ſi executa jam ſententia opponantur, termino indigent probatorio, & litis conteſtatione, cum dicantur principaliter oppoſitæ per viam actionis. At ſi forent adeo claræ, & evidentes, ut ex eodem proceſſu, & revolutione chartarum colligi queant, tunc non
5 obſtante, quod ſententia jam ſit executa, ex iiſdem actis, nullo impertito termino plenarie decidi debent, Sanfelic. *deciſ.* 96. Talis enim & tanta eſt vis hujuſmodi nullitatum, ut locum habeat regula *l. ſi is, a quo ff. ut in poſſeſſ. legat.*, *hodie conſtat, hodie agatur*, & altera *cap. ad noſtram de jure jur.*, *in notoriis ordinem ſervare, eſt ordinem non ſervare*; immo elapſo etiam decennio a *pragm.* 4. præfixo, poteſt judex ex officio pronunciare ſuper ipſis nullitatibus, cum non ipſe judex declaret ſententiam eſſe nullam, ſed ipſamet ſen-
6 tentia ſeipſam reddat notorie nullam; & ita excluſus per aliquod ſtatutum ad opponendum de nullitate, Judicis officium obtinere valet; finis enim *d. pragm.* non eſt actum nullum confirmare, ſed tantum tollere fraudis ſuſpicionem, & calumniæ, ne lites in longum protrahantur, quæ quidem fraudis ſuſpicio ceſſaret, quum notoriæ eſſent nullitates. Hodiern. *controv.* 48. n. 25., Cancer. *variar. reſol. p.* 2. *cap.* 15. *nu.* 42., Altim. *rubr.* 8. *qu.* 9. *nu.* 8. Rovit. *pragm.* 1. *de offic. S.* R. C., Riccius ad Roſam *cap.* 3.

7 Nullitates obiici non poſſe, niſi a perſona, cujus favore ſunt inductæ, docent communiter Doctor.; quæ ſi ſiat adeo claræ, & prorſus excluſivæ juris agentis a quocumque tertio opponi poſſe, tradit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 691. *nu.* 17. excipe ſi fuiſſet author nullitatis, ea potiſſimum ratione, ne ex proprio dolo commodum conſequatur, Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 150. *nu.* 9. Surd. *deciſ.* 108.

8 Nullitates coram Judice a quo, & coram Judice ad quem obiici poſſunt, ad arbitrium, & electionem appellantis, *l.* 1. *ff. quæ ſentent. ſine appellat.*, verum utilius foret coram Judice a quo eas proponere, inſtando pro illarum diſcuſſione coram Judice ad quem; difficile enim foret Judicem inducere ad revocandam ſententiam ſemel a ſe latam, Altim. *rubr.* 1. *qu.* 4. *nu.* 19. Intra
9 duos menſes, a die quo fuerunt præſentatæ, numerandos diſcuti debent, *pragm.* 8. *de dilat.* §. 8., quo termino non includuntur feriæ æſtivæ, & majores. Verum in Supremis Tribunalibus ex æquitate, etiam dicto tempore elapſo diſcu-
10 tiuntur. Data nullitate actorum omnia attentata in priſtinum revocantur, Sanfel. *dec.* 62., & qui nullites egit, non auditur de novo, niſi prius reficiat expenſas, Afflict. *dec.* 70.

Noviſſime circa modum admittendi, & obii-
11 ciendi nullitates, hæc præſcripſit Cardin. de Althan ſua *pragm. ann.* 1728. §. 5. *Che non ſi ammettano nullità contro de' decreti de' Tribunali, ſe non ſiano contro eſpreſſi caſi di leggi comuni, o municipali, o contro pubbliche ſcritture preſentate nel proceſſo, ſecondo il diſpoſto della pragm.* 4. §. 20. *de dilat., il quale ſi abbia nella preſente per inſerita de verbo ad verbum, ne diaſi luogo a quelle, che derivano da leggi, che hanno ricevuta varie interpretazioni da' Dottori, o da' Tribunali, neque ex capite notoriæ injuſtitiæ, come eſpreſſamente ſi diſpone in detto* §. 20.

Che dopo interpoſto il decreto diffinitivo, o ſentenza in una qualche cauſa, non ſi poſſa dire di nullità degli atti in eſſi fatte, ſecondo l'Ordinanza della ſteſſa prammatica 4. §. 17., *ancorchè ſi allegaſſe mancanza di un qualche atto ordinatorio ſoſtanziale per la compilazione di proceſſo, a difetto di giuridizione.*

Che di quei decreti, de' quali ſi poſſono portare le nullità, non ſi debbano ricevere queſte ſenza il depoſito, e colla pruova della povertà, precedente reſcritto del Regio Collateral Conſiglio. E che ſimilmente di quei decreti, co i quali ſi ordina, che non ſi ricevano nullità ſenza depoſito, non ſi poſſa concedere altro qualunque rimedio, nè di reclamazione, nè di nullità, nè di reſtituzione in integrum, nè altro qualſivoglia.

Vogliamo inoltre, e comandiamo, che la pramm. 4. §. 18. *de dilat., con cui è ſtabilito, che non ſi poſſa dire di nullità de' decreti interlocutorj, o che han forza di diffinitivo, ſcorſi i ſei giorni dopo il dì, in cui quelli ſi ſono notificati, proceda pure ne' decreti meramente diffinitivi.*

Che contro le ſentenze del S. R. C., *tuttocchè non incominciate ad eſeguirſi, non ſi poſſa dire di nullità, nemmeno per viam exceptionis, dopo ſcorſi* 40. *giorni dal dì, in cui ſi è notificato il mandato de parendo.*

Ergo ſi hujus pragmaticæ finis attente inſpiciatur, quatuor concurrere debent, ut nullitatis re-
12 medium ſententiæ executionem valeat impedire. Primum eſt circa modum, ut nempe, non principaliter, ſed incidenter obiiciantur, & ex eodem proceſſo, abſque extrinſeca probatione appareant. Afflict. *dec.* 385., quo vitio ſubſequentes omnes ſententiæ afficiuntur, ut poſt Bart. in *l. ſi expreſſim de appellat.* docet Grat. *diſcept. for. cap.* 581. *nu.* 32. *tom.* 3., ibi: *Quoties enim una nullitas influit in omnes actus ſubſequentes, & vitium, quod erat in prima perſeverat in aliis, etiamſi mille ſubſequantur ſententiæ, corruunt omnes; & non poteſt confirmari, aut ſanari nullitas antecedentis ſententiæ, ſed imo nullitas eadem inficit omnes ſubſequentes ſententias, & hoc procedit, etiam parte non opponente.*

Secundum eſt circa ſolemnitatem, ut nullitates per capita explicentur in eadem comparitione, Judici pateficiendo oſtendens, vel in ſcriptis defectus omnes, & jura, per quæ nullitates inducuntur, & pro quolibet nullitatis capite adducere leges, ſive communes, ſive municipales in contrarium obſtantes; quas poſtea cauſæ advocatus ſubſcribat, modo in Tribunalibus collegiatis cauſa agatur. Altimar. *tom.* 1. *de nullitat. rubr.* 6. *par.* 13. *nu.* 53.

Tertium qualitatem reſpicit, ut nullitates ſint contra expreſſum caſum legis communis, vel municipalis, aut publicam ſcripturam in proceſſo præſentatam; ſecus, quando ſunt contra ſenſum juris ambigui, qui vario modo ex juris interpretatione accipi poteſt; alias enim ſequeretur maximum abſurdum, & latior aperiretur via lites prolatandi in infinitum contra finem *pragm.* 11. *de cauſis decidendis.*

13 Tandem irremiſſibiliter præſentari debet cum comparitione depoſitum (in Tribunalibus collegiatis), quod abſolute in beneficium regii fiſci liberari debere, ſi nullitates, attento earum tenore fuerint rejectæ, juſſit Rex Carolus ſua *conſtit.* 1738. §. 1. *num.* 19., qui etiam voluit pauperes ad hoc depoſitum faciendum non teneri, modo notorie conſtet de illorum paupertate §. 2. *nu.* 2., & §. 5. *nu.* 2. Hoc depoſitum quantum eſſe debeat, late tradit de Roſa *nu.* 3. *de nullit.*, qui etiam diſcrimen inter pauperem, & inopem perbelle oſtendit *nu.* 6. Hoc unum notandum eſt, nullitates reſpicientes ordinem ante decretum definitivum recipi non poſſe abſque depoſito carolenorum 15. in M. C. V., & ducatorum ſex in S. R. C., & R. C. Summ., §. 19. *d. conſtit.*

14 Sententia notorie nulla & injuſta dicitur quoties ex eiſdem actis, ex quibus fuit prolata, de ejus juſtitia non conſtat, Rovit. *pragm.* 6. *de* of-

appell. nu. 12. & Altim. *de nullit. rubr.* 7. *q.* 2. *num.* 32., quæ proinde nullam meretur executionem, etiamſi in rem judicatam tranſiverit, de Franch. *dec.* 86. *nu.* 5. quod eo magis procedit, ſi non contineat clauſulam *lecta lata*, vel ſi ſcripta non fuerit, *conſtit. regni ab omnibus*. Similiter acta omnia peracta coram ſubſtituto, ſeu Locumtenente ſuper cauſis, quæ de ſui natura delegari non poſſunt, eodem nullitatis vitio afficiuntur, *rit. M. C. V.* 157., quæ perinde habentur ac ſi a non habente juriſdictionem facta fuerent, *tot. tit. C. ſi a non compet. Judic.*, in cauſis vero, in quibus Locumtenens toleratur, Aſſeſſoris votum neceſſario requiritur, *cap. regni item quod in cognition.*, *& cap.* Reginæ Joannæ, *item quod prædicti Juſtitiarii*. Reliquos caſus, quibus ſententia dicitur nulla, & injuſta, fuſe retulimus in cap. 28. hujus tomi.

15 Quanquam citatio ſit actus a jure divino inſtitutus; *clement. paſtoralis de ſent. & re judic.* ac proinde ejus defectus ſententiæ executionem impediat, ob non perfectam defenſionem, Afflict. *dec.* 763., nihilominus in ſupremis Tribunalibus, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, non attenditur, niſi inſimul aliquod ſubſtantiale proponatur, quod ſi forſan Judici innotuiſſet, aliter judicaſſet, Cancer. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 63., Altim. *de nullit. rubr.* 5. *qu.* 50. *num.* 70.

Nullitas actorum, vel proceſſus compilati
16 poſt latam ſententiam definitivam objecta, nec etiam attenditur; præſumitur enim animo calumniandi id fieri, *pragm.* 4. §. 17. *de dilat.*, ſecus dicendum ſi omnes actus ad judicii ſubſtantiam neceſſarii, fuerint omiſſi, argumento ducto a contrario ſenſu ejuſdem pragm. ſuperius tranſcriptæ *nu.* 11. Noviſſime Rex Carolus ſua conſtit. 1738. juſſit, adverſus decreta actus ordinatorios reſpicientia, domi prolata, & in Aula poſtea relata ac confirmata, necnon adverſus illa S. R. C. Judicia competentiam reſpicientia, nullitatis remedium non competere.

Tandem propoſitis nullitatibus, iiſque rite
17 diſcuſſis, & legitime probatis decernitur, *nullitates obſtare, ac proinde ſententiam latam ſub die ...... declarari nullam & invalidam, prout hoc noſtro decreto ipſam nullam, & invalidam declaramus, & ideo non eſſe exequendam; vel nullitates non obſtare*; aut *rejiciantur nullitates etiam earum attento tenore*.

§. III.

De in integrum reſtitutione.

1. *Reſtitutio in integrum quid ſit?*
2. *Ejus diviſio.*
3. *Bifariam peti poteſt.*
4. *Ejus requiſita enucleantur.*
5. *Quibus in cauſis ſententiæ executionem impediat?*
6. *An impediat executionem decreti, quod habet tractum ſucceſſivum?*
7. *Minoribus proprie competit in integrum reſtitutio.*
8. *Aliquando etiam majoribus.*
9. *Quid probandum ſit, ut obtineatur?*
10. *Collitigantes non privilegiati, remedio prædicto juvari poſſunt.*
11. *Caſus, in quibus denegatur, enucleantur.*
12. *Semel denegata an poſſit concedi?*
13. *Effectus reſtitutionis in integrum.*
14. *Formula decreti.*

Competit quoque adverſus ſententiam quibuſdam perſonis privilegiatis remedium reſtitutionis in integrum, quæ etiam ſuſpendit ſententiæ executionem, *l. unic. C. de in integr. reſtit.*, de Franch.
1 *deciſ.* 702. Per eam etenim in priori illo ſtatu quis ponitur, in quo erat ante læſionem, ſi adverſus ſententiam prolatam petatur; vel ad pinguius probandum reſtituitur, ſi præſtituto tempore jus ſuum non propoſuerit, vel incumbentia non probaverit, *l. minor* 36. *ff. de minor.*

2 Duplex eſt in integrum reſtitutio, gratiæ ſcilicet, & juſtitiæ; illa a Principe ex ejus clementia conceditur, a qua appellari non poteſt, *l.* 1. *ff. a quib. appell. non licet*; hæc vero de jure venit, & appellationem admittit, Scacc. *de appellat. q.* 19. *remed.* 2. *num.* 26. Odd. *de in integr. reſtit. par.* 1. *q.* 1. *art.* 15. Si principaliter peta-
3 tur, ſolemnitates omnes judicii ordinarii requirit, ſecus ſi incidenter, ideſt per viam exceptionis, vel replicationis, Rot. *dec.* 3. *de in integr. reſtit.*

4 Plura Doctores requiſita congerunt pro admiſſione reſtitutionis in integrum ad impediendam ſententiæ executionem; & inter cetera, ut adſit læſio evidens ad excluſionem præſumtæ calumniæ. 2 ut non ſit malitioſe petita ad differendam executionem. 3 ut probationes ad probandam læſionem ſint in promtu, & altiorem indaginem non requirant. 4 quod aliquod producatur inſtrumentum, quod rem evidentem reddat. 5 quod cauſa reſtitutionis plene probetur. 6 quod cauſa non ſit levis, vel modica. Tandem ut perſona petens hoc remedium ſit privilegiata. Afflict. *in conſtit. regni appell. tempora*. Maranta *de appell. n.* 78. Sforza Odd. *loc. cit.*

5 At ſi fuerit cœpta exequi ſententia, tunc ejus executionem hoc remedium reſtitutionis in integrum non ſuſpendit, ad differentiam remedii nullitatum, Petra *rit.* 269. *num.* 23., Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *q.* 6. *nu.* 47., quod etiam locum obtinet in decretis interlocutoriis, quum agitur de poſſeſſione exigendi annuos reditus, & in quovis decreto affirmativo, quod aſſiſtentiæ dicitur, Afl. *deciſ.* 356., ſecus tamen eſt, ſi petatur ex capite notoriæ injuſtitiæ apparentis ex actis, quæ æquiparatur nullitati; tunc enim impeditur executio, etiam poſt cœptum exequi, niſi fuerit perfecta per ſolutionem, vel rei traditionem, Marcian. *diſput.* 86. *tom.* 2. Rovit. *in pragm.* 5. *de offic. S. R. C. nu.* 23. Gratian. *cap.* 708. *nu.* 46. *aliique*. Præterea cum agitur de
6 executione decreti, quod tractum habet ſucceſſivum quolibet anno in futurum, & in initio cujuſlibet anni, vel menſis alterius temporis incipit habere vires, poteſt impediri per reſtitutionem in iotegrum, quæ petitur ex capite notoriæ injuſtitiæ, quamvis vigore ejuſdem non retractetur executio peracta pro annis antecedentibus, pro quibus duntaxat dicitur executum decretum, Marcian., & Altim. *loc. cit.*

7 Cauſa reſtitutionis in integrum, quanquam minorum ſit propria propter lubricum ætatis, & animi ſimplicitatem, infirmitatemque, nihilominus hujuſmodi auxilium jure valent implorare Collegia, publica authoritate approbata, *l. ſodales ult. ff. de colleg. & corpor. illicit.*; Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ quoad bona beneficialia, *cap. eccleſiarum* 12. *tit.* Univerſitates; Hoſpitalia, Capitula, Congregationes, Monaſteria, Pupilli, Viduæ, Pauperes, Peregrini, morbo diutino laborantes, Cœci, Captivi, Senes decrepiti, Mercatores in itinere verſantes, Milites, dum ſunt in expeditione belli, Fiſcus, hereditas jacens, minorum heres, fidejuſſor, vel conſors in cauſa individua, furioſi, muti, ſurdi, omneſque aliæ miſerabiles perſonæ, quæ alieno indigent auxilio, *l. unic. l. quand. Imperat.*, *pragm.* 10., 11., *&* 21. *de ord. judic.*, ceteras perſonas, quibus hoc remedio ſuccurritur, videſis apud Sforz. Odd. *h. tit.* & Afflict. *in conſt. regni minorum jura*.

8 Evenit aliquando, ut majoribus quoque competat hæc reſtitutio ex qualibet cauſa, quæ juſta

Digitized by Google

ſia Prætori videbitur per *text. in l.* 1. *ff. quib. ex cauſis major. in integr. reſtit.*, *&* *in l. ſed & ſi.* 26. *cod. tit.* ibi: *quoties per abſentiam quis non toto tempore aliquem excluſit* (*ut puta rem tuam poſſedi uno minus die ſtatuto in uſucapionis tempore*,) *deinde Reipubl. cauſa abeſſe cœpi reſtitutio unius diei adverſum me facienda eſt. Item quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum, ut puta legatione pro Civitate quis functus eſt. Idem juta* (*inquit prætor*) *& ſi teſtimonii cauſa ſit evocatus quis in qualibet Provincia, vel Urbe, vel ad Principem, nam & huic ſubveniri, sæpiſſime reſcriptum eſt. Sed & iis, qui cognitionis gratia, vel appellationis peregrinati ſunt, ſimiliter ſubvenitur, & generaliter quotieſcumque quis ex neceſſitate, non ex voluntate abfuit, dici oportet ei ſubveniendum*. Itidem ſi poſt ſententiam detectum ſit, teſtes falſum depoſuiſſe, vel procuratorem cum adverſa parte colluſiſſe, jure petitur reſtitutio, cum nemini fraus opitulari debeat, de Roſa *h. l.*, vel ſi heres major hereditatem maximo ære alieno obæratam comperit, ad inventarium conficiendum reſtitui debere, deciſum refert per Rotam Romanam Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 797. Mulieribus indiſtincte hoc remedio non ſuccurritur, ſed tantum ſi pauperes ſint, vel aliqua de cauſa miſeratione dignæ reputentur, puta ſi virum habeant captivum, exulem, vel ad triremes damnatum, aut in cauſa dotis, Affl. *in conſt. regni obſcuritatem*, Rovit. *in pragm.* 1. *num.* 22. *de minoribus*.

9 Ex quo ſequitur valde differre reſtitutionem in integrum, quæ minori competit, ab illa, quæ majori datur; minori etenim conceditur probata duntaxat minori ætate; majores vero ultra læſionem, juſtum impedimentum, ſeu aliam juſtam excuſationis cauſam, probare tenentur.

10 Noviſſime Rex Carolus ſua regali conſtit. anni 1738. §. 1. num 20. juſſit, collitigantes non privilegiatos hoc remedio privilegiatis conceſſo uti poſſe in judicio, modo intra decem dies, a die gravaminis producti decurrendos, illi inhæreant: *Le perſone non privilegiate, che nel giudizio voleſſero inerire al gravame prodotto dalla perſona privilegiata, debbano farlo tra lo ſpazio di giorni dieci, decorrendi dal dì che ſarà ſtato prodotto il gravame ſuddetto, non oſtante qualſivoglia ignoranza, che ſi allega da colui, che vuole inerire, quali elaſſi non poſſa avvalerſi più di tal beneficio*.

11 Eadem regia conſtitutione cautum eſt, adverſus decreta actus ordinatorios reſpicientia, in aula relata & confirmata, necnon adverſus illa S.R.C. Judicis competentiam reſpicientia, vel in denunciationis novi operis interpoſita, reſtitutionem in integrum non competere, §. 1. *num.* 5., *&* 10., *&* §. 3. *n.* 3. *d. conſtit.* Præterea in poſſeſſorio momentaneæ manutentionis: quando agitur remedio capitulorum Regni ad clericorum violentias compeſcendas: & generaliter in omnibus judiciis ſummariis, in quibus non agitur de damno irreparabili, hoc remedium etiam denegari tradunt de Marinis *reſol.* 328., & Capycius *dec.* 13.

12 Hoc remedium ſemel denegatum, amplius non conceditur, niſi vel ad omiſſam appellationem proponendam, vel niſi novæ ſuperveniant defenſiones, idque ut lites citius finirentur, *l.* 1. 2. *&* 3. *C. ſi ſæpe in integrum reſtitutio petatur*. Intelliguntur vero novæ defenſiones, tam illæ, quæ prius erant, & non fuerunt allegatæ, quam illæ, quæ poſtea emerſerunt, puta inſtrumentum de novo repertum, cujus ſi victus notitiam habuiſſet, contra ipſum ſententia lata non foret, Altograd. *conſ.* 24. *num.* 1.

13 Reſtitutionis in integrum præcipuus effectus eſt, ut ea pendente, nihil ſit innovandum, *poſtulata in integrum reſtitutione, omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui juris eſt*, *l. unic. l. in integr. reſtit. poſtulat. ne quid novi fiat*.

14 Ex hucuſque dictis decreti praxis deſcendit in hujuſmodi judicio interponi ſolita, videlicet; *eſſe locum*, *& eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni*; quo ſit, ut utrique parti impartiatur terminus ad probandum incumbentia, novumque judicium inchoetur, de Roſa *hic*. Cetera ad hunc §. pertinentia in *cap.* 21. hujus tomi fuſius tradidit Riccius.

§. IV. & ultimus.

De apertura proceſſus appellationis.

1. *Petitio aperturæ proceſſus fieri debet præcedente partis adverſæ monitione.*
2. *In Supremis Tribunalibus citatio hæc non requiritur.*
3. *Facta actorum apertura, terminus impertitur.*
4. *Terminus prædictus aliquando omitti poteſt.*
5. *Quod non fuit probatum in prima inſtantia probari valet in ſecunda.*
6. *Quænam exceptiones obiici valent?*
7. *Diſcuſſis exceptionibus citatio ad teſtes expeditur.*
8. *Publicato teſtium examine, nequeunt recipi teſtes ſuper iiſdem articulis.*
9. *Ejus limitatio.*
10. *Super novis articulis, an fieri poſſint probationes?*
11. *Teſtes non rite recepti denuo examinari valent.*
12. *Completo teſtium examine reliqua perficiuntur uſque ad ſententiam.*
13. *A quonam Judice ſententia ſit executioni demandanda?*

1 TRanſmiſſis actis ad Judicem ad quem intra terminum juridicum, inſtare debebit appellans pro illorum apertura, præcedente partis adverſæ citatione, ne aliquid valeat opponere, vel de nullitate dicere, Petra in *ritu M. C. V.* 260., quapropter præſentato libello, decernet Judex citari partem appellatam, quod intendit procedere ad expeditionem cauſæ appellationis interpoſitæ per N. N. ſuum adverſarium, ac proinde compareat ad videndum aperiri proceſſum ſibi tranſmiſſum per Judicem a quo; quod ſecus eſt in Supremis Tribunalibus hujus Civitatis,

2 in quibus hæc citatio non requiritur. Evenit aliquando, ut appellans, poſtquam fuerint acta tranſmiſſa ad Judicem ad quem, de illorum apertura parum, vel nihil ſit ſollicita, maxime ſi rem in judicio deductam poſſideat; quo caſu pars ex adverſo, cujus intereſt cauſæ definitio, pro eorundem apertura jure inſtabit, ſumtibus tamen ſuis.

3 Facta actorum apertura, ſi fuerit a definitiva appellatum, illico *terminus impertietur dierum* . . . . . *utrique parti communis ad non poſita ponendum, & non probata probandum in gradu appellationis*; ſi vero ab interlocutorio, tunc monitis prius partibus ad ſua jura probandum ſcripto, vel voce, ſit vel ne vere gravamen illatum per Judicem a quo, poſtquam decretum fuerit, quod *ſtantibus gravaminibus cauſa remaneat*, prædictum termini decretum interponet.

4 Obiter hic notandum eſt, hanc termini dationem ad non poſita ponendum, non ſolum omitti poſſe utraque parte conſentiente, ſine nullitate proceſſus, Bald. in *l. unic. l. ne liceat* 3. *provocare*, ſed etiam una ex partibus hoc petente, altera contumaciter abſente, idque in privilegium cauſæ appellationis, *l. final. §. illud C. de tempor. appellat.* Petra in *ritu M. C. V. v.* 253.

5 Notiſſimi juris eſt omne id, quod in prima inſtantia coram Judice a quo non fuit poſitum, & probatum, coram Judice ad quem in ſecunda inſtantia poni, & probari poſſe, modo non ſit

omni-

omnino novum, & non deductum litis in principio, conſtit. regni *Juris peritorum altercationes*. Quapropter omnes exceptiones tam dilatoriæ,
6 quam peremtoriæ, quæ in prima inſtantia non fuerunt oppoſitæ, obiici valent; cum hoc tamen diſcrimine, quod illæ dilatoriæ duntaxat poſſunt opponi, quæ oppoſitæ reſpiciunt retroactum nullum proceſſum, *l. ita demum C. de procurat.*, & ex peremtoriis illæ, quæ ſunt omnino neceſſariæ, & ſeparatæ a cauſa principali, vel ad ipſam actionem condjuvandam reſpectu actoris, vel enervandam reſpectu rei conventi, *l. 1. C. de tempor. appellat.*

7 Poſtquam oppoſitæ, & diſcuſſæ fuerint prædictæ omnes exceptiones, vel quædam ex illis admiſſæ, aut omnes rejectæ, ſive per Judicem, ſive per Actorem, expeditur citatio ad teſtes ad inſtantiam ambarum partium, ſuper articulis per partes ipſas præſentatis, & a Judice receptis, teſtimonium veritatis perhibituri, eodem prorſus modo, quo in judicio primæ inſtantiæ perfici ſolet.

8 Hoc tamen advertas velim, teſtes rite receptos, eorumque atteſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper eiſdem, vel directo contrariis articulis, alios, & eoſdem teſtes in principali cauſa producere; ſic non debet in appellationis cauſa licere: cum non minus in appellationibus, quam in principali cauſa ſubornatio ſit timenda, *cap. fraternitatis tuæ 17. de teſtibus*, *Clement. de teſtib cap. 2.*, Bart. in *l. per hanc C. de tempor. & reparat. appellat.* Conſonat regni conſtitutio Juriſperitorum, tit. de *probat. in appellat. producend.* ibi: *ſi quando teſtes in principali cauſa producti fuerint, & etiam publicati ſuper eodem articulo a producente, vel ab adverſario, teſtes amodo produci non poſſe propter falſi fabricandi materiam, propter cujus timorem poſt publicationem teſtium, teſtes produci denuo, jura in principalibus judiciis vetuerunt. In appellationibus etiam removentes; quod ſi nulli teſtes in principali cauſa fuerint producti, ita demum in appellationum judiciis eos appelanti producere liceat, ſi is, qui terminum ad probandum in principali cauſa receperit, juſta ex cauſa impeditum ſe doceat, alioquin ad probandum denuo nullatenus admittetur*; necnon pragm. *contingit 12. de ordine judic.*, ibi: *contingit ſæpe poſt proceſſus publicationem ſub nomine repulſæ articulos, ſive poſitiones impertinentes poni, idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis continentes: unde naſcitur ſubornationis, & falſitatis materia; unde opportune providentes, inhibendo mandamus, ut nullus in cauſa appellationis, vel in repulſis ponere habeat articulum, vel poſitionem impertinentem, cum ante publicationem in principali cauſa poſita forent, niſi in caſibus, in quibus beneficia, ut ſupra, conceſſa forent, & pars quæ contra fecerit, pro quolibet articulo impertinenti poſito, in eadem ſententia in quinque tarenis condemnetur; procurator vero duplicatam pœnam ſolvere teneatur.* Quinam autem dicantur articuli impertinentes, & inepti, ſatis tradidit Riccius cap. 16. *hujus tomi*.

